

AVRELII

PRVDENTII CLEMENTIS VIRI CONSVLARIS OPERA MVLTO quàm antea castigatiora, præterea & Aelij Antonij Nebrissensis commentarijs haud pœnitendis, illustrata: quibus insuper adglutinata sunt Scholia Ioannis Sichardi, quæ omnia nunc primùm in Philomusorum gratiã excusa sunt.

Singulorum librorum catalogum indicabit uersa pagella.

ANTVERPIAE.
Apud Ioannem Steelsium, sub scuto Burgundiæ. Anno M. D. XL.

Pſychomachia.
Cathemerinon.
Peri Stephanon.
Apotheoſis.
Hamartigenia.
Contra Symmachum, præfectum urbis, libri duo.
Enchiridion Noui & Veteris teſtamenti.



ORNATISSIMO VIRO D. MARTINO Goliæ, Decano Aschaffenburgensi, necessario suo Ioannes Sichardus S. D.



QUiduis uelim potius tibi in mentem ueniat, ornatissime uir, quàm obliuione me tui rarius ad te hactenus scripsisse. Eius enim quum sim ingenij, ut quos cœpero, constantissimè amē, talesq; nonnunquam quos iure meo odisse etiam poteram, cōmitti à me posse per summū flagitium putas, ut tui sim unquam passurus obliuionē mihi obrepere? Quem quum mihi primum sanguinis necessitudo quędam coniungat, tum ingenium illud tuum, non modo eo, quo haberis apud tuos loco, dignum: sed quouis maximo impio. deinde plurimæ tuæ uirtutes, q̄ hominem te nouū, absit inuidia uerbo, eousq; euexere, ut id q̄d est plane mōstri simile, nihil à purpuratis illis dextre obiri uulgo persuasum sit, q̄d nō tuis ueluti auspicijs geratur. Accedit eo quod non uulgaribus sum à te beneficijs prouocatus, ut ita amantem non redamasse hominis sit nō modo ingrati, sed ne quidem eius qui uelit sensu aliquo humano præditus uideri. Vetus enim offensa quemadmodum uterq; sententiā suam pro uirili tuetur, est inter nos suscepta, ita tolletur, nisi fallor, commode: ubi iam ea de re de qua in certamen, non dissidēdi studio, sed exempli causa, uentū erat, inter nos cōuenit. Sunt aūt q̄, ut maxime fuerim iniquus, non repugno enim magnopere, culpæ tamen me eximant, si cogites à me tempo-

 ri fuisse

ri fuisse seruitum: cui quum me anxie magis q̃ feliciter accõmodo, ne id quidem tuli, quod in primis captabam. Aut si ne id quidem apud te satis est habiturum ponderis, quod tamen secus futurum existimo, eiusmodi mea fuit ætas, in quam si tale quid cadat, quale à maximis ingenijs nõ fuit alienum, an non donabis? nimirum si cum Flacco nostro me uideas,

Irasci celerem, tamen ut placabilis essem.

Quamuis, si uerum fateri uelim, non iniuria uideri possem suscepisse hanc, non dico simultatem, nolo enim hoc uerbum nominari apud eos qui omnino inter se aliquando cohæserint, sed offensionem animi temporariam: quam quum protinus deposuissem, eiusq́ dedissem paulo post tibi significationem haud obscuram, facistu quidem parum è dignitate tua si post reditionẽ in gratiam, atque demum missos placati ad te animi mei obsides, pergis tamen etiam nũc conflictatiunculæ illius, cuius iam pridem oportebat memoriã apud te exoleuisse, recordari diem. Ad me quidẽ quod pertinet, hanc uolo omnino de me tibi opinionem induas, nunquam te post expostulationem illam à me non modo amatum frigidius, sed quum singularẽ animi tui moderationẽ uehemẽter esse admiratus, cœpi tandem etiam suspicere. Cuius equidem rei ad te Prudẽtium hunc nostrum, qui pro me spondeat, mittimus. In quo emendando si sum, quod potissimum uolui, consecutus, triumpho, uidelicet ut is tibi bene erga te affecti animi mei faciat fidẽ, & à nostræ ętatis hominibus paulo inoffensius legatur, qui ante hac non modo mutilus, quod temporum iniuriæ imputari conueniebat, sed & sui dissimilis est circumlatus, ita ut primo protinus aspectu agnoscas quædam teme-

rè à sciolo, nescio quo, inserta subdititia, q̃ à Prudentij dictione longe lateq; dissideant. Pristino autem nitori restituimus, non ingenio freti, quod est genus emendandi satis lubricum, ne dicam interim pestilens, sed ex codicib9 uetustioribus, quorum ad me unũ ex Argentorato submisit uir consularis Vuerinherus Vuoslinus, uir cum eruditus, tum quod in magna nunc laude, ut sunt mores hominum est ponendum communibus studijs maxime fauens. Quem laborem si tibi tuiq; similibus gratum sensero, addet id mihi calcar, ut in cæteris quoq; idem facere nihil sim dubitaturus. Interim ista nostra candide amplectere & Vale.

Basileæ ex ædibus nostris Anno millesimo quingentesimo tricesimoseptimo, mense Martio.

AVRELII PRVDENTII VITA PER Aldum Romanum.



Vrelius Prudentius Clemens, uir consularis, genere fuit Hispanus ex urbe Cæsaraugusta, ut ex eo hymno colligimus, quem in laudem duodeuiginti martyrum Cæsaraugustanorum scripsit. Fuit homo ingeniosus, grauis & ornatus moribus, ac Christianæ religionis obseruantissimus, quod ex ipsius operibus facile est cognoscere: licet adolescentiam & iuuentutem, quũ bonis literis indulgeret, inconnenter egerit, quod dolet ipse in proœmio Cathemerinon his uerbis:

Aetas prima crepantibus
 Fleuit sub ferulis, mox docuit toga.
 Infectum uitijs falsa loqui non sine crimine.
Tum lasciua proteruitas,
 Et luxus petulans (heu pudet, ac piget)
 Fœdauit iuuenem nequitiæ sordibus ac luto.

Fuit & iuris peritus, ac Massaliæ consul. Militauit etiam non sine laude, puto sub Honorio, quod sic ipse testatur:

Bis legum moderamine
 Frenos nobilium reximus urbium.
 Ius ciuile bonis reddidimus, terruimus reos.
Tandem militiæ gradu
 Euectum pietas principis extulit.
 Assumptũ ꝓpius stare iubens ordine proximo.

Postremo septimum & quinquagesimum annum agens, res ecclesiasticas uario metrorum genere cœpit componere ingeniose quidem & elegãter,

sed

Sed spreta interdum syllabarum quantitate in peregrinis dictionibus, & maxime græcis, non ꝙ putem ipsum ignorasse literas græcas, quoniam hi tituli librorum eius redarguūt, Psychomachia Cathemerinon, Apotheosis, Hamartigenia, Peristephanon, Dittochæum, sed Ectasin, Systolenq́; facere posse interdum in rebus sacris sibi licuisse (nisi mendosi codices) fortasse uoluit. Dolēs præterea nihil scribēdo eò ętatis uenisse, sic queritur:

Instat terminus, & diem
Vicino senium iam deus applicat,
Quid nos utile tanti spacio temporis egimus?

Floruit temporibus Valentiniani secūdi, & Theodosij magni & filiorum eius Arcadij & Honorij Imperatorum, quibus & Ausonius & Claudianus poëtæ, item Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, diui ecclesiæ sanctæ doctores floruerunt. Nam in procemio primi libri contra Symmachū colligimus Prudentiū eo tēpore floruisse, q̄ Symmachus, his ad Christū pro Symmacho precibus:

Saluator generis Romulei precor,
Qui cunctis ueniam das pereuntibus,
Qui nullum statuis non operis tui
Mortalem, facili quem releues manu.
Huius, si potis est, iam miserescito
Præruptam in foueam præcipitis uiri.
Spirat sacrilegis flatibus inscius,
Erroresq́; suos indocilis fouet.
Obtestor iubeas, ne citus impetus
Arsurum medijs inferat ignibus.

Tum quia contra Symmachum diuus etiam Ambrosius scripsit ad Valētinianum Augustum, perspicimus diui Ambrosij tempestate fuisse Prudentiū. In fine aūt secūdi libri cōtra Symmachū, uidetur Prudētius ad Honoriū Theodosij Magni

filium dirigere sermonem his carminibus:
Te precor Ausonij dux Augustissime regni,
Et tam triste sacrum iubeas, ut cætera tolli.
Perspice, nónne uacat meriti locus iste paterni,
Quem tibi supplendum deus, & genitoris amica
Seruabit pietas? solus ne præmia tantæ
Virtutis caperet partem tibi nate reseruo,
Dixit: & integrum decus, intactúmque reliquit.
Arripe dilatam tua dux in tempora famam,
Quódque patri superest, successor laudis habeto.
Ille urbem uetuit taurorum sanguine tingi,
Tu mortes miserorũ hominum prohibeto litari.
Nullus in urbe cadat, cuius sit pœna uoluptas,
Nec sua uirginitas oblectet cædibus ora,
Iam solis contenta feris immanis harena,
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis.
Sit deuota deo, sit tanto principe digna,
Et uirtute potens, & criminis inscia Roma,
Quémque ducem belli sequitur, pietate sequatur.

Preterea meminit Stiliconis, quẽ & Ruffinum Theodosius Magnus, quum Arcadius, & Honorius filij, quos post liberatum orbẽ, subactósque undique domitósque tyrannos, cõsortes imperij fecerat, nondum maturi imperio forent, ductores legit, & Ruffinum Arcadio adiunxit, & Stiliconem Honorio: & Arcadius Constantinopoli, Romæ Honorius imperauit. Carmina uero, quibus de Stilicone Honorij comite meminit, quoniam stragem barbarorum continẽt, qui duce Radagasio in Italiam irruperunt (fuit enim numerus C C. milliũ) operæpreciũ hoc loco recensere existimauimus, sunt autem hæc:

Tentauit Gethicus nuper delere tyrannus
Italiam, patrio ueniens iuratus ab Istro
Has arces æquare solo, tecta aurea flammis

Soluere mastrucis proceres uestire togatos.
Iamq; ruens Venetos turmis protriuerat agros,
Et Ligurum uastarat opes, & amœna profundi
Rura Padi, Thuscũq; solũ uicto amne premebat.
Depulit hos equitum nimbus, non peruigil anser
Proditor occulti tenebrosa nocte pericli,
Sed uis cruda uirûm, perfractáq; congredientum
Pectora, nec trepidans animus succumbere letho
Pro patria, & pulchrã per uulnera quęrere laudẽ.
Nunquid & ille dies Ioue cõtulit auspice tantum
Virtutis precium? dux agminis, imperijq;,
Christipotens nobis iuuenis fuit, & comes eius,
Atq; parens Stilico, deus unus Christus utriq;.
Huius adoratis altaribus, & cruce fronti
Inscripta, cecinere tubæ, prima hasta dracones
Præcurrit, quæ Christi apicem sublimior effert.
Illic terdenis gens exitiabilis annis
Pannoniæ pœnas tandem deleta pependit.
Corpora famosis olim ditata rapinis
In cumulos congesta iacent, mirabere seris
Posteritas sæclis inhumata cadauera late,
Quæ Pollentinos texerunt ossibus agros.

Romã quoq; ex Hispania profectũ fuisse testatur ipse in libro περὶ στεφάνων, in Cassiani, Hyppolyti, & Petri, & Pauli martyrijs. Composuit autem multa quæ titulis Græcis ornare operæ preciũ duxit, præter duos libros aduersus Symmachum, ac Romani martyris tragœdiam. Ea uero sunt Psychomachia, hoc est animi pugna, Heroico carmine, psychi, enim Græce, Latine animus, & machomai pugno. In eo enim libro uitia cũ uirtutibus pugnant, & succumbunt uitia catemerinòn, hoc est, diurnarũ rerum opus. Sunt enim odæ ex uario metrorum genere à matutino ad uespertinum crepusculum. Apo-

theosis hoc est, diuinitas, deificatio, apotheôo, deifico: est enim opus de rebus diuinis. Hamartigenia, peccatorũ origo, hi hamartia, peccatũ, & gennao, genero. Scribit enim aduersus Marcionem hæreticum, qui duos esse deos dicebat, alterum Veteris testamenti crudelem, sanguinarium, ac pessimum: Noui alterum, pium, misericordem, optimum, atq; animos à bono, à malo corpora esse creata, pugnasseq́; eos inter se, atque à malo bonũ uictum, animumq́; in corpus immissum, & hinc inter carnem & animum bella geri intestina assidue: quod confirmabat his Apostoli uerbis: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autẽ aduersus carnem. Id uero, quia fomes peccatorum, origoq́; est, hamartigenia ei libello inditũ est nomen, peri stephanon, hoc est, de coronis. Sunt enim hymni in laudẽ martyrum, qui quoniam legitime certauerũt coronis honestati sunt. dittochæon, duplex cibus: dittos, duplex, & ochi cibus. Sunt enim tituli historiarum ueteris, & noui testamenti, atq; hinc puto Dittochæum, hoc est, duplicem cibum appellatum hunc librum à Prudentio. Sed quoniam non sic excultus est, & elaboratus hic liber, ut cæteri à Poëta compositi, sunt qui non esse Prudentij dicunt. Ego uero ipsum à ceteris separare non sum ausus: tum quia Gennadius, q̃ post diuum Hieronymum scripsit de uiris illustribus, Dittochæum à Prudentio compositũ dicit, tum etiam, quia in antiquissimo codice ceteris Prudentij operibus, q̃ imprimenda curauimus, insertus & hic erat libellus, & pro Dittochæum dirrochæum titulus, scriptorum culpa, quod conijcio facile: quia interpretatum inibi est antiquissimis characteribus, duplex refectio

pro

pro duplex cibus. Scripsit etiam aduersus Symmachum libros duos heroico carmine pulcherrimos, in quibus & doctrinam suam copiamq; ac ingenium non mediocre ostẽdit. Erat autem hic Symmachus urbis Romæ præfectus, ac summa uir eloquentia, qui ad Valentinianum & Theodosium, Arcadiumq; imperatores legatus à Senatu missus, ut ueteres deorum cultus reuocarẽtur, hac de re elegantem habuit orationem. Quæ impressa inter diui Ambrosij epistolas uisitur, cui & Ambrosius prosa oratione, & Prudentius duobus libris, heroico carmine compositis, actè copioseq; respondent. Inquit quoq; Gennadius Hexaëmeron de mundi fabrica, usque ad conditionem primi parentis, & præuaricationem eiusdem commentatum fuisse Prudentium, quod opus si uenisset in manus nostras, unà cum cęteris prodisset in publicum.

FINIS.

GENNA-

GENNADIVS PRESBYTER IN CAtalogo uirorum illustrium huius Prudentij sic meminit:

PRudentius uir sæcularis literaturæ eruditus composuit Dittochæum de ueteri & nouo testamento, personis excerptis. Commentatus est & in morem Græcorum Hexaëmeron de mundi fabrica, usque ad conditionem primi hominis, & præuaricationem eius. Composuit, & libellos, q̃s Græca appellatione p̃titulauit, apotheosis, psichomachia, hamartigenia. i. de diuinitate, de compugnantia animi, de origine peccatorum. Fecit & in laudem martyrum sub aliquorum nominibus. Inuitatorium ad martyrium librum unum, & hymnorum alterum, speciali tamen conditione aduersus Symmachum, idololatriam defendentem, & ex quorum lectione agnoscitur Palatinus miles fuisse. Hæc Gennadius, ubi, quia Dittochæum & commentarios in Hexaëmeron cæteris proponit, hinc subiungit, composuit, & libellos, an Dittochæum aliud opus fuerit, quàm nos scripsimus quærendum.

FINIS.

INDEX EORVM QVAE hoc opere habentur.

PSYCHOMACHIA.

CATEMERINON.

De

APOTHEOSIS.

FINIS.

AVRELII

PRVDENTII CLEMENTIS, VIRI CONSVLARIS, IN ψυχομαχίαν PRAEFATIO.

Carmen iambicum senarium acatalecticum, habens locis imparibus Spondeum, Anapestum, Iambum, Tribrachum: Paribus uero iambum, & nōnunquam Anapæstum, in sexto Pyrrhichium etiam.

ᵕ— ᵕ — — — ᵕ — — — ᵕ —



SEnex fidelis prima credendi uia est
Abram beati seminis serus Pater,
Adiecta cuius nomē auxit syllaba,
Abram parēti dictus, Abrahā deo.
Senile pignus qui dicauit uictimæ.

IOANNES SICHARDVS.

SENILE pignus qui dicauit uictimæ. Isaac intelligit, quem quum unicum filium, & posteritatis quodāmodo obsidem Abraham unice diligeret, tanti tamen non fecit, ut eum sibi amorem pateretur apud deū obesse. Quin magis ita se gessit, ut dum patrijs affectibus quos in animos non nisi maximos fuisse inducimus, paulū in immolando filio abrenunciat, documentum dedit quid sacrificantes spectare debeamus posteri, nimirum quod sit cordi præcipue, id est, nosmetipsos.

Docens ad aram cum litare quis uelit,
Quod dulce cordi est, quod pium, quod unicum,
Deo libenter offerendum credito.
Pugnare nosmet cum prophanis gentibus
Suasit, suumq́ suasor exemplum dedit,

Nec ante prolem coniugalem gignere
*Parente Deo*placentem, matre uirtute æditam,

IOANNES SICHARDVS.

DEO placentem. Vetustiora exemplaria non placentem, sed parente habent, nec absudit quod sequitur, Matre Virtute æditam. Vt matrem Virtutem, & parentem Deum, eo modo ferè accipias, quo Cicero laborem se suæ nobilitatis parentẽ habere subinde repetit, contra eos, qui cum nihil dispicerent, quod in tanto uiro calumniarentur. Nouitatem, si dijs placet, ausi sunt uitio uertere.

Quam strage multa bellicosus spiritus
Portenta cordis sæuientis uicerit.
Victum feroces fortè reges ceperant
Loch, immorantem criminosis urbibus
Sodomæ & Gomorrhæ, quas fouebat aduena
Pollens honore patruelis gloriæ.
Abram sinistris excitatus nuncijs
Audit propinquum sorte captum bellica,
Seruire duris Barbarorum uinculis,
Armat trecentos terq; senos uernulas,
Pergant ut hostis terga euntis cædere,
Triũphator Quem Gaza diues, ac triumphus nobilis
Captis tenebat impeditum copijs.
Quin ipse ferrum stringit, & plenus deo
Reges superbos mole prædarum graues
Pellit fugatos, sauciatos proterit,
Frangit catenas, & rapinam liberat,
Aurum puellas, paruulos, monilia,
Greges equarum, uasa, uestem, buculas.
Loth ipse ruptis expeditus nexibus
*Bagis Attrita *baccis colla liber erigit.
Abram triumphi dissipator hostici
Redit, recepta prole fratris inclytus,

Ne quam fidelis ſanguinis proſapiam
Vis peſsimorum poſsideret principum.
Adhuc recentem cæde de tanta uirum,
Donat ſacerdos ferculis cœleſtibus.
Dei ſacerdos, rex & idem præpotens,
Origo cuius fonte inenarrabili
Secreta, nullum prodit autorem ſui.
Melchiſedech, qua ſtirpe, quis maioribus
Ignotus, uni cognitus tantum deo.
Mox & triformis angelorum trinitas
Senis reuiſit hoſpitis mapalia.
*Et iam uieta Sarra in aluo fertilis
Munus inuentæ mater exanguis ſtupet
Hærede gaudens & cachinni pœnitens.
Hæc ad figuram prænotata eſt linea,
Quam noſtra recto uita reſculpat pede,
Vigilandum in armis pectorum fidelium,
Omnemq́ noſtri portionem corporis,
Quæ capta fœdere ſeruiat libidini,
Domi coactis liberandam uiribus.
Nos eſſe large uernularum diuites
Si quid trecenti bis nouenis additis.

*Et iam getam Sarram in aluũ fertile munus uenire

IOANNES SICHARDVS.

SI QVID trecẽti. Quid ſibi uelit myſteriũ, ſic enim Prudentius appellat trecentorum bis nouenorum ab Abraham armatorum, nondum à quoquam, quod modo ſciam traditum eſt. Suſpicor autem concilij Niceni ſignificationem eſſe, in quo autoritate trecentorum octodecim epiſcoporum, fidei noſtræ ſunt certa quædam, ut ſic dixerim, deſcripta pomeria, cũ antea in incerto pleraq; poſita, & hæreticorũ calumnijs exagitata huc illuc pro cuiuſq; libidine torquerentur. Vt uero in hanc ſententiam eam, cum alia, cum maxime uetuſtiſſimi exemplaris, quo ſumus uſi, effecerũt ueſtigia quædam. Non repugnauerim tamen, ſi aliò quis referat, quanuis non uideo, quid hic cuiquam in mentem uenire poſsit aliud.

Posſint, figura nouerimus myſtica.
Mox ipſe Chriſtus, qui ſacerdos uerus eſt.
Parente natus alto, & ineffabili,
Cibum beatis offerens uictoribus,
Paruam pudici cordis intrabit caſam,
Monſtrans honorem trinitatis hoſpitæ,
*Comple- xibus Animam deinde ſpiritus *connexibus,
Pie maritam, prolis expertem diu,
Faciet perenni fertilem de ſemine.
*Tūc eraſ *Tum Sarra dotem poſſidens puerpera,
Hærede digno patris implebit domum.

SEnex fidelis. Carmen eſt trimetrum iambicum ſenarium ſiue archilochium recipiens, in locis imparibus ſpondeum, anapeſtum, iambum, tribrachum: paribus uero iambum, nonnunquam & anapeſtum. Scripturus uero poëta pſychomachiam, præmittit procemiū, in quo dicit eum, qui per uirtutes ſit cum uitijs decertaturus, debere in fide fundamenta iacere. Itaque affert hiſtoriam ex Geneſi, dicens quod Abraham à fide orſus eſt. Quia, quemadmodum capite duodecimo legimus, cum apparuiſſet illi deus dixiſſetq; ut egrederetur de terra & de cognatione ſua, & de domo patris ſui, & quod daturus eſſet illi innumeram poſteritatem credidit monenti, & egreſſus inde cum tota familia ſua uenit in terram Chanaan. Et iterum capite decimoquinto, ubi eadem repromiſsio ad Abraham facta repetitur, ſubdit: Credidit Abraham deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Et quemadmodum poſt fidem acceptam, cum quatuor illi reges de quibus capite decimoquarto, profligaſſent fudiſſentq; reges pentapoleos, id eſt, quinque illarum ciuitatum quæ diuino poſtea iudicio perierunt. Loth quoque Abraham ex fratre nepotem qui in Sodomis habitabat cum omni ſubſtantia duxiſſent captiuum: Cúmque Abraham nuncio eius rei accepto, expediſſet trecentos decem & octo ſeruos uernaculos regesq; inſecutus cecidiſſet: nepotemq; cum præda recuperaſſet: ita & nos cum uitijs de

certa-

certaturi à fide auspicabimur, atq; ita demum fide quę aliarum uirtutum est fundamentum muniti cum uitijs confligemus, & cætera quæ sequuntur. Senex fidelis, ordo est: Abrahã senex fidelis .i. qui fide potissimũ cẽsetur, quia, ut diximus, credidit Abraham deo. Pater serus, quia sero, hoc est, anno ætatis centesimo Isaac genuit. Est primauia credẽdi. id est, quam credituri debemus imitari. Cuius nomen. scilicet Abrahã. Syllaba adiecta. s. a. elemento aspirato ãddito siue potius interiecto auxit nomen, ut ex Abram factus sit Abraham. Ideo subdit: Abram parẽti dictus, id est, ex patre suo Tęrah. Abraham deo. ex Genesi cap. xvij. Dixit nanq; illi deus: Non uocabitur nomen tuum Abram, sed uocabitur Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te. Hieronymus in libro Hebraicarum quęstionũ hunc locum exponẽs, Dicunt, inquit Hebræi, quod ex nomine suo deus quod apud illos est tetragrammaton, hoc est, quatuor literarum, h literam Abraham dederit, dicebatur enim Abram, quod interpretatur pater excelsus: & postea appellatus est Abrahã, quod est pater multitudinis, nam quod sequitur gentium non habetur in nomine, sed intelligitur. Pignus senile, id est, Isaac filium, quem ut diximus Abraham cẽtenarius genuit, pignus autem pro filijs sæpe legimus. Dicauit uictimæ, id est, destinauit siue deuouit. Verg. 2. Aeneid. Et me destinat arę. Cum litare, id est, sacrificio aliquid à deo impetrare. Offerendum deo credito, id est, cui credi necessarium est, id quod & ipse fecit, & reputatum est illi ad iustitiam. Dulce, pium, unicum. quæ tria fuerunt ex Isaac patri. Nam quid potuit dulcius esse Abrahã filio in senecta ex uxore genito? quid obsequentius eo qui patri se uictimam præbuit? Nam quod unicus ex uxore fuerit, satis constat: cum ex Agar ancilla prius Ismaelem, & postea ex cetura plures genuerit. Pugnare nos, sensus est: quod Abraham cum Loth captiuũ audisset ab illis quatuor regib⁹ qui pẽtapoleos fines ubi Loth habitabat, populati sunt collecta seruorum manu illos persecutus & nepotẽ restituit libertati, & omnem prædam cum uictoria reportauit. Deinde centenarius ex Sara nonagenaria filium legitimũ procrea

uit: poëta nunc moraliter rem gestam exponens dicit ꝙ quemadmodum Abrahã profligatis hostibus genuit filium ex uxore, ita & nos superatis hostibus spiritalibus, qui sunt: caro, mundus & dæmonia, debemus gignere liberos legitimos, i. opera uirtutis deo placẽtia ex anima quæ uitijs antea erat sterilis & oppressa, nunc uero illis expulsis libera. Dicit igitur: Suasit scilicet Abraham pugnare cũ prophanis gentibus, id est, cũ uitijs, quemadmodum ille pugnauit cum quatuor regibus. Prolem cõiugalem, i. ex uxore legitima, hoc est, anima uitijs libera. ut ille ex Sara Isaac genuit, ut Apostolus ait, non secundum carnem, sed ex promissione. Spiritus bellicosus, id est, recta ratio & prudentia uitiorum profligatrix. Vicerit portenta cordis, id est, uitia & pestes animorum, quæ sibi in corde sedes fixerunt. Sed quia pugna illa quam Abraham pugnauit pro liberãdo nepote nimis stricte ptractata est, iterũ per partes quo pacto res est gesta exponit. Vinctum feroces &c. Sed argumentum huius historiæ ex Genesi capite xiiij. deliniata est. Reges feroces hi quatuor fuerunt: Amraphal rex Senear, Arioch rex ponti, Codor logomor rex Elamitarũ, & Thadal rex Gentium. Ceperant Loth cum popularentur fines pentapoleos, ubi forte fortuna eo tempore Loth habitabat. Criminosis, crimine illo pessimo quod ab ipsis cognominatum est. Fouebat, illustrabat. Gloriæ patruelis, id est, Abraham patrui sui, ac si dicat: ꝙ Loth causa patrui sui & illustrabat loca illa, & honorabatur ab illius loci incolis. Sinistris nuncijs, sinistrum nuncium afferentibus. Ter senos, id est, duodeuiginti. Hostis euntis, id est, cum præda se in patriam recipiẽtis. Captis copijs, id est, aduersarijs pentapoleos superatis. Graues, id est, onustos. Proterit, id est, proculcat & profligat. Catenas, quibus erat impeditus Loth cũ reliquis captiuis. Attrita baccis colla, qa antea quàm ab hostibus caperetur, gestabat monilia baccata, id est, gemmata. Verg. primo Aeneid. Colloq; monile baccatum. Prole fratris, id est, Loth qui erat filius Aran fratris Abraham. Ne qua uis, id est, ne aliqua uiolentia. Recentem de tanta cęde, id est, cruentatum. Verg. 2. Aeneid. Me bello è tanto digressum & cæde recenti.

erenti Sacerdos. Melchisedech rex Salem, qui Abraham reportanti ex hostibus uictoriam occurrit offerens illi panem & uinum. Ferculis cœlestibus, alludit ad illud quod scribitur psalmo cẽtesimo nono, Tu es sacerdos in ęternũ secundum ordinẽ Melchisedec, qui panem & uinum, hoc est, consecrationis materiã Abrahã uictori obtulit. Sed cuius hic fuerit filius ignoratur. Paulus in epistola ad Hæbreos cap. 7. Melchisedec, inquit, rex Salem sacerdos dei summi, qui obuiauit Abrahę regresso à cæde regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham. Primũ quidẽ qui interpretatur rex iustitię, deinde rex Salem quod est rex pacis sine patre & sine matre, sine genealogia, neq; initium dierum neq; finem uitæ habens, assimulatus autem filio dei manet sacerdos in perpetuum. Hebræi referente Hieronymo in libris Hebraicarum quæstionum dicunt hunc fuisse Sem filiũ Noe, & supputantes annos uitæ suæ ostendũt ad Isaac usq; ętatẽ peruenisse. Dicit itaq; dei sacerdos &c. & est ordo, Melchisedec dei sacerdos & idem rex præpotens. Ignotus qua stirpe, q̃a, ut dicit Apostolus, sine patre, sine matre, sine genealogia. Itaq; idem Hieronymus ad Euagrium scribẽs, ageon ologon Melchisedec appellat. Quis maioribus, i. quibus parentibus, auis, atauis. Reuisit mapalia &c. Melchisedec inq̃. Cuius origo secreta. i. quæ ignoratur. Fonte enarrabili, id est, principio quod enarrari non potest, iuxta illud Esaię, Generationẽ eius quis enarrabit? Nullũ autorẽ sui. i. progenitorem. Prodit. i. ostendit. Mox. scilicet post oblationem panis & uini. Trinitas, triformis angelorum Ex Genesi capite xviij. ubi legitur quod apparuerunt Abraham tres angeli in specie uirorum, sed quod aliquando de tribus fit mentio quasi de uno, aliquando singulatim quasi de pluribus, ita per tres angelos trinitatẽ intelligimus, sicut supra p Melchisedec Christum Iesum. Mapalia. domos pastoricias. Vergilius 3. Georg. Raris habitata mapalia tectis. eadem & magalia dicuntur. Et iã Sara, Abraham uxor, quæ interpretatur princeps, nam antea Sarai, id est, princeps mea dicebatur. Vieta, id est, languida, & sine ui, hoc est, naturalibus priuata uiribus, ut exponit Festus, Cicero in 2. de diui-

 natione,

natione, bonis exile & exiguum & vietum cor. In aluo fertilis, quasi dicat, licet fronte rugis sulcata & reliquis uiribus corporis destituta, fœcunda tamen erat. Mater exanguis, quia in senibus sanguis est diminutus. Lucanus in .ij. de martia. dum sanguis inerat, dum uis materna peregi Iussa Cato Stupet munus iuuentæ id est, miratur se præstare officiũ iuuenculę, hoc est, parere. Pœnitens cachinni, id est, risus, quando uidelicet risit post ostium tabernaculi audiens ex angelo, quod filium esset paritura, unde & Isaac risus interpretatur. Hæc ad figuram, ex historia superius enarrata, infert sensum allegoricum, dicens: Hæc linea, id est, hæc historia quæ per quandam figuram ostendit nobis uiam quã sit ex hac uita proficiscendum ad alteram. Resculpat. q. d. historia ostendit nobis lineam, id est, semitam angustam, sed nos debemus eam resculpere, id est, atterendo dilatare pede recto, non declinando ad dexteram, neq; ad sinistram. In armis, ita habent omnes codices, sed ut constet sensus in animis potius legẽdum est. Omnem portionem nostri corporis, id est, partis irrationalis, quæ membris & partibus corporis utitur, quum ab imperio rationis rebellat. Liberandam, id est a uitiorum misera seruitute libertati uerę restituendã. Virib. coactis domi. i. uernaculis domesticis, quod & Abrahã fecit. Quia ut Cicero dicit, in morbis corporis opus medico exteriori habemus, at in animi uitijs remedia ipsa intra nos sunt, atq; illud in primis uelle curari, quare uires domesticas uocat prudentiam, solertiam & eiusmodi uirtutes. Large diuites, id est, ualde copiosi. Figura mystica, id est, secreta & diuina. Trecẽti bis nouenis additis, id est, trecentum decem & octo. Quid autem numerus ille significet, consulendus esset quispiam pythagoricus, qui in huiusmodi rationibus numerorum uersatur. Sed ego nullum aliud mysteriũ uideo per Abrahã comites significari: nisi trecẽtos decem & octo episcopos illos qui in concilio Niceno interfuerunt ubi multa de Christiana religione constituta sunt: sed imprimis de fide qua censetur abraham, ibi nanq; symbolum Nicenum est conflatum. Sacerdos uerus qui secundum ordinem Melchisedec seipsum in

specie

ſpecie panis & uini obtulit. Alto & ineffabili, ſicut Melchiſedec incognito. Victoribus beatis, ſcilicet qui ſuperauerũt animi uitia. Paruã caſam, hoc eſt Abrahã per quem intelligimus uictorem uitiorum: qui tamen poſſit dicere, Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum. Honorem trinitatis hoſpitę. quia honorificum eſt Abraham, quod trinitas in domum illius diuertat: & ita animam à uitijs purgare, quod ſit templũ trinitatis. Animam deinde. Ordo eſt deinde Chriſtus faciet animam maritam. i. copulabit illam ſibi quaſi ſponſam. Connexibus ſpiritus, id eſt, ſpiritus ſancti copula. Diu expertem prolis pię, id eſt, ſterilem bonorum operum quum erat ſub peccatorum dominatione. Fertilem. i. fœcundam contra id quod dixit ſterilẽ. Sara puerpera. i. anima prolis fęcunda. Poſſidens dotẽ, qua fuit dotata cum primum creata eſt hoc eſt, innocentiam. Implebit digno hærede. i. ſeipſa. Domum patris. i. regnum cœli in quo noſtra merces repoſita eſt.

AVRELII PRVDENTII V. C. PSYCHOMACHIAE, ID EST, DE COMPVGNANTIA ANImi Liber.



Hriste graues hominū semper miserate labores,
Qui patria uirtute cluis, propriáque sed una.
Vnum namq; Deum colimus de nomine trino.
Nō tamen & solū, quia tu deus ex patre Christe.
Dissere Rex noster, quo milite pellere culpas
Mens armata queat nostri de pectoris antro,
Exoritur quoties turbatis sensibus intus
Seditio, atq; animam morborum rixa fatigat.
Quod tunc præsidium pro libertate tuenda,
Quæve acies furijs inter præcordia mixtis
Obsistat meliore manu. Nec enim bone ductor
Magnarum uirtutum inopes, neruisq; carentes
Christicolas uitijs populantibus exposuisti.
Ipse salutiferas obsesso in corpore turmas
Depugnare iubes, ipse excellentibus armas
Artibus ingenium, quibus ad ludibria cordis
Oppugnanda potens tibi dimicet, & tibi uincat.
Vincendi pręsens ratio est, si cominus ipsas
Virtutum facies, & colluctantia contra
Viribus infestis liceat portenta notare.

Inuocat & proponit.

CHriste graues. Tāetsi in procemio superiori Prudentius insinuauit qua de re in hoc opere scripturus erat, cum poëtarū Latinorum moris sit, prius proponere, deinde inuocare, tum demum prosequi opus institutum, hoc in loco simul inuocat & proponit poëtas græcos imitatus, ut Homerus in Iliade.

Iram

Iram pāde mihi pelide diua superbi. Et in Odyssea: Dic mihi Musa uirum captæ post tēpora Troiæ. Sed quia poëtarum est deos earū rerum præsides, de quibus scri pturi sunt inuocare, Christum quo cum nobis humanitatis commercium est, quiq; per redemptionem uel peculiari quodam iure noster est dominus, more poetarum, inuocat ut nobis in hac pugna rationis cū parte animi irrationali adsit, quandoquidem ipse & per se & per nuncios suos apostolos & prophetas illud ipsum debere facere multis in sacræ scripturæ locis hortat⁹ est. Christe graues. i. æmulatio est Vergiliana ex libro Aeneid. 6. Phœbe graues Troiæ semper miserate labores. Qui patria uirtute cluis, id est, pugnas, & es potēs, id enim cluere significat, unde & dei brachium in scriptura appellatur, & Apostolus illum portare oīa uerba uirtutis eius dicit, & qui cētones ex Vergilij poēmate compegerunt significanter, patrem ad filium loquentem inducūt. Nate meæ uires, mea magna potentia solus. Propriaq; sed una, quia illa uirtus cum sit patris, est & propria filij, quia una & eadem est in utroq; uirtus. Vnum nanque, per parenthesim interponit duos uersus, reddens rationem cur eadem sit uirtus patris & filij, quia cum sit idem deus essentia, est tamen trinus in personis, ideo subdit, non tamen & solum, neq; enim satis est confuse unum & eūdem solum deum confiteri, sed explicare personas in diuinis ut solum referatur ad personam, ut Sedulius, Solus de solo, itaq; subiungit, quia tu deus ex patre Christe, subaudi procedens per æternam generationem. Dissere rex noster. ordo est, Christe rex noster dissere. i. ostende. Quo milite, quibus armis & exilio. Mens armata. de parte animi rationali intelligitur. Queat pellere culpas. id est, uitia quæ occupauerunt alteram partem animi rationis expertem, quod appellat antrum pectoris, id est, recessum quendam, ubi uitia sedes suas fixerunt. Exoritur quoties. quasi uelit dicere ad expellēdas animorum pestes, tunc possunt diuina præcepta, parētum cohibitiones, atq; ut ait Aristoteles, amicorum admonitiones atq; consilia, cum sentimus eiusmodi bellum ultra nos geri, hoc est, in quibus incontinentia locum habet.

habet. Nam qui uitio stupet fibrisq; increuit opimum pingue, demersus summa rursus non bullat in unda. Quod præsidium, significantius dixisset subsidium. Quæ acies. s. rationum quibus utendum est contra appetitum. Obsistat, opponatur. Meliore manu, id est, exercitu à parte honestiore. Neq; enim bene ductor, sensus est, neque enim credibile est quod Simonides inquit, inuidisse deum homini, faciendo illum tot morbis atque animorum pestibus obnoxium: quin potius propter nimiam charitatē qua dilexit nos: ut ait Apostolus misisse filium suum: ut eos qui sub peccati iugo erant: à misera uitiorum seruitute liberaret. Carentes neruis, id est, viribus. Vitijs populantibus, id est, humanum genus euertētibus. Turmas salutiferas, id est, uirtutes morales, quæ opponuntur uitijs. Ad ludibria cordis, id est, uanas aut pernitiosas cogitationes, quæ nos illudunt. Tibi dimicet, & uincat, id est, ad nominis tui gloriam. Præsens ratio, id est, in promptu & manifesta. Si liceat notare, id est, si mihi concedatur fingere atque ante oculos ponere. Cominus, id est, prope more illorum qui conflicturi sunt. Facies uirtutum, id est, formas siue figuras. Et portēta, id est, uitia quæ tam sunt prçter naturæ intentionem quàm hominem nasci bicipitem aut multipedem.

FIDEI, ET IDOLOlatriæ pugna.

Prima petit campum dubia sub sorte duelli

IOANNES SICHARDVS.

PRIMA petit campum.) Commissurus ingeniosissimus poëta Fidem cum Idololatria, utriusque uires atq; armaturam describit, ita ut ex primo Fidei aspectu facile tibi uictoriam pollicearis. Alacritate enim, qua uel maxime opus est in congressu, tanta fuisse dicit fidem, ut armorum oblita, ultro se hosti obiecerit nihil uerita ne hosti omni armorum genere instructissimo succūberet. Eam uero nudam humeros, exertisq; lacertis quod fingit, huc pertinet, ut intelligas ad officium.

cium obeundum fide nihil esse promptius, eamq; si semel in te transtuleris, nequaq; desidem esse, aut ignauam, aut pugnam quamlibet plenam discriminis detrectantem. Expedimus enim tū maxime manus, atq; nudamus brachia, cum operi alicui magno studio intenti nihil spectamus potius, quàm ut quoque primo momento supremam liceat manum imponere, simulq; circumspicimus, necunde præter opinionem accidat quod conatus nostros refringat, aut debilitet.

Pugnatura Fides, agresti turbida cultu,
Nuda humeros, intonsa comas, exerta lacertos,
Nanq; repentinus laudis calor ad noua feruens
Prælia, nec telis meminit, nec tegmine cingi.
Pectore sed fidens ualido, membrisq; retectis
Prouocat insani frangenda pericula belli.
Ecce lacessentem collatis uiribus audet
Prima ferire Fidem, ueterum cultura deorum
Illa hostile caput, phaleratąq; tempora uittis
Altior insurgens labefactat, & ora cruore
E pecudum saciata solo applicat, & pede calcat,
Elisos in mortem oculos, animamq; malignam
Fracta intercepti commertia gutturis arctant,
Difficilemq; obitum suspiria longa fatigant.
Exultat uictrix legio, quam mille coactam
Martyribus regina Fides animarat in hostem.
Nunc fortes socios parta pro laude coronat
Floribus, ardentiq; iubet uestirier ostro.

Fidei & Idololatriæ pugna.

PRima petit, opponit atq; in certamen committit fidem, hoc est, christianam religionem atq; gentilium impietatē culturamq; deorū, quam primo congressu ponit fuisse superatam: ut significet uidelicet, in ijs quæ ad conuellendam contra nos insurgunt: non esse dandum locū lōgis disputationibus, sed quod dicitur oculis clausis andabatarū more pugnantes pri

mo impetu rem conficere. Sub dubia sorte. non quod uictoria sit dubia fortiter pro fide pugnanti: sed ad naturam respexit: in qua fortuna plerunq; dominari solet. Turbida. non quod per aliquam animi perturbationem in pugnam descenderit: sed quod exarmata & nuda: utcunque illam sors offendit sola conscientia atque sui fiducia ad primum instantis pugnæ clamorem concurrerit. Ideo dicit, Cultu agresti.i. inornato. Exerta lacertos, id est, habens exertos ac proinde ad cõflictum magis expeditos lacertos. Noua prælia laudis. i. uictoriæ unde magnam laudem atq; gloriam erat reportatura. Telis, armis ut uulgo dicitur offensiuis. Tegmine, id est, armis defensiuis. Membris retectis. i. nudis atque exarmatis. Pericula frangenda, id est, periculosum hostem, sedtamen facile profligandum. Lacessentem. scilicet fidem prouocantem illam ad certamen. collatis uiribus. i. cõsertis in pugna. Veterum deorum. quia idololatria iam inde à prima Assyriorum monarchia incepit. Illa. s. fides. Insurgens altior. ut. s. maiori conatu ictum infligeret. Labefactat. i. dissipat atq; dissoluit. Phalerata tempora. i. adornata: cum tamen propriè equorum ornamenta sint Phaleræ. Vittis. id est, uelaminibus sacris quibus in sacrificijs utebantur. Et applicat solo. i. in terram deprimit. Ora satiata de cruore pecudum, quas sacrificantes Dijs immolabant. Et pede calcat oculos. i. cum oculis totum caput. Elisos in morte. i. dissipatos ex pedum conculcatione. Vergil. 8. Aenei. angit inhærens, Elisa oculos & siccum sanguine guttur. Commercia gutturis. i. uicissitudo expirandi & respirandi, quæ per guttur fit. Intercepti, pro interclusi. Animam malignã. i. spiritum tenuem: quẽadmodum Vergil. 6. Aenei. Sub luce maligna Duxit pro angusta. Suspiria longa. i. singultus mortis. Obitum difficilem. i. uiolentum. Verg. 4. Aeneid. Longum miserata laborem Difficilesq; obitus. Legio. s. martyrum: per quos fides impietatem gentium superauerat. Coacta, constipata & coadunata. Animarat, incitarat. Iuuenalis, Animante tuba galeatum sero duelli Pœnitet. Floribus sertis ex floribus contextis. uestirier, paragoge est pro uestiri. Ostro ardenti. i. purpura siue murice splẽdenti.

Verg.

Vergil. 4. Aeneidos. Tyrioq́ʒ ardebat murice læna.

PVDICITIAE ET LIBIdinis pugna.

Exin gramineo in campo cõcurrere prompta
Virgo Pudicitia, speciosis fulget in armis:
Quam patrias succincta faces Sodomita libido,

IOANNES SICHARDVS.

QVAM patrias succincta faces.) Furias finxit uetustas facibus armatas, uidelicet quod impellendorũ ad quoduis flagitiũ hominũ istas animos facere traderẽt. Re autem uera conscientiæ sunt hominũ, alicuius sceleris sibi cõsciȩ, quemq́ʒ enim sua fraus impellit, ac de sanitate mentis deturbat, ut in Pisonẽ Cicero dicit. Libidinem uero qui potuisset Poëta magis è dignitate sua armasse, quã cum ei facẽ tribuit, non secus ac Furiȩ cuidam, qua speret se, postquam uidet aliis armis nihil profici, depulsura è pristino mentis statu Pudicitiam? quid enim aliud auderet elumbis Libido, stupris perdita, in ea maxime quam ob accuratiorem apparatum non uidebat ullis telis fore præterea obnoxiam?

Aggreditur, piceamq́ʒ ardenti sulphure pinum
Ingerit in faciem, pudibundaq́ʒ lumina flammis
Appetit, & tetro tentat suffundere fumo.
Sed dextram furiæ flagrantis, & ignea diræ
Tela lupæ saxo ferit imperterrita uirgo.
Excussasq́ʒ sacro tedas depellit ab ore.
Tunc exarmatæ iugulum meretricis adacto
Transfigit gladio, calidos uomit illa uapores,
Sanguine concretos cœnoso, spiritus inde
Sordidus exhalans uicinas polluit auras.
Hoc tibi habe, exclamat uictrix Regina supmus Hoc habet
Hic tibi finis erit, semper prostrata iacebis,
Nec iam mortiferas audebis spargere flammas
In famulos famulasve dei, quibus intima casti
Vena animi sola feruet de lampade Christi.
Te ne, ò uexatrix hominum, potuisse resumptis

Viribus extincti capitis recalescere flatus?
Assyrium postq̃ thalamum ceruix Olophernis
Cæsa, cupidineo madefactum sanguine lauit.
Gemmatumq́ thorū mœchi ducis aspera Iudith
Spreuit, & incœstos compescuit ense furores.
Famosum mulier referens ex hoste trophæum
Non trepidāte manu uindex mea cœlitus audax.
At fortasse parum fortis matrona sub umbra
Legis adhuc pugnans, dum tēpora nostra figurat
Vera, quibus uirtus terrena in corpora fluxit,
Grande per infirmos caput excisura ministros,
Nunquid & intactæ post partum uirginis ullum
Fas tibi iam superest? post partū uirginis, ex quo
Corporis humani naturam *prisca propago
*Pristina origo Deseruit, carnemq́ nouam uis ardua seuit.
Atq; innupta deum concepit fœmina Christum,
Mortali de matre hominem, sed cū patre numē.
Inde omnis iam diua caro est quæ concipit illum,
Naturamq́ dei consorti fœdere sumit.
Verbum quippe caro factum non destitit esse
Quod fuerat uerbū, carnis dum glutinat usum,
Maiestate quidem non degenerante per usum
Carnis, sed miseros ad nobiliora trahente.
Ille manet quod semper erat, quod non erat esse
Incipiens. Nos quod fuimus iam nō sumus, aucti
Nascendo in melius: mihi contulit & sibi mansit.
Nec deus ex nostris minuit sua, sed sua nostris
Dum tribuit, nosmet dona ad cœlestia uexit.
Dona hęc sunt, *quis uicta iaces lutulenta libido,
*quod Nec mea post Mariam potis es perfringere iura.
Tu præceps ad mortis iter, tu ianua lęthi,
Corpora cōmaculans animas in tartara mergis.
Abde caput tristi iam frigida pestis abysso,
Occide prostibulū, manes pete, claudere Auerno
Inq́ tenebrosum noctis detrudere fundum.

Te

Te uoluāt subter uada flammea, te uada nigra
Sulphureusq; rotet per stagna sonantia uortex.
Nec iam Christicolas, furiarū maxima, tentes,
Vt purgata suo seruentur corpora *regi. *Christo
Dixerat hæc, & læta libidinis interfectæ
Morte Pudicitia, gladium Iordanis in undis
Abluit infectum sanies cui rore rubenti
Hæserat, & nitidum macularat uulnere ferrum.
Expiat ergo aciem fluuiali docta lauacro,
Victricem uictrix, abolens baptismate labem
Hostilis iuguli, nec iam contenta piatum
Condere uagina gladium, ne tecta rubigo
Occupet. Ablutum scabrosa sorde nitorem
Catholico in templo diuini fontis ad aram

IOANNES SICHARDVS.

CATHOLICO in templo. more dixit ueterum, qui sicubi res bene processisset foris, reuersi incolumes, arma soliti sunt suspēdere in fanis deorum: uel ut essent ad uirtutem posteris documento, uel ut gratos se erga deos exhiberēt, quorum beneficio rem bene cessisse sibi persuaserant.

Consecrat, æterna splendens ubi luce *nitescat. *coruscet

EXin gramineo. secundus pudicitiæ cum libidine conflictus, quam nostri tertiam animorum pestem faciunt, hoc est, luxuriam, cum sit luxuria aliud, quemadmodum infra dicemus. Concurrere prona. id est, procliuis & parata ad concurrendū cum libidine. Sodomita libido. id est, quæ diu uersata est Sodomis urbe illa pentapoleos infami impuratæ libidinis uitio, quā Sodomitā genere fœminino protulit, cū ex forma declinationis græcę id quod alicubi diximus generis sit tantū masc. nam fœminino Sodomitis Sodomitidis potius diceretur. Succincta faces. id est, habens faces ignis succinctas. sic enim exponi solet synecdoche per participium, sed hic improprie pro ipsa succincta, id est, expedita habens faces. Faces patrias id est,

id est, intinctas bitumine sulphureo quod asphaltites lacus, hoc est, mare quod Hebræi, uocant mortuum exudat: ubi Sodoma cum aliis quatuor urbibus incendio absumptæ sunt. itaque patrias appellauit cum ipsa libido Sodomita sit patria naturalis. Ardenti sulphure: ex bitumine quod diximus. Pinum piceam, id est, facem ex pinu arbore in cuius genere numeratur picea. Ver. 6. Aeneid. Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex. Appetit. pro impetit & inuadit. Pudibunda, uerecunda in bonam partem accipiendo. Ignea tela. i. faces pineas ex sulphure incensas. Lupæ diræ. i. meretricis, sic enim apud antiquiores dicebantur, unde & lupanaria dicta sunt. Iuuenal. Ite quibus grata est picta lupa Barbara mitra. Tedas. illas faces igneas. Transfigit. traiicit atque transuerberat. Gladio adacto. id est, impulso ac impresso. Vapores concretos sanguine. i. spiritum sanguine commixtū emittit. Verg. 2. Aeneid. Squallentem barbā, concretos sanguine crines. Cœnoso. i. ad cœni similitudinē crasso & turpi. Inde ex iugulo trāsfossi uulnere. Hoc tibi habe. subaudi uulnus. Terentius in Andria habet captus est, quod Donatus pro uulneratus est illo in loco exponit. Flammas mortiferas. i. Venerem & amores ad mortem æternam perducentes. Vena intima. pro iecore posuit. Verg. 4. Aeneid. Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni. Lampade Christi. i. amore casto, non venereo. Iuuenalis: Nec pharetris venereis macer est, aut lampade feruet. Te ne ò uexatrix, pudicitia uictrix amare, atq; hostiliter increpat libidinē profligatam. Potuisset subaudi decuit. Verg. 1. Aeneid. Me ne Iliacis occumbere campis non potuisset. Recalescere flatu. i. reuiuiscere spiritu. Capitis extincti. ac si dicat, quo tempore Iudith amputauit caput Holophernis tu quoq; cum illo pariter extincta es, quomodo igitur nunc reuiuiscis atq; pristinas uires resumis? Assyrium thalamum, quia Holophernes dux erat Nabuchodonosor assyriorum regis. Lauit sanguine. i. commaculauit Mœchi ducis. i. qui uolebat esse mœchus. ut Verg. quos ego sum toties iam dedignata maritos. Famosum tropheum. uictoriam insignem. Mea uindex. i. quæ me in libertatem asseruit, quia ulta est. Cœlitus audax, quia illud

illud prçclarum facinus non potuit absolui, nisi cœlesti quodam auxilio. At fortasse parum fortis, imo fortiter pro pudicitia rem gessit: quãuis sub lege ueteri in qua pudicitia nõ tantopere cõmendabatur, sed nimiũ, inquit illa figura nouæ legis erat, in qua uirginitas uiduitati, continentia nuptijs præfertur contra priscæ legis consuetudinẽ. Sub umbra legis. i. lege umbratili & quæ figura erat legis solidæ, ueræ & expressæ, quia, ut inquit Apostolus ad Corinthios prima omnia in figura cõtingebant illis. Quib' s. tẽporibus. Virtus uera, nõ fucata, nõ adũbrata, ut in lege ueteri, in qua ꝓbro dabatur filios non gignere. Fluxit in corpora terrena. i. illapsa est in homines. Excisura grãde caput, sumptum est ex eo quod scribitur 1. Corin. 1. Elegit deus infirma mundi huius ut fortia quæque confunderet. Nunquid & intacte libidinem nihil iuris habere in corpora humana ostendit: posteaquam uerbum diuinum incarnatum, uel, ut dicunt grçci, humanatum est: propterea ꝙ ex carnis humanæ commercio cum diuinitate sumus quodammodo consecrati. Vllum fas superest. id est, relicta est tibi ulla facultas aut potestas? q. d. nulla nisi quatenus hoies uinci se uolunt. Ex quo. subaudi tempore uel ex quo partu. Propago prisca. i. uetus homo subiectus morti propter peccatum. Deseruit naturam. i. mutauit conditionem. Vis ardua. i. diuina, hoc est, uerbum. Seuit nouam carnem. i. inseuit, quid si legas sumpsit? Cum patre numen. i. deum ex patris substantia, & hominem ex substantia matris. Caro diua est. i. diuinitatis facta particeps & sacrata. Quç concipit illũ ut referatur ad totam speciem, non ad numerum. Con sorti fœdere. i. communi societate, quod quemadmodum factum sit, & quid inde sequatur multis modis exponit. Dum glutinat. i. sibi coagmentat & connectit. Vsum carnis. i. carnẽ quæ ueluti instrumento quodam utatur. Non degenerante. i. in deterius mutata, nã illa degenerare dicũtur ꝗ sui generis principio nõ respondent. Iã nõ sumus, imo ijdẽ sumus, sed aucti nascẽdo in melius. i. conditionẽ nobiliorẽ. Mihi cõtulit. i. mihi aliquid dedit, & ipse nihil amisit, quod adhuc alijs uerbis explicat magis. Hæc sunt dona, id est, beneficia homi-

ni a deo concessa. Quis pro quibus. Lutulēta, luto ple-na & immunda. Post Mariam, id est, Mariç fœcundam uirginitatem. Perstringere, i. uel leuiter tāgere & uio-lare. Præceps, actiue pro præcipitans, siue pręcipitanter impellens. Pestis feruida ad Veneris igneam naturam retulit. Abde caput. id est, mergere siue mergaris. Occi de prostibulum, i. morere ó meretrix, sic enim meretri ces uocantur prostibulæ à prostando. Manes pete, i. in-feros. In fundum noctis, i. in profunditatem inferorū. Verg. Pallentes umbras Erebi noctem'q; profundā. Va-da flammea, i. Phlegeton fluuius inferorum qui flam-meus interpretatur. Vada nigra, Erebum intelligit, de quo Verg. Imas Erebi descendit ad umbras. Vortex sul phureus, ad eundem Phlegetonta retulit, de quo Verg. Qui rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tarta-reus Phlegeton. Furiarū maxima. Verg. Furiarum ma-xima iuxta accubat. Iordanis in undis, quę sunt Christi baptismate consecratæ. Sanies hæserat, i. sanguis cor-ruptus, quippe extra uenas. Rore rubenti, i. sanguine roranti. Vulnere, i. uulneris cruore. Virgo docta, id est, quæ huiusmodi armorum polituram bene nouerat. A-ciem uictricem, id est, gladium quo ipsa fuerat uictrix Labem hostilis iuguli, id est, maculā ex libidinis cruo-re. Baptismate, id est, ablutione & intinctu, nam bapti zare est intingere siue mergere, alludit tamen ad bapti sma q̃ uestigia peccati abluuntur. Tecta rubigo, id est, gladij scabritia, quæ ex uaginæ tegumento citius irre pit. Consecrat nitorem ablutum, id est, gladium niten-tem & politum. Sorde scabrosa, id est, quæ gladijs sca-briciem superinducit. Ad aram diuini fontis, i. Iorda-nis Christi baptismate consecrati, & tangit consuetudi nem illorū qui artis suæ instrumenta emeriti deo con secrabant, in cuius erant tutela. Horatius 1. epistol. Ve-ianius armis Herculis ad postē fixis latet abditus agro.

PATIENTIAE ET IRAE congressus.

Ecce modesta graui stabat Patientia uultu,
Per medias immota acies, uariosq; tumultus.
Vulneraq;, & rigidis uitalia peruia pilis

Spe-

Spectabat defixa oculos, & lenta manebat,
Hanc procul Ira tumēs spumāti feruida rictu,
Sanguinea intorquens suffuso lumina felle,
Vt belli exortem, teloq́ue & uoce lacessit,
Impatiensq́ue moræ conto petit, increpat ore,
Hirsutas quatiens galeato in uertice cristas.
En tibi Martis, ait, spectatrix libera nostri,
Excipe mortiferum securo pectore ferrum,
Nec doleas, quia turpe tibi gemuisse dolorem.
Sic ait, & stridens sequitur conuitia pinus,
Per teneros crispata notos, & certa sub ipsum
Defertur stomachum, rectoq́ue illiditur ictu,
Sed resilit duro loricæ excussa repulsu.
Prouida, nam Virtus conserto adamāte trilicem
Induerat thoraca humeros, squamosaq́ue ferri
Texta per * intortos commiserat undiq́ue neruos. innumeros.
Inde quieta manet Patientia, fortis ad omnes
Telorum nimbos, & non penetrabile durans,
Nec mora est iaculo monstri fine more furentis,
Opperiens proprijs perituram uiribus iram,
Scilicet indomitos postq̄ stomachando lacertos
Barbara bellatrix impenderat, & iaculorum
Nube superuacuam lassauerat irrita dextram,
Cum uentosa leui cecidissent tela uolatu
*Ictibus & uacuis hastilia fracta iacerent.
Vertitur ad capulū manus improba, & ense co iactibus
Cōnixa in plagā, dextra sublimis ab aure (rusco
Erigitur, mediumq́ue ferit librata cerebrum.
Aerea sed cocto cassis formata metallo
Tinnitum percussa refert, aciemq́ue retundit
Dura resultantem, frangit quoq́ue uena rebellis
Illisum chalybem, dum cedere nescia*cassos cassis
Excipit assultus, ferienti & tuta resistit
Ira, ubi truncati mucronis fragmina uidit.

IRA VBI truncati mucronis.) Prodeat Apelles aliquis, qui tam penicillo exprimat Iracundiam, quam suis coloribus semel est ob oculos posita ab elegantissimo poëta. Ensis enim fractus in minutas partes, quid aliud præ se fert, quàm iratorum consilia plerunque obesse, quum pro magna aliqua laude, aut uictoria decertent? neque iniuria esse creditũ, in medijs quoque armis esse animo locum placidiori: qui nisi adsit, accidere sæpenumero, ut adducti iracũdia aliquo nos præcipitemus, unde te nostra integra emergere nõ liceat. fallantq; nos non raro, cladisq; sint causa, quibus confisi potissimum in harenam descendimus. Huc etiam pertinet, quod suo semet *fingit telo incumbere, dũ dicit: Ipsa sibi est hostis uesania, seq; furendo interimit.

fingitur

Et procul in partes ensem crepuisse minutas,
Iam capulum retinente manu sine pondere ferri,
Mentis inops, ebur infelix decorisq; pudendi
Perfida signa abijcit, monumentaq; tristia longe
Spernit, & ad propriũ succenditur effera lethum.
Missile de multis, quæ frustra sparserat, unum
Puluere de campi peruersos sumit in usus,
Rasile figit humi lignum, ac se cuspide uersa
Perfodit, & calido pulmonem *uulnere transit.

uerbere

Quam super assistẽs Patientia, Vicimus, inquit
Exultans uitium solita uirtute sine ullo
Sanguinis, ac uitæ discrimine: lex habet istud
Nostra genus belli, furias, omnemq; malorum
Militiam, & rabidas tolerãdo extinguere uires.
Ipsa sibi est hostis Vesania, seq; furendo
Interimit, moriturq; suis Ira ignea telis.
Hæc effata secat medias impune cohortes.
Egregio comitata uiro: nam proximus Iob

IOANNES SICHARDVS.

EGREGIO comitata uiro.) Quid, quæso, accommodatius potuit fingi, quàm patientiæ, ei in quã, quæ semel sibi quicquid humanitus accidisset imperarit in fracto animo perpeti, addere satellitem Iob laborum,

periculorumq; omnium tanquam fidum aliquẽ Achatem? Cuius tãtam legimus incommodorum omnium fuisse tolerantiam, ut quum à fortuna miris exagitaretur modis, nihilo tamen secius sibi placeret quàm re integra, quippe occallere didicerat animus, malorum iam subinde aliorum usu, & quodam ueluti commercio. Videbat autem hac una in re homo mire perspicax, non esse ullum uictoriæ genus plausibilius, q̃ quum hostes uel desperatione, uel pœnitudine adductos, cogimus patientia nostra sibi tandem inferre manus, quemadmodum iram ultro tandem in telum incumbentem poëta describit.

Hæserat inuictæ dura inter bella magistræ,
Fronte seuerus adhuc, & multo funere anhelus,
Sed iam clausa truci subridens ulcera uultu,
Perq; cicatricum numerum sudata recensens
Millia pugnarum, sua præmia, dedecus hostis.
Illum Diua iubet tandem requiescere ab omni
Armorum strepitu, captis, & perdita *quæ sunt *quæq;
Multiplicare opibus, nec iam peritura referre.
Ipsa globum legionum, & concurrentia rumpit
Agmina, uulniferos gradiens intacta per imbres
Omnibus una comes uirtutibus associatur,
Auxiliumq; suum fortis Patientia miscet.
Nulla anceps luctamen init uirtute sine ista
Virtus, nam uidua est quam nõ Patientia firmat.

Patientia cum Ira.

ECce modesta. Tertius Patiẽtiæ cum Ira cõflictus, quam nostri quartam animorũ pugnam dicũt. Graui uultu. i. * sereno & constanti. Defixa oculos. i. in terrã deiectos, quod ipsum constantiæ signum est. Verg. 6. Aene. Illa solo fixos oculos auersa tenebat. Spectabat uulnera. quæ ab omnibus inuicem inferebantur. Et uitalia. subaudi membra. Peruia. id est, exposita armorũ incursionibus. Et manebat lenta. id est, immobilis & otiosa. Ira tumens. proprium iræ epitheton *seuero

son. Feruida rictu spumanti. id est, propter calorẽ per ora spumas emittens. Intorquens lumina. id est, huc atq; illuc uoluens oculos contra id quod de patientia dixit defixa oculos. Sanguinea. Verg. sanguineam uoluens aciem. Suffuso felle. id est, mixto cum sanguine. Lacessit hanc. id est, prouocat ad pugnam patientiam. Telo & uoce. id est, armis & uerbis. Vt exortem belli, quasi inuidens illi: quod significauit per illud, quod dixit suffuso felle: quum uideret illam immunem belli Impatiens moræ. id est, non potis se continere. Iuuen. Impatiensq; moræ pauet. Conto petit. id est, hasta. Increpat ore, quod dixit teloq; & uoce lacessit. Quatiens cristas hirsutas. id est, ex equina cauda. Vergil. Caudaq; hirsutus equina, & alio in loco. Cui triplici crinita iuba galea alta. In pectore securo. id est, sine belli cura, quia turpe, non quod ita putat ira: sed quod patienti id se facere iactat: ut sit dictum per ironiam. Pinus stridens. id est, cum stridore uolans. Crispata. id est uibrata & tremens. Per notos teneros. i. peruios, quid si legas tenues. Verg. Tenues in uetos uita recessit. Certa. i. non frustrata ictum destinatum. Illuditur ictu recto. i. in nullam partem aliam deflexo. Resilit. i. resultat & repercutitur. Induerat thoraca, de eadem armatura dixit loricã & thoracem: cum lorica proprie sit ex hamis contexta, thorax ex corio. Sed Varro lorica, inquit, quod è loris de corio crudo pectoralia faciebant: postea succuderunt galli è ferro sub id uocabulum ex anulis tunicã ferream. Trilicem thoraca. Ver. de lorica libro. 5. Leuibus huic hamis consertam auroq; trilicem loricam; cum sit corio crudo. Mart. Accipe belligeræ crudũ thoraca Mineruæ. Squammosa texta, idem dicit, sed aliis uerbis, nam nihil aliud est lorica Ferri: quàm annuli siue hami ferrei cõtexti in modum squãmarum. Commiserat. i. connexuit & coagmentauit. Iuuena. Eadẽ plumbo commissa manebit. Per neruos intortos, quia forte ad maiorem loricę securitatem nerui interponebantur hamis ferreis. Inde. s. ex armaturę firmitate. Telorum nimbos. i. ad tela cadentia in modum grandinis siue pluuiæ. Durans non penetrabile, nomẽ pro aduerbio, pro impenetrabiliter, uel potius genus posuit

posuit pro genere, ut sit non penetrabile pro non penetrabilis. Mota est. i. perturbata. Opperiēs. i. expectās Stomachando. id est, irascendo. Impenderat lacertos. id est, consumpserat uires. Irrita, delusa, & frustrata sua spe. Lassauerat. id est, usque ad lassitudinem fatigauerat. Nube iaculorum, quod supra dixit telorum nimbos. Ventosa tela. id est, per uentos uolitantia. Ictibus uacuis. id est otiosis, & finem suum non consequentibus. Ad capulum. id est, ad ensem qua parte capitur cū stringendus est. Connixa ab aure dextra, graphice morem ferire uolentium exprimit. Ouidius pri. metamorpho. Retundit aciem. id est hebetat gladij acumen. Vena rebellis. id est, galea ærea resistens, nam ex uenis terræ effoditur æs & ferrū. Chalybem illisum. id est, ensem impactum. Nescia cedere. id est, perforari & uinci. Excipit assultus. id est, ictus iræ assilientis: Mucronis, id est, ensis. Crepuisse. id est, cum crepitu dissiluisse. Capulum, solū sine lamina ferri. Mentis inops. id est, præceps & sine consilio, ebur infelix. id est, capulū ex ebore quo infeliciter usa est. Signa perfidia. id est, capulū in quo erant signa, & imagines ebori impressæ, quæ tamen perfida uocat; quia illis nō erat fidendum utpote falsis. Decoris pudendi. id est, ornamēti ex quo plus ignominiæ quàm laudis retulit: Monimenta tristia. i. quæ tristem recordationem illi afferebant: quoniā illorum defectu uicta fuit. Effera. id est, furiosa & ueluti ferarū rabie percita. Vnū; missile. id est, iaculum. In usus peruersos. id est, in perniciem suā uersos, quū illos antea in patientiā iaculata fuisset. Rasile lignum. i. hastam politam, ac leuigatam. Cuspide uersa. subaudi contra seipsam. Transit. pro traijcit & penetrat. Verbere calido. id est, hasta sanguine calefacta. Vicimus uitium. id est, iram uitiosam, nam ira per prudētiam moderata non est, uitiosa ut Peripatetici ostendunt, quin potius in mansuetudinem refertur: ut probat Aristoteles in tertio Ethicorum libro. Vis ignea, diffinitio est iræ: hoc est accensio sanguinis circa cor. Secat cohortes. id est, transit. Vergi. Littus harenosum libyę uētosq; secabat. Iob hauserat, qui potissimum patientia cōmendatur. Fronte seuerus. id est, tristis & rugosus.

B 5 Anhelus

Anhelus præ nimio labore sudans. Vlcera clausa. in cicatricem coeuntia. Truci uultu subridens, significat in illo tristitiam lætitiæ fuisse mixtam. Per numerũ cicatricum, id est, multitudinem plagarum. Milia pugnarum sudata. id est, cũ sudore suo deuicta. Sua præmia. appositio est, id est, suam uictoriam & laudẽ. Dedecus hostis. scilicet, impatientiæ & irę. Multiplicare, quia omnia quæ illi fuerant rapta reddita sunt duplicia. Nec peritura, id est, permansura semper. Per imbres uulniferos. f. telorum, sic supra ex eadem translatione dixit telorum nimbos & iaculorum nubem. Vna comes uirtutibus. Est nanq; patientia quemadmodum in Retoricis à Cicerone diffinitur, honestas est utilitatis causa rerum difficilium diuturna perpessio, quod in omni uirtute necessarium est, quia uirtus & ars circa difficile uersantur.

SVPERBIAE ET HVMILITATIS pugna.

Morte Forte per effusas inflata Superbia turmas
Effreni uolitabat equo, quem pelle leonis
Texerat, & ualidos uillis onerauerat armos,
Quo se fulta iubis iactantius illa ferinis
Inferret, tumido despectans agmina fastu,
Turritum tortis caput accumularat in altum
Crinibus, extructos augeret ut addita cirros
Congeries, celsumq; apicem frons ardua ferret.
Carbasea ex humeris summo collecta coibat
Palla sinu, teretem nectens à pectore nodum.
A ceruice fluens tenui uelamine limbus
ngestas Concipit infestas textis turgentibus auras.
Nec minus instabili sonipes feritate superbit
Impatiens madidis frenarier ora lupatis.
Huc illuc frendens obuertit terga negata
Libertate fugæ, pressisq; tumescit habenis.
Hoc sese ostentans habitu uentosa uirago
Inter utranq; aciem supereminet, & phaleratum
Circunflectit equum, uultuq; & uoce minatur,

Aduersum

Aduersum spectans cuneum, quẽ milite raro,
Et paupertinis ad bella coëgerat armis
Mens humilis, Regina quidem, sed egens alieni
Auxilij, proprio nec sat confisa paratu
Spem sibi collegam coniunxerat, ædita cuius
Et suspensa ab humo est Opulentia diuite regno.
Ergo humilem postq̃ malesana Superbia mentẽ
Vilibus instructam nullo ostentamine telis
Aspicit, in uocem dictis se fundit amaris.
Non pudet ô miseri plebeio milite claros
Attentare duces? ferroq́ꝫ lacessere gentem
Insignem * titulis? ueteres cui bellica uirtus — telis
Diuitias peperit? lætos & gramine colles
Imperio calcare dedit? unde aduena nudus
Nititur antiquos (si fas est) pellere reges.
En, qui nostra suis in prædam cedere dextris
Sceptra uolunt, en qui nostros sulcare nouales?
Arua'q́ꝫ capta manu popularier hospite aratro
Contendunt? duros & pellere marte colonos.
Nempe * ô ridiculum uulgus, natalibus horis — hoc
Totum hominẽ, & calidos à matre amplectimur artus,

IOANNES SICHARDVS.

TOTVM hominem, & calidos. Enarrans superbia opum, uirum, fortunarumq́ꝫ genera, quibus contra hostem affatim instructa ueniat, hoc etiam non præterit, quod ad deterrendam à cõgressu Humilitatem uel maxime ualeret. Nimirum eam se esse perhibens, cuius non modo non sit recens inuecta autoritas, aut quæ iam nunc demum Regina esse incipiat, sed quæ à teneris, ut sic dixerim, unguiculis hominem in possessione detineat. Simul enim atq; est aliquis in lucem æditus, quædam prę se fert non obscura superbiæ argumenta etiam tum quum ne quidem satis uagire dedidicerit.

Vimq́ꝫ potestatum per membra recentis alumni
Spargimus, & rudibus dominamur in ossibus oẽs
Quis locus in nostra tunc uobis sede dabatur,

Congenitis

Congenitis cum regna simul ditionibus æquo
Robore crescebant? nati nam luce sub una
Et domus, & domini paribus adoleuimus annis.
Ex quo plasma nouum de concepto paradisi
Limite progrediens amplum transfugit in orbẽ.
Pellitosq́ habitus sumpsit uenerabilis Adam.
Nudus adhuc, ni nostra foret præcepta sequutus.
Quis nam iste ignotis nunc hostis surgit ab oris
Importunus, iners, infelix, degener, amens?
Qui sibi tam serum ius uindicat, hactenus exul.
Nimirum uacuæ credentur friuola famæ.
læta Quæ miseros optare iubent, quandoq; futuri
Spem fortasse boni, * lenta ut solatia mollem
Desidiam pigro rerum medicamine palpent.
Quid ni illos spes palpet iners, q̃s puluere in isto
Tirones bellona truci non excitat ære,
Imbellesq́ animos uirtus tepefacta resoluit?
An ne Pudicitiæ gelidum iecur utile bello est?
An tenerum pietatis opus sudatur in armis?
Quam pudet ô Mauors, & Virtus conscia talem
Contra stare aciem, ferroq́ lacessere nugas,
Et cum uirgineis dextram conferre choreis,
ubi Iustitia est * nã semper egẽs, & pauper Honestas,
Arida Sobrietas, albo Ieiunia uultu,
Sanguine uix tenui Pudor interfusus, aperta
Simplicitas, & ad omne patẽs sine tegmine uuln⁹
Et prostrata in humum, nec libera iudice sese
Mens humilis, quem degenerẽ trepidatio prodit.
Faxo ego sub pedibus stipularum more teratur
Inualida ista manus, neq; enim perstrĩgere duris.
Dignamur gladijs, algenti & sanguine ferrum
fragilisq; uiros Imbuere, & * fragili uires fœdare triumpho.
Talia uociferans rapidum calcaribus urget
Cornipedem, laxisq́ uolat temeraria frenis,
Hostem humilem cupiẽs impulsum bonis equini
Sternere

Sternere, deiectamq; super calcare ruinam.
Sed cadit in foueam præceps, quã calida forte
Fraus intercifo suffoderat æquore furtim.
Fraus detestandis uitiorum è pestibus una,
Fallendi uersuta opifex, quæ præscia belli
Planiciem scrobibus uiolauerat insidiosis,
Hostili de parte latens, ut fossa ruentes
Exciperet cuneos, atq; agmina mersa uoraret.
Ac ne fallacem puteum deprendere posset
Clara acies, uirgis adopertas texerat oras,
Et super imposito simularat cespite campum.
At regina humilis quamuis ignara manebat
Vlteriore loco, nec adhuc ad fraudis opertum
Venerat, aut foueæ calcarat furta malignæ.
Hunc eques illa dolũ dum fertur præpete cursu
Incidit, & cæcum subito patefecit hiatum.
Prona ruentis equi ceruice inuoluitur, ac sub
Pectoris impressu fracta inter crura rotatur.
At uirtus placidi moderaminis, ut leuitatem
Perspicit obtritam monstri sub morte iacentis,
Intendit gressum mediocriter, os quoq; parce
Erigit, & comi moderatur gaudia uultu.
Cunctanti Spes fida comes succurrit, & offert
Vltorem gladium, laudisq; inspirat amorem.
Illa cruentatam correptis crinibus hostem
Protrahit, & faciem leua reuocante supinat.
Tunc caput orantis flexa ceruice resectum
Eripit, ac madido suspendit colla capillo.
Extinctum uitium sancto Spes increpat ore,
Desine grãde loqui, frangit Deus omne superbũ,
Magna cadũt, inflata crepãt, tumefacta ꝓmũtur.
Disce supercilium deponere, disce cauere
Ante pedes foueam, quisquis sublime minaris.
Peruulgata uiget nostri sententia Christi,
Scandere celsa humiles, & ad ima redire feroces

Vidimus

Vidimus horrendum membris, animisq; Goliam
Inualida cecidisse manu, puerilis in illum
Dextera fundali torsit stridore lapillum,
Transiectamq; cauo penetrauit uulnere frontem
Ille minax, rigidus, iactans, truculentus, amarus,
Dum tumet indomitum, dum formidabile feruet
Dum sese ostentat clypeo, dum territat auras,
Expertus pueri quid possint ludicra parui,
Succubuit teneris bellator turbidus armis.
Me tunc ille puer uirtutis pube sequutus
Florentes animos sursum in mea regna tetendit.
Seruatur qua certa mihi domus omnipotentis
Sub pedibus domini, meq; ad sublime uocantem
Victores cæsa culparum labe capessunt.
Dixit, & auratis perstringens aëra pennis
In cœlum se uirgo rapit, mirantur euntem
Virtutes, tolluntq; animos in uota, uolentes
Ire simul, ni bella duces terrena retardent.
Confligunt uitijs, seq; ad sua præmia seruant.

FOrte per effusos. humilitatis cũ superbia cõgressum ponit ante oculos, Effreni. i. qualis & ipsa est Quo, pro ut. Fulta. i. ipsa sedẽs & sustentata in pelle leonis iubata. Accumularat in altũ. i. in sublime crescere fecit. Caput turritũ. i. in modum turris extructũ. Crinibus tortis. i. in funiũ similitudinẽ cõtextis: quasi chimerã & galeæ cristas: sic supra dicit de ira, Hirsutas quatiens galeato in uertice cristas. Vt cõgeries addita. id est, illa criminũ multitudo adiũcta capiti, aut cassidi Augeret cirros i. crines, ad maiorẽ hostis terrorẽ. Palla carbasea, ex carbaso genere lini candidissimo contexta. Collectæ summo sinu, quia sinus uestis inferiores fluxi erant: sed superior sinus collectus à pectore sursum, ideo dicit, nectens à pectore nodum teretem. id est, cingulum. Verg. in. 4. Aeneid. Aurea purpuream subnectit fibula uestem. Idem in sexto. Sordibus ex humeris

neris nodo dependet amictus, itaque nodum teretem fibulam cinguli appellat. Limbus tenui uelamine, id est, uelamen tenue habens limbum. A ceruice fluens, id est, pendens. Infestas auras. id est, obstantes, siue obuias. Ouidi. Obuiaq; aduersas uibrabant flamina uestes. Textis turgentibus. id est, uelaminibus aura inflatis. Sonipes. id est, equus non potens consistere pedibus. Virgil. Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit. Frenarier ora. synecdoche per uerbum passiuum: Obuertit terga. id est, retrocedit. Negata libertate fuge. id est, cursus, hoc est quia non permittitur currere. Ventosa uirago. id est, superbia opinione sui tumida & inflata. Supereminet, quia in omnibus se ostentat. Circumflectit. s. habenis, quamuis supra effrenem dixit: sed intelligendum effrenem pro male frenis obedientem. Aduersum cunei. id est, humilitatis aciem in cunei speciē ordinatam. Milite raro, quia pauci tales reperiuntur. Coëgerat. congregauerat. Paupertinis, pauperibus. Apuleus, quod oro fili paupertinas reculas donas uicinis. Mens humilis. id est, humilitas, sed non potuit in carmine tres syllabas breues ponere. Regina quidem. id est, quanquam pauper nō sine maiestate regia. Proprio paratu. id est, exercitus expeditiōe. Collegam. id est, auxiliarem ad hanc pugnam ad quā sola spe uincendi descendebat. Cuius regno diuite. s. spei. Opulentia. id est, omnium rerum abundantia, est ędita id est, procreata, & suspensa ab humo, id est, è terra subleuata, & alludit ad consuetudinem Romanorū qui infantes recèns natos humi collocabant, & deinde subleuabāt, unde est dea Leuana quæ infantes de terra leuabat. Humilem mentem, ut supra humilitatem. Nullo ostentamine. id est, sine ostentatione: cū superbia nihil sine ostentatione faciat. Fundit se. id est, prorumpit. Non pudet. insectatur multis uerbis atq; amarulentis humilitatis milites, dicens indignos qui cum suo exercitu audeant pugnare. Lacessere. prouocare ad certamen. Peperit, comparauit. Calcare. id est, possidere. Si fas est. q. d. quod nefas est. En qui nostra suis, est quale illud Verg. ex Aenei. en qui nostra sibi bello connubia poscunt. Sceptra. id est, insignia nostri regni. Sulcare no-

care nouales.id est, exercere agros qui quo anno cultura renouantur dicuntur nouales, sicut quo nō cōluntur anno restiles appellantur. Capta manu, uel antea à nobis uel nūc ab ipsis. Populariter. id est, per uim occupare. Hospite aratro. id est, cultura sua qui nō indiginæ, sed hospites sunt. Duros colonos. id est, nos fortes uiros. Natalibus horis. Sensus est, ego superbia sic exerceo meos milites, quod ab hora diei natalis assuefacio illos ad rerum dominium. Calidos à matre. Iuue. Modo primos incipientem ædere uagitus, & adhuc à matre rubentem. Vim potestatum. id est, potentes uires. Et omnes. id est, ego cum meis. In ossibus rudibus. id est, ab infantia & tenera ętate. Quis locus. q. d. in ditione nostra quæ nobiscum genita est, & creuit, nullus est locus. Congenitis ditionibus. i. regnis, & dominijs rerum nobiscum genitis. Et domus & domini, idem dicit alijs uerbis. Ex quo, dicit iam inde ab initio mūdi hoc fuisse quod potentiores atq; perinde superiores rerum potiti sunt. Plasma nouū. Adam ex luto factus. Pellitos habitus. id est, uestes pelliceas. Ouidi. de ponto Littora pellitis nimium subiecta corallis. Nostra præcepta. id est, per superbiam occupasset agros. Ab oris ignotis. id est, aduena, ignobilis, & obscurus. Tam serū ius. id est, sero. Nimirum uacue, sensus est, non esse credendū famæ, quę iubet miseros bene prosperare. Friuola credūtur famę. id est, frustra illi creditur. Vacue. id est, uane siue otiose. Spem boni futuri, quia spes nō est nisi de bono futuro. Vt palpent. sensus est, ut hæc leuis consolatio blandiatur illorum desidiæ. Pigro medicamine. id est, leui remedio. Quid ni. id est, certe. Spes iners. i. quæ inertium est. Palpent illos. id est, illis blandiatur, construiturq; cum accusatiuo & cum datiuo. Iuuen. Quem munere palpat carus. Horati. cui male si palpare recalcitrat. Quos bellona, dea belli. Non excitat, non exercet. In isto puluere. id est. in exercitio militari, ac si dicat, indigni sunt qui in militia uersentur Truci ære. i. terribili turba. Virtus tepefacta. id est, fortitudo quæ debet esse feruentissima. Resoluit, euirat eneruat. Iecur gelidum, nam cum in feruore iecoris sit nis amoris: pudicitia frigescat ea parte necesse est. Pietatis

tatis opus tenerum. id est, religionis quæ in timore est dei, uideturq; homines facere formidulosos. Sudatur. id est, exercetur. Virtus conscia, id est, uires quarum nobis ipsi sumus conscij. Nugas. id est, homines nihili. Hanc dextram. id est, nostrum robur. Cum choris uirgineis. id est, cum uirtutibus, quæ uirgines finguntur, ut Pudicitia, Pietas. Iustitia egens, quia uiri iusti non possunt ditari. Honestas pauper, quia qui in sola honestate ponit beatitudinem, pauper sit necesse est, cũ bona fortunæ nõ numeret in bonis. Sobrietas arida, cum econtrario ebrietas sit madida. Albo uultu. id est, pallido. Tenui sanguine. s. tantum in facie, ubi est sedes pudoris. Simplicitas aperta. quia nullam habet duplicitatem. Ad omne uulnus. quia quilibet potest illam decipere. Prostrata in humum, unde dicitur humilitas. Nec libera sed serua. Trepidatio. id est, conscientia proprij timoris. Prodit degeneré. id est, facit degenerare. Faxo ego. id est, faciam. Sub pedibus. conculcando, non ferro percutiendo. Perstringere. id est, uulnerare. Imbuere ferrum. id est, intingere. Sanguine algenti. id est hostium ignauorum. Fragili triumpho. id est, ex tam parua materia. Rapidum cornipedẽ. i. equum uelocem Laxis frenis. id est, solutis. Verg. Laxas sciret dare iussus habenas. Vmbonis equini. i. clypeo siue cetra ex corio equino. Ruinam. id est, humilitatẽ ruentẽ. Fraus callida. quę pro parte Superbię in pugna stabat. Aequore interciso. id est, campo medio effosso, ut in illa compleretur quod Psalmographus scribit: Incidit in foueã quam fecit. Detestãdis pestibus. i. inter pestes detestandas. Versuta. callida & astuta, sed in malum. Pręscia belli. gerẽdi inter superbiam & humilitatem. Violauerat. effodiendo corruperat. Deprẽdere. quasi quod lateret furto. Oras. scilicet fossarum. Adopertas uirgis. id est, arborum ramis. Simularat campum cespite, id est, herbis congestis, cum reuera esset fossa. Quanuis ignara. scilicet latentis fossæ. Vlteriore loco. id est, citra fossam. Adopertum fraudis. id est, ad scrobẽ quem fraus effoderat: in quem humilitas non incidit: quia suo pręcipitio Superbia loci fraudem patefecerat. Eques illa. id est, Superbia obequitans. Incidit hunc. id est, in hũc

Hiatum cæcum.id est,ramis & cespitibus opertum.Pro na inuoluitur.id est,præceps deijcitur.Ceruice equi.i. super equi ceruicē.Sub impressu pectoris.scilicet equi qui super ipsam sestricem cecidit.Fracta.id est,dissipata & lacerata. Inter crura scilicet equi. Virtus placidi moderaminis.id est, humilitas uitæ humanæ moderatrix.Lenitatem monstri.id est,superbiam sibi contrariam,quod est quasi monstrum quoddam.Intēdit gressum. id est, properat. Exigit os parcè. quod Superbiæ quassanti capite atque erecta ceruice fecisset.Vultu comi.id est,festiuo & hilari. Cunctanti.dubitanti q d faceret,uel quod humilitas nihil præcipitāter agit.Amorem laudis. id est,uictoriæ. Hostem.superbiā. Supinat faciem.quia prona erat.Læua reuocante.id est,illā resupinante.Orātis. misericordiam uictricis suppliciter implorantis. Colla.scilicet cum capite.Spes.humilitatis comes,quia ipsa humilitasnihil sublime aut minax dixit.Grāde loqui.quod ante hac faciebas.Magna cadunt. Lucanus: in se magna ruunt.Inflata crepant. id est, rumpuntur tumescendo. Tumefacta premuntur. idē dicit alijs uerbis. Supercili ū.id est,Superbiā. Iuue. Si cum magnis uirtutibus affers grande supercilium Sententia Christi.Lucæ cap.xiiij.Qui se exaltat humiliabitur,& qui se humiliat exaltabitur.Atq; unus ex septem sapientibus, interroganti Aesopo quid faceret Iupiter,respondit: Extollit humiles atque superbos deprimit.Vidimus.quod de Superbia dixit. Spes. exemplo Goliæ ex primo Regum libro demonstrat. Membris.erat quippe procerus. Animis. id est,animositate grādiloquus.Inualida manu. Dauid pueri debilis comparatione Goliæ,cum alioqui robustissimus esset.Stridore fundali.id est.missum ex funda cum stridore.Cauo uulnere.quia lapis descendit ad intimū cerebrum Amarus.amarulentis utens uerbis.Indomitum & formidabile.nomina sunt pro aduerbijs. Dum territat auras. Ex Vergil.11.Aeneid.Cœlum territat armis.Ludicra pueri.quia funda rem aliquā figere,puerorū ludus est. Bellator turbidus.id est,præcipitanter omnia atq; ex perturbatione faciens.Teneris armis.id est,puerilibus.quia ætas tenera est. Secutus me.scilicet spem maiora

sora indies exequendi. Nube uirtutis. id est, adolescētia sub uirtutum exercitio educata. Tetendit in mea regna. id est, direxit. Animos florentes. id est, animi actiones in ætate florida. Certa domus. nō quod spes illuc usq; perueniat, dicente Apostolo: Cū uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Sed quod in uia sperantes in patria collocandi sunt. Ad sublime. id est, regna cœlestia. Cæsa labe culparum. id est, superata causa uitiorum. Perstringens aëra. id est, leniter uerberans. Tollunt animos in uota. id est, erigūt se in spem. Volentes ire simul cum Spe in cœlum ascendente. Bella terrena. quia in hac uita decertādum est cum uitijs. Ad sua præmia. post uictoriam de illis partam.

LVXVRIAE ET SOBRIEtatis pugna.

Venerat occiduis mundi de finibus hostis
Luxuria, extinctæ iam dudum prodiga famæ,
Delibuta comas, oculis uaga, languida uoce,
Perdita delicijs, uitæ cui causa uoluptas,
Elumbem mollire animum, petulanter amœnas
Haurire illecebras, & fractos soluere sensus.
Et nunc peruigilem ructabat marcida cœnam.
Sub lucem quia forte iacens ad fercula raucos
Audierat lituos, atq; inde tepentia linquens
Pocula, lapsanti per uina, & balsama gressu
Ebria calcatis ad bellum floribus ibat.
Non tamen illa pedes, sed curru inuecta uenusto
Saucia mirantum capiebat corda uirorum.
O noua pugnandi species, non ales arundo
Neruo pulsa fugit, nec stridula lancea torto
Emicat amento, framea nec dextra minatur.
Sed uiolas lasciua iacit, folijsq; rosarum
Dimicat, & calathos inimica per agmina fundit.
Inde eblanditis uirtutibus, halitus illex
Inspirat tenerum labefacta per ossa uenenum.
Et male dulcis odor domat ora, & pectora, & arma,

Ferratosq́ue toros oblito robore mulcet.
Deijciunt animos, ceu uicti, & spicula ponunt
Turpiter, heu dextris languentibus obstupefacti,
Dum currum uaria gemmarum luce micantem
Mirantur, dum bracteolis crepitantia lora,
Et solido ex auro preciosi ponderis axem
Defixis inhiant obtutibus, & radiorum
Argento albẽtem seriem, quam summa rotarum
Flexura electri pallentis continet orbe.
Et iam cuncta acies in deditionis amorem
Sponte sua uersis transibat perfida signis
Luxuriæ seruire uolens, dominæq́ue fluentis
Iura pati, & laxa ganeorum lege teneri.
Ingemuit tam triste nefas fortissima uirtus
Sobrietas, dextro socios decedere cornu,
Inuictamq́ue manum quondam sine cæde perire.
Vexillum sublime crucis, quod in agmine primo
Dux bona prætulerat, defixa cuspide sistit,
Instauratq́ue leuem dictis mordacibus alam,
Extimulãs animos, nũc probris, nũc prece mixta
Quis furor insanas agitat caligine mentes?
Quò ruitis? cui colla datis? quæ uincula tandem
Proch pudor, armigeris amor est pferre lacertis?
Lilia luteolis interlucentia sertis
Et ferrugineo uernantes flore coronas,
His placet assuetas bello iam tradere palmas
Nexibus? his rigidas nodis innectier ulnas?
Vt mitra cæsariem cohibens aurata uirilem
Combibat infusum croceo religamine nardum,
Post inscripta oleo frontis signacula, per quæ
Vnguentũ regale datum est, & chrisma perenne,
Vt tener incessus uestigia syrmate uerrat,
Sericaq́ue infractis fluitent ut pallia membris
Post immortalem tunicam, quam pollice docto
Texuit alma fides, dans impenetrabile tegmen
Pe-

Pectoribus lotis, dederat quibus ipsa renasci.
Ite ad nocturnas epulas, ubi cantarus ingens
Despuit effusi spumantia damna falerni
Immensam cyathis stillãtibus undam, ubi multo
Fulcra mero, ueteriq; toreumata rore rigantur.
Excidit ergo animis eremi sitis, excidit ille
Fons patribus de rupe datus, quem mystica uirga
Elicuit scissi salientem è uertice saxi
Angelicusve cibus prima in tentoria nostris
Fluxit auis, quem nunc sero felicior ęuo
Vespertinus edit populus de corpore Christi.
His uos imbutos dapibus iam crapula turpis
Luxuriæ, ad madidum rapit importuna lupanar,
Quosq; uiros non ira fremens, idolaq; bello
Cedere compulerant, saltatrix ebria flexit.
State p̃cor uestri memores, memores q̊q; Crhisti
Quę sit uestra tribus, quę gloria, quis deus & rex
Quis dominus, meminisse decet. uos nobile Iudę
Germen ad usq; dei genitricem, qua deus ipse
Natus homo, procerum uenistis sanguine longo,
Excitet egregias mentes celeberrima Dauid
Gloria continuis bellorum exercita curis.
Excitet & Samuel, spolium qui diuite ab hoste
Attrectare uetat, nec uictum uiuere regem
Incircuncisum patitur, ne præda superstes
Victorem placidum rediuiua in prælia poscat.
Parcere iam capto crimen putat ille tyranno.
At nobis contrà uinci & succumbere uotum est,
Pœniteat, per si qua mouet reuerentia summi
Numinis, hoc tam dulce malum̃ uoluisse nefanda
Proditione sequi, si pœnitet, haud nocet error.
Pœnituit Ionathan ieiunia sobria dulci
Conuiolasse fauo sumpto, mellisq; sapore
Heu male gustato, regni dum blanda uoluptas
Oblectat iuuenem, iurataq; sacra resoluit.

Sed quia pœnituit, nec sors lachrymabilis illa est
Nec tinxit patrias sententia sæua secures.
En ego Sobrietas (si conspirare paratis)
Pando uiam cunctis uirtutibus, ut male suada
Luxuries multo stipata satellite pœnas
Cum legione sua Christo sub iudice pendat.
Sic effata crucem Domini feruentibus offert
Obuia quadrigis, lignum uenerabile in ipsos
Intentans frenos, quod ut expauere feroces
Cornibus expansis, & summa fronte coruscum,
Vertunt præcipitem cæca formidine fusi
Per prærupta fugam, fertur resupina reductis
Ne quicquam loris auriga, comasq; madentes
Puluere fœdat humi, tunc & uertigo rotarum
Implicat excussam dominã, nam prona sub axe
Labitur, & lacero tardat sufflamine currum.
Addit Sobrietas uulnus lęthale iacenti,
Conijciens silicem rupis de parte molarem.
Hunc uexilliferæ, quoniam sors obtulit ictum
Spicula nulla manu, sed belli insigne gerenti
Casus agit saxum, medij spiramen ut oris
Frangeret, & recauo misceret labra palato,
Dentibus introrsum resolutis lingua resectam
Dilaniata gulam frustis cum sanguinis implet.
Insoltis dapibus crudescit guttur, & ossa
Colliqfacta uorans reuomit, quas hauserat, offas
Ebibe iam proprium post pocula multa cruorem
Virgo ait increpitãs, sint hæc tibi fercula tandem
Tristia præteriti nimijs sub luxibus ęui.
Lasciuas uitæ illecebras gustatus amaræ
Mortis, & horrifico sapor ultimus aspat haustu.
Cæde ducis dispersa fugit trepidante pauore
Nugatrix acies. Iocus & petulantia primi
Cymbola proijciunt, bellum nam talibus armis
Ludebant resono meditantes uulnera systro.

Dat tergum fugitiuus Amor, lita tela ueneno,
Et lapsum ex humeris arcũ, pharetrãq; cadẽtem
Pallidus ipse metu sua post uestigia linquit.
Pompa ostentatrix uani splendoris, inani
Exuitur nudata peplo. discissa trahuntur
Serta uenustatis, colliq; ac uerticis aurum
Soluitur, & gemmas discordia dissona turpat.
Non piget attritis pedibus per acuta fruteta
Ire uoluptatem, quoniam uis maior acerbam
Compellit tolerare fugam, formido pericli
Perdurat teneras iter ad cruciabile plantas.
Qua se cunq; fugax trepidis fert cursibus agmẽ.
Damna iacent, crinalis acus, redimicula, uittæ.
Fibula flammeolum, strophiũ, dyadema, monile,
His se sobrietas, & totus Sobrietatis
Abstinet exuuijs miles, damnataq; castis
Scandala proculcat pedibus, nec fronte seueros
Conniuente oculos prædarum ad gaudia flectit.

VEnerat. Describit sobrietatis cum luxuria certamen accipiens luxuriam in propria significatione, hoc est, pro superfluitate in omni re, cuius est immoderatus usus. Cicero primo Officiorum: Intelligimus quàm sit turpe defluere luxuria, delicate ac molliter uiuere. De finibus occiduis. de Aphrica, an de Hispania? sed à neutra mores corrupti uenerunt in medium orbem. An de finibus occiduis, id est, uergente mundi uespere ut canit hymnographus, in quos, ut inquit Apostolus, sæculorum fines deuenerunt. prima Corinth. 10. Vnde paulo post uespertinus edit populus, id est, in mundi uespere cõstitutus. Prodiga famæ, non curans de infamia quæ inde sequitur. Delibuta comas scilicet unguento precioso. Oculis uaga. Persius: Permisit sparsisse oculos. Languida uoce. id est, habens uocem effœminatam. Causa uitæ, quia nisi propter uoluptates nollet uiuere. Elumbem animum. id est, euiratum. Persius: Summa de lumbe saliua. Marcida. id est, ex nimio cibo languens. Cœnam peruigilem. i. quæ

ab incipiente uespere per totam noctem durauerat. Sub lucem. id est, aduentante die. Lituos raucos. id est, tubas bellicum canentes. Pocula tepentia. id est, calefacientia potores. Gressu lapsanti. id est, passu titubante. Floribus, sertis quę iam ex capitibus deciderant. Verg. Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. Venusto curru. id est, pulchro. Corda saucia. iam pridem à se uulnerata. Ales arundo. id est, sagitta ex plumis alas habens. Pulsa neruo. id est, arcus chorda. Lancea stridula id est, cum stridore missa. Framea id est, ense. Calathos quibus flores comportantur. Inimica per agmina. s. sobrietatis. Illex. id est, luxuria illiciēs ad se omnes. Eblāditis. id est, blanditijs delinitis. Et male dulcis. id est, in perniciem utentium à luxuria oblatus. Domat. uincit. Ferratos toros. id est, musculos & neruos rigidos, unde torosa iuuentus dixit Persius. Oblito robore id est, pristino rigore. Gemmarum luce. quibus currus erat ornatus. Bracteolis. laminis aureis. Vergilius 6. Aeneid. Leni crepitabat bractea uento. Axem ex auro solido. Ouidius 2. Metamorpho. Aureus axis erat. Inhiant. id est, quasi hiantes admirantur. Vergilius secundo Georg. nec pulchros inhiant uaria testudine postes

Inhio cum accusatiuo

Defixis obtutibus. Vergilius primo Aeneidos: Obtutuq; manet defixus in uno. Et radiorum seriem. Ouidius secundo Metamorphos. Radiorum argenteus ordo. Flexura rotarū. id est, curuatura. ut Ouidius dicit: Aurea summæ curuatura rotæ. Hæc à Græcis canthus dicitur. Electri pallentis. est enim electrū in quo quinta pars argenti auro miscetur. Cūcta acies, scilicet uirtutum desciscentium à sobrietate. In amorem deditionis, cupiens dedere se luxuriæ. Perfida atq; ex perfidia transfuga. Fluentis. id est, fluxæ & delicatæ. Laxa lege. id est, ampla & solutiore. *Ganeorū. id est, popinarū, siue cauponarum. Dextro cornu. id est, quos ipsa in dextro pugnæ cornu collocauerat. Perire sine cæde, scilicet in hoc certamine. Prætulerat. id est, præ se tulerat. Alam leuem. id est, exercitum inconstantem. Instaurat in meliorem partem reducens confirmat. Agitat caligine, id est, perturbat atque obcæcat. Quo ruitis, quasi dicat in perniciē manifestariam. Cui colla datis, q.d. igno-

*Libētius ganeonū .i. lurconū quos etiam uentres uocamus

ignominiosæ luxuriæ. Quæ uincula, quasi dicat, turpia & propter ignauiam recepta, scilicet lilia pro uinculis. Luteolis sertis. id est, coronis ex floribus pallidulis. Flore uerrugineo, ex purpura nigricante, qualis est co lor uiolaceus. Vergilius. Ferrugine clarus Ibera. His ne xibus scilicet florum. Vergilius: Iniiciunt ipsis ex uincula sertis. Innectier ulnas. id est, habere ulnas innexas, & est synecdoche per uerbum passiuum. ut Verg. Expleri mentem nequit. Mitra aurata. quod ornamen tum mollium uirorum aut meretricum est. Vergilius quarto Aeneid. Meoniamentum mitra. Et Iuuenalis: Ite quibus grata est, picta lupa barbara mitra. Croceo religamine. id est, reticulo in quo inuoluuntur comæ. Iuuenalis: Sed nigrum flauo crinem abscondente gale ro. & illud: Reticulumq; comis auratum in gẽtibus im plet. Signacula ex chrismate characteres. Vnguentum regale. id est, oleum quo reges inungebantur. Et chrisma perenne. quia character ille nunquam delebitur. Vt tener. sensus est: ut togam siue tunicam candidam quam in baptismate accepimus, incedamus uestiti mol libus indumentis. Syrmate. ueste caudata, nam syrma est uestis pars quæ per terram trahitur. Membris infractis. id est, effœminatis & mollibus. Fluitent. id est, in si nus effundantur. Tunicam immortalem, de qua in baptismate dicitur: Accipe uestem candidam &c. Pectoribus lotis. aqua baptismatis mundanis. Ipsa renasci. un de & regeneramur per illam. Ite ad epulas. permissio est ironica. Cantharus ingens. uas in sacris Bacchi. Despuit. quod redundat effundit, id est, dicit damna spumantia. Falerni effusi, scilicet in pateras. Fulcra rigantur. id est, mensæ. Toreumata. uasa celata siue sculpta. Rore ueteri. id est, uino. Eremi sitis. quando Hębrei in deserto siti laborabant, & syllabam natura lõgam breuiauit in hac particula eremus. Mystica uirga. scilicet Aaron & Mosis. Elicuit. quasi per uim extraxit. & sumptum est ex Exod. capite decimo, sicut quod sequitur ex capite x. Angelicus cibus. id est, manna de cœlo. Nostris auis. id est, nostris patribus & maioribus. Popu lus uespertinus, id est, Christianus qui in mundi uespe re surrexit. De corpore Christi. id est, in corpore Chri

re Christi quem manna figurabat: de quo in psalmo. Panem angelorum manducauit homo. His dapibus, id est, pane cœlesti. Crapula turpis, ebrietas deformis. Lupanar madidum, id est, quo se ebrij conferunt. Quosque uiros ira fremẽs, id est, persecutores nominis Christiani. Idolaq́, id est, deorum gentilium cultus. Cedere, id est, uinci. Saltatrix ebria. id est, luxuria. Memores uestri, id est, uirtutis pristinæ. Vestra tribus, id est, ex quo genere estis orti. Quæ gloria. quia non oportet gloriari nisi in cruce domini nostri IESV CHRISTI. Quis deus & rex. Quia solus rex regum & dominus dominantium. Germen Iudæ. ad illud referendum est quod dicit: quæ sit uestra tribus, & est ordo, gloria Dauid celeberrima excitet uos germen. Ad Dei genitricẽ, quia ab Abraham per Isaac, Iacob, Iudam & cæteros patriarchas propagata est genealogia materna saluatoris. Longo sanguine, id est, stemmate nobili, hoc qui est, adoptati estis in familiam Christi per baptismum. Excitet exemplis. hortatur suos milites sobrietas ad pugnã capessendam contra luxuriam. Et primo de Dauid rege qui bellis gerendis omne tempus cõtriuit. Samuel hoc ex primo regum libro, capite decimoquinto, sumptum est, ubi Saul iussu Samuelis profectus cõtra Amalechitas illos usque internecionem cæcidit. nisi quod pepercit illorum regi Agag, & partem prædæ seruauit contra præceptum Dei. Regem uictum scilicet Agag. Hæc præda superstes, id est, aliquis qui ex ea pugna fuisset reliquus. Victorem placidum, id est, Saul. In prælia rediuiua. id est, quæ inde post ea renascerentur. Iuuenalis, Rediuiuus pullulet arca. numus, id est, renascens. Tyranno capto. quia nihilominus Samuel iussit illum occidi. Contra. quam fecerunt Dauid & Samuel. Per si qua, periurantis est. & est ordo per reuerentiã summi numinis, id est, Dei, si qua reuerentia Dei mouet uos. Sic Vergil. secundo Aeneid. Per si qua est quæ restat ad hunc mortalibus usquam Intemerata fides. Proditione, quia proditis deũ uestrum sequentes dulce malum, id est, luxuriam. Pœnituit Ionathan ex eodem primo regum libro cap. xiiij. Quomodo in pugna contra Philisthæos Ionathan contra præceptum

Saul

Saul patris quod non audierat gustauit mellis fauum. Malegustato, quia contra patris adiurationem. Regni uoluptas. quia in eadem pugna agebatur de summa regni. Resoluit, id est, uiolauit. Vergilius. iiij. Aeneid. Quam te uiolem aut tua iura reuoluam. Patrias secures. quia Saul iubebat filium ex lege occidi. Conspirare. subaudi mecum. Malesuada, id est, quæ ad malum suadet. Vergilius in vi. Aeneid. Malesuada fames. Feruentibus quadrigis, id est, equis ardore percitis in pugnam. Lignum uenerabile, id est, adorandam crucem. Feroces scilicet equi. Expãsis cornibus. id est, brachijs. duo enim brachia crux habet extenta. Fusi. equi consternati perterrefactiq́; obiectu crucis. Per prærupta, id est, loca aspera & in præcipitium posita. Auriga, quæ moderabatur currũ luxuriæ. Reductis loris. quia frustra retinebat contrahebatq́; lora. Dominam excussam, scilicet ipsam luxuriam ex curru deiectam. Sufflamine lacero, id est, machina qua decurrẽs rota ex nimio impetu retinetur. De parte rupis. id est, partem rupis ad magnitudinem lapidis molaris. Vexilliferæ. i. sobrietati signum crucis pro uexillo ferenti. Hunc ictum scilicet lapidis molaris. Belli insigne, id est, uexillum crucis. Casus fortuna, imo prouidentia quædam diuina. Spiramen oris. i. qua spiramus ore. Palato recauo, id est, ipsius oris cœlo concauo. Dentibus resolutis, id est, dissipatis & confusis intra oris inanitatem. Gulam resectam, id est, ingluuiem qua cibos glutimus ictu lapidis pertusam. Cum frustis. superabundat præpositio cum. Crudescit. id est, ex cruditate redundat. Ossa colliquefacta. id est, fracta & comminuta. Offas frusta sanguinis, ossium & carnis. Virgo. sobrietas. Proprium, id est, tuum. Hæc fercula. sensus est, oportet eos qui ætatem in delitijs consumpserunt exitus uitæ tristis sequatur. Aeui præteriti sub luxibus, id est, transacti in uoluptatibus. Gustus amaræ mortis. & quod idem est sapor ultimus. Asperat haustu horrifico, id est, asperiores reddit & exacerbat. Illecebras, id est, blanditias. Cæde ducis. i. morte luxuriæ. Acies nugatrix. i. uana & nihil agens. Iocus. filius Veneris. Et petulantia quæ in ipsa comitatu Veneris siue luxuriæ est.

est. Cymbala. instrumenta libidinis excitatiua. Vergilius, Cymbala cum crotalis pruriginis arma. Talibus armis, scilicet cymbalis. Meditantes uulnera. i. exercentes prælia. Iuuena. Statua meditatur prælia lusca. Sistro, tuba proprie in sacris Isidis. Amor. & ipse Veneris filius in comitatu quoque luxuriæ uersatus. Tela lita ueneno. i. sagittas. Arcum & pharetram, quæ sunt illius insignia. Ostentatrix, id est, quæ non ad ueritatē sed ad ostentationē & ad id quod uidetur ad præsens uiuit. Exuitur peplo inani. i. ueste qua prius uidebatur sibi pudenda tegere, quæ tamen in fine denudantur. Serta uenustatis, id est, Veneris, sicut ecōtrario Venus pro uenustate. Aurum colli & uerticis, id est, monilia & discriminalia ex auro. Discordia, id est, tumultus & trepidatio in castris, quia nihil est tam dissonum quàm sunt uitia inter se. Per fruteta, id est, per loca fruticosa & uepribus aspera. Pedibus attritis, cū antea non nisi mollia calcarent. Tolerare fugam, id est, fugæ labores & difficultates. Perdurat. actiue, id est, duras & tolerantes laboris reddit. Ad iter cruciabile, id est, crucians, actiue. Agmen fugax, id est, exercitus luxuriæ fugitiuus. Damna iacent, id est. spolia sparguntur. Acus crinalis, id est, qua crines discriminantur. Flammeolum. uelamen quod nouis nuptis ante faciem prætenditur. Strophium quod tum capitis dyadema significat, ut Vergilius, Necte caput strophio: tum fasciam pectoralem, ut Catul. Nō tereti strophio lactentes uincta papillas. Exuuijs. spolijs ex hostibus. Scandala, id est, offendicula, sic enim scandalum græce latine interpretatur, sunt enim omnia huiusmodi ornamenta occasiones quædā ad uitia. Fronte cōniuente. i. saltem annuente.

AVARITIAE ET LARgitatis pugna.

Fertur Auaritia gremio præcincta capaci,
Quicquid edax luxus preciosum liquerat, unca
Corripuisse manu, pulchra ad ludibria uasto
Ore inhians, auri'que legens fragmenta caduci
Inter arenarum cumulos, nec sufficit amplos
Impleuisse

Impleuisse sinus, iuuat infarcire crumenis
Turpe lucrũ, & grauidos furtis distendere fiscos.
Quos lęua cælante tegit, laterisq; sinistri
Velat oprimento: uelox nam dextra rapinas
Abradit, spolijsq; ungues exercet ahenos.
Cura, fames, metus, anxietas, periuria, pallor,
Corruptela, dolus, commenta, insomnia, sordes,
Eumenides+furiæ, monstri comitatus aguntur. uarie
Nec minus interea rabidorum more luporum
Crimina persultant toto grassantia campo,
Matris Auaritiæ nigro de lacte creata.
Si fratris galeam fuluis radiare ceraunis
Germanus uidit commilito, non timet ensem
Exerere, atq; caput socio mucrone ferire,
De consanguineo rapturus uertice gemmas
Filius extinctum belli sub sorte cadauer
Aspexit si forte patris, fulgentia bullis
Cingula, & exuuias gaudet rapuisse cruentas,
Cognatam ciuilis agit discordia prædam,
Nec parcit proprijs amor insatiatus habendi
Pignoribus, spoliatq; suos famis impia natos.
Talia per populos ędebat funera uictrix
Orbis Auaritia, sternens centena uirorum
Millia uulneribus uarijs, hunc lumine adempto
Effossisq; oculis uelut in caligine noctis
Cæcum errare sinit, perq; offensacula multa
Ire, nec oppositum baculo tentare periclum.
Porro alium capit intuitu fallitq; uidentem,
Insigne ostentans aliquid, quod dum petit ille,
Excipitur telo incautus cordisq; sub ipso
Saucius occulto ferrum suspirat adauctum.
Multos præcipitans in aperta incendia cogit,
Nec patitur uitare focos, quibus æstuat aurum,
Quod petit arsurus pariter speculator auarus.
Omne hominum rapit illa genus, mortalia cũcta
Occupat

Occupat interitu, neq; enim est uiolentius ullum
Terrarum uitium, quod tantis cladibus æuum
Mundani inuoluat populi, damnetq; gehennæ.
Quin ipsos tentare manu (si credere dignum est)
Ausa sacerdotes Domini, qui prælia forte
Ductores primam ante aciem pro laude gerebāt
Virtutum, magnoq; implebant classica flatu.
Et fors innocuo tinxisset sanguine ferrum,
Ni ratio armipotens gentis Leuitidis una
Semper fida comes, clypeum obiectasset, & atræ
Hostis ab incursu claros texisset alumnos.
Stant tuti Rationis ope, stant turbine ab omni
Immunes, fortesq; animi, uix in cute summa
Perstringens paucos tenui de uuluere lædit
Cuspis Auaritiæ. Stupuit lues improba castis
Heroum iugulis longe sua tela repelli.
Ingemit, & dictis ardens furialibus infit:
Vincimur heu segnes, nec nostra potentia perfert
Vim solitum, languet uiolentia sæua nocendi.
Sueuerat inuictis quæ uiribus omnia ubiq;
Rūpere corda hoīm, nec enim tam ferrea quenq̄
Formauit natura uirum, cuius uigor æra
Sperneret, aut nostro foret impenetrabilis auro.
Ingeniū omne neci dedimus, tenera, aspera, dura.
Docta, indocta simul, bruta, & sapientia nec non
Casta, incæsta meæ patuerunt pectora dextræ,
Sola igitur rapui quicquid Styx abdit auaris
Gurgitibus, nobis ditissima tartara debent
Quos retinēt populos, q̊d uoluūt secula nostrū est
Quod miscet mundus uesana negotia, nostrū est.
* Qui fit præualidas quod pollens gloria uires
Quid sit Deserit, & cassos ludit fortuna lacertos.
Sordet Christicolis rutilantis fulua monetæ
Effigies sordent argenti emblemata, & omnis
Thesaurus nigrante oculis uilescit honore.

Quid

Quid sibi docta uolunt fastidia? nónne triũphum
Egimus è Scarioth? *magnus qui discipulorum summus
Et conuiua Dei dum fallit fœdere mensæ
Haud quaq̃ ignarã, dextramq́ paropside tingit,
Incidit in nostrum flammante cupidine telum,
Infamem mercatus agrum de sanguine amici
Numinis, obliso luiturus iugera collo.
Viderat Hiericho ꝓpria inter funera, quãtum
Posset nostra manus, cum uictor concidit Achar.
Cædibus insignis, murali & strage superbus,
Succubuit capto uictis ex hostibus auro,
Dum uetitis insigne legens anathema fauillis,
Mœsta ruinarum spolia insatiabilis haurit.
Non illum generosa tribus, non plebis auitæ
Iuuit*Iuda parens, Christo quandoq; propinquo Iura
Nobilis & tali felix Patriarcha nepote.
Quis placet exemplũ generis, placeat q̃q; forma.
Exitij sit pœna eadẽ, quibus & genus unum est.
Quid moror aut Iudæ populares, aut populares
Sacricolæ summi (Summus nam fertur Aaron)
Fallere fraude aliqua Martis cõgressibus impar.
Nil refert, armis contingat palma, dolisve.
Dixerat, & toruam faciem, furialiaq́ arma
Exuit, inq́ habitum sese transformat honestum.
Fit uirtus specie, uultuq́, & ueste seuera:

IOANNES SICHARDVS.

FIT.) Hoc est quod Salustianus Cato conqueritur uera rerũ uocabula interijsse, eoq́ ueniri, ut uitia quædam magnificis quibusdam titulis uulgo se pro uirtutibus uenditent: ut sordidus qui sit, frugi dici uelit profusor uero liberalis, timidus, cautus: demum uix reperies scelus tam immane, quod non reperiat, quo se honestam in speciem palliet, adeo ut non modo imperitis, quibus non ita magno negotio imponitur, sed & eruditis oculos præstringat. Recte ergo Horatius,

Est

Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines,
Quos ultrà citràq; nequit consistere rectum.
Quā memorant frugi, parcè cui uiuere cordi est
Et seruare suum, tanquam nil raptet auarè,
Artis adumbratæ meruit ceu sedula laudem.
Huius se specie mendax Bellona coaptat.
Non ut auara lues, sed uirtus parca putetur,
Necnon & tenero pietatis tegmine crines
Obtegit anguineos, ut candida palla latentem
formam Dissimulet*rabiem, diroq; obtenta furori,
Quid rapere & clepere est, auidèq; abscōdere par (ta
Natorum curam dulci sub nomine iactet,
Talibus illudens, male credula corda uirorum
Fallit imaginibus, monstrumq; ferale sequuntur,
Dum credūt uirtutis opus, caput impia Erynnis
Consensu faciles, manicisq; tenacibus arctat.
Attonitis ducibus, perturbatisq; maniplis
Nutabat uirtutum acies errore biformis
Portenti, ignorans, quid amicum credat in illo,
Quidve hostile * uocet lęthū, uersatile & anceps
notet Lubricat incertus dubia sub imagine uisus,
operatio Cum subito in medio frendēs *miseratio cāpum
Prosilit auxilio socijs pugnamq; capessit
Militiæ postrema gradu, sed sola duello
Impositura manum, ne quid iam triste supersit.
Omne onus ex humeris reiecerat, omnibus ibat
induuijs Nudata *exuuijs, multo & se fasce leuarat,
Olim diuitijs, grauibusq; oppressa talentis,
Libera nunc miserando inopes, q̄s larga benigne
Fouerat, effundēs patrium bene prodiga sensum,
Iam loculos ditata fide spectabat inanes,
Aeternam numerans rediturofœnore summam.
& inops Horruit inuictæ Virtutis fulmen, *inopsq;
Mentis auaritia stupefactis sensibus hæsit,
Certa mori, nam quæ fraudis uia restat, ut ipsa
Calca-

Calcatrix mundi mundanis uicta fatiscat
Illecebris, spretoq; iterum sese implicet auro?
Inuadit trepidam Virtus fortissima duris
Vlnarum nodis, obliso & gutture frangit
Exanguem siccamq; gulam, compressa ligantur
Vincla lacertorum sub mentū, & faucibus arctis
Extorquent animam, nullo quæ uulnere rapta
Palpitat, atq; aditu spiraminis intercepto
Inclusam patitur uenarum carcere mortem.
Illa reluctanti genibusq; & calcibus instans
Perfodit & costas, atq; ilia rumpit anhela.
Mox spolia extincto de corpore diripit, auri
Sordida frusta rudis, nec adhuc fornace recoctam
Materiem *tineis etiam marsupia crebris cinctis
Exesa, & uirides obducta ærugine nummos
Dispergit seruata diu uictrix, & egenis
Dissipat, ac tenues captiuo munere donat
Tunc circunfusam *uultu exultante coronam
Respiciens, alacris media inter milia clamat Multum
Soluite procinctum iusti, & discedite ab armis
Caussa mali tanti iacet interfecta, lucrandi
*Ingluuie pereunte, licet requiescere sanctis. Illuuie
Summa quies, nil uelle super quam postulet usus

IOANNES SICHARDVS.

SVMMA quies nil uelle super quam postulet usus. Magnam tollunt sibi humanarum calamitatum partem, qui ita se instituunt, ut naturam in omnibus tanquam ducem sequantur. Ea enim cum & alibi tum & quærendarum diuitiarum nobis modum præscribit, intra quem qui uixerint, eorum non admodum retulerit, an centum iugera, an arēt mille, ut elegantissimus poëta cecinit. Cōtempta uero natura, quum rationem ipsi uitę ex habendi libidine inimus, necesse est semel in uitam nostram accersi, quicquid potest uspiam fingi malorum. Et dum falso nobis persuademus quæri aliquod tanquam perfugium, quo tutam speremus sene-

ſtutem, facimus, ut ne maximis quidem periculis uacare poſsimus, à quibus cum omnem ætatem, quod in nobis erat, tum maxime ingraueſcentem oportebat eſſe immunem: quod fieret haud dubie, ſi quod uſus poſtularet, conſideraremus.

Debitus, ut ſimplex alimonia, ueſtis & una
Infirmos tegat, ac recreet mediocriter artus,
Expletumq́ꝫ modum naturæ non trahat extra,
Ingreſſurus iter peram ne tollito, néve
ito De tunicæ alterius geſtamine prouidus *eſto.
Nec te ſolicitet res craſtina, ne cibus aluo
Defuerit, redeunt eſcæ cum ſole diurnę.
Nónne uides ut nulla auium cras cogitet? ac ſe
Paſcendam, præſtante deo, non anxia credat?
Confidunt uolucres uictum non defore uiles,
Paſſeribusq́ꝫ ſubeſt modico uenalibus aſſe
Indubitata fides, Dominum curare potentem
Ne pereant. Tu cura Dei, facies quoqꝫ Chriſti
An dubitas ne te tuus unquam deſerat autor?
Ne trepidate homines, uitæ dator eſt dator eſcæ.
Quærite luciferum cœleſti dogmate paſtum,
Inſatiabilis Qui ſpem multiplicans alat *inuiolabilis æui
Corporis immemores, memor eſt qui condidit illud,
Suppeditare cibos, atqꝫ indiga membra fouere.
His dictis curæ emotæ, metus, & labor & uis,
Et ſcelus, & placitę fidei fraus inficiatrix
Depulſæ uertére ſolum. Pax inde fugatis
Hoſtibus alma abigit bellum, diſcinditur omnis
Terror, & auulſis exfibulat ilia zonis.
Veſtis ad uſqꝫ pedes deſcendens, defluit imos,
Temperat & rapidum priuata modeſtia greſſum
Cornicinum curua æra ſilent, placabilis implet
Vaginam gladius, ſedato & puluere campi

Suda

Suda redit facies, liquidæ sine nube diei
Purpuream uideas cœli clarescere lucem.
Agmina casta super uultum sensere tonantis
Arridere, hilares pulsó certamine turmæ,
Et Christum gaudere suis uictoribus, arcem
Aetheris, ac portũ famulis aperire profundum.
Dat signum felix Concordia, reddere castris
Victrices aquilas, atq; in tentoria cogi.
Nunquam tanta fuit species, nec par Deus ulli
Militiæ, cùm dispositis bifida agmina longe
Duceret ordinibus, peditum psallente caterua,
Ast alia de parte equitum resónantibus hymnis,
Non aliter cecinit respectans uictor hiantem
Israël rabiem ponti post terga minacis
Cum iam progrediens calcaret littora sicco
Vlteriora pede, stridensq; per extima calcis
Mons rueret pendentis aquæ, nigrosq; relapsó
Gurgite Nilicolas fundo deprenderet imo,
Ac refluente sinu iam redderet unda natatum
Piscibus, & nudas præceps operiret arenas.
Pulsauit resono modulantia tympana plectro
Turba dei celebrãs mirum ac memorabile sęclis
Omnipotentis opus, liquidas inter freta ripas
Fluctibus incisis, & subsistente procella
Crescere, suspensosq; globos potuisse teneri.
Sic expugnata uitiorum gente, resultant.
Mystica dulcimodis uirtutum carmina psalmis.
Ventum erat ad fauces portæ Castrensis ubi arctum
Liminis introitum bifori dant cardine claustra.
Nascitur hic inopina mali lachrymabilis astu
Tempestas, placidæ turbatrix inuida Pacis,
Quæ tantum subita uexauit clade triumphum.

FErtur auaritia. Certamen misericordiæ, uel potius liberalitatis cũ auaritia, & quia dixerat paulo ante, post uictoriam partam de luxuria campum relictum hostium exuuijs plenum, dicit nũc auaritiam eo descẽdisse, sinusq́ꝫ spolijs impleuisse. Pręcincta gremio, ita ut ex sinuosa ueste amplum receptaculum faceret. Luxus edax. omnia consumẽs. ut Vergil. Ignis edax. & est ordo. Auaritia fertur corripuisse manu unca, id est, ad rapiendum digitos habens aduncos. Ad ludibria pulchra, id est, ad dicta spolia hoĩes ludentia. Inhians. more nimis cupientium. Infarcire. inculcare, id quod alioqui iam plenum s. loculos & crumenas. Distęndere. implere atqꝫ infarcire. Verg. Distentant ubera uaccæ. Fiscos. fiscinos siue fiscelas ex sparto in quibus reponebantur pecuniæ ex ære, præsertim ex publicis uectigalibus. Iuue. Et ærata multus in arca fiscus. Tegit. proprium auaritiæ occultare diuitias. Oprimento. syncopam fecit pro operimento. Vngues ahenos. i. rigidos & duros acutosq́ꝫ ad rapiendũ. Curæ. quas habeat comites auaritia. Eumenides furiæ, quibus exagitatur. Monstri. id est, auaritiæ. Nec minus. qđ auaritia in bello cogat mortales facere. Crimina grassantia. id est, sęuientia. Campo, in quo pugnandum est Nigro lacte. cum alioqui sit album. Germanus commilito. id est, in eadem parte exercitus quod execrabilius est. Fuluis ceraunis. speciem pro genere. neqꝫ enim ceraunus lapis adeo est preciosus. Exercere. stringere in fratrem. Socio. eiusdem partis fautor. quod ut diximus magis est impium. Sub sorte belli. id est, foruuna quæ, ut ait Cicero, cum alijs in rebus plurimum dominetur, tum in bello præcipue uires suas ostentat. Cingula fulgentia bullis. id est, balthea. Vergi. 12. Aeneid. Baltheus & notis fulserunt cingula bullis. Ciuilis discordia, quia hæc auaritiæ crimina in bellis maxime ciuilibus contingunt, Prædam cognatam. id est, ex spolijs cognatorum. Proprijs pignoribus. id est, etiã proprijs filijs. Suos natos. idem dicit, sed alijs uerbis. Victrix orbis. id est, quæ totum orbem suis moribus infecerat. Talia funera. id est, crimina. Vulneribus uarijs quia alios alia uia decipit. Vnde subdit. Nunc lumine

ademptos,

adempto, obcæcat eñ illũ ut nesciat distinguere turpe ab honesto. Effossis oculis. scilicet mẽtis. Offensacula. id est, obices quibus incurrat & in quos pedes impingat. Baculo. q. d. si non oculis ducibus saltem baculo: itaq; omni ope illum destituit, ne possit cernere uerum. Intuitu. i. uidentẽ. faciens ea quæ uideat ut appareant meliora appetibilioraq; quàm sint. Excipitur telo. quasi ex insidijs. Vergilius 6. Aeneid. Aemulus exceptum triton. Incautus. nihil tale timens. Sub occulto cordis. i. sub corde occulto. Suspirat saucius. uidens iam se sub auaritiæ dominio. sed iam non posse redire in pristinam libertatem. Adactum. id est, in intima pressum. In aperta incendia. id est, in manifesta pericula. Quibus æstuat aurum. id est, ardet. Speculator auarus. qui uidet res præciosas incendio perire. Occupat interitu. id est, interimit. Terrarum uitium. id est, hominum in terra uiuentium. Aeuum populi mundum. id est, uitam hominum. Gehennæ. morti æternæ. Sacerdotes domini. quos sacerdotes significet, non ausim dicere, an * Heli cuius filios corrupit, nam de Samuele, Achimalech, Abiathar, Sadoc, non est dignum credere. Post Iudam Asmonai, hoc est, Machabæum quod interpretatur pugnax, omnes auaritia ꝓpe subegit. Pro laude uirtutum. non pro sua gloria. Classica. id est, tubas ad prælium animantes. Et fors. forte fortuna. Tinxisset ferrum, id est, in sententiam suam illos traxisset. Ratio armipotens. imo quæ potẽtior est omnibus armis. Vna comes fida. id est, quæ sola semper comitata est sacerdotes. Gentis Leuitidis. id est, sacerdotum qui erant de genere Leui, à Leuita nanq; pro genere fœminino Leuitis Leuitidis dicimus. Ab incursu atræ hostis. i. inuasione turpis auaritiæ. Stant fortes animi. subaudi sacerdotum. In cute summa. quia uulnus non descendit ad uiuum. Perstringens. leuiter tangens. Paucis. scilicet ex sacerdotibus, qui aliquando in paruis ab auaritia corrumpuntur. Lues improba. id est, hominum pestis. Sua tela repelli. id est, repercuti & non admitti. Iugulis castis. id est, non corruptis. Heroum. id est, sacerdotum semideorum, de quibus scriptura dicit: Ego dixi, dij estis. Vincimur. quia hoc genus hominũ non

* Heli sacerdos, cuius in 1. Reg. fit mentio.

possumus superare. Vim solitam. qua antehac omnes superabamus. Quæ sueuerat. id est, cõsueuerat. Ferrea natura. dura & impenetrabilis. Cuius rigor. id est, duricia. Sperneret æra. id est, pecunias. Nostro auro. quo omnes expugnare consueuimus. Neci dedimus. id est, usq; ad internetionem profligauimus. Pectora tenera. quod in genere dixit ingeniũ omne neci dedimus, nũc per partes enumerat. Patuerunt. id est, exposita & aperta fuerunt meis telis. Sola. quasi non & alia uitia plures demerserit in inferos, sed loquitur ex arrogantia quod prope sola, cum plures quàm alia uitia in stygas detruserit. Styx. palus apud inferos. Dij. cuius iurare timent & fallere numen. Auaris gurgitibus. quia quæ semel uorauit, nunquã remittit. Ditissima tartara. quippe in quæ omnia terminãtur. unde & Pluto deus inferorum Dis, hoc est, diues appellatur. Debent nobis. q͞a ego illos transmisi illuc. Quod uolũt secula. id est, homines in hoc seculo quod miscent atq; perturbant mentiendo, peierando, imponendo, decipiendoq; totum est auaritiæ opus. Quod miscet. idẽ dicit. Qui fit. i. quomodo potest fieri hoc? Gloria pollens. i. qua antehac ego pollebã. Deserit uires. s. meas pristinas. Ludit lacertos, in quibus nullæ mihi sunt uires ad torquẽda tela in Christianos præcipue. Effigies monetę rutilãtis. i. moneta aurea habens effigiem impressam. Emblemata argenti. i. uasa argẽtea in quibus sunt imagines cęlatę, nã argumentũ cælaturæ dicitur emblema. Honore nigrante, quia thesauri nõ habẽtur in precio apud illos. Docta fastidia. i. homines thesauros fastidientes. Scarioth. id est, ex Iuda Scariothe. Conuiua dei, Christi contubernalis. Fallit haud ignarum. i. conscium eorum quæ Iudas subripiebat. In nostrũ telum, cum acceperit triginta argenteos proditionis precium. Mercatus agrum, non ipse, sed illi quibus ipse precium restituit. Infamem agrum. id est, testem infamis proditionis. De sanguine. id est, de precio sanguinis Christi. Luiturus. id est, in pœnam soluturus. Iugera. id est, precium quo ager ille est emptus. Collo eliso. quia se suspendit laqueo. Viderat Hiericho, ex Iosue libro capite 7. Quomodo Achan fuit lapidatus à populo propter furtum

tum ex præda hoſtili. Noſtra manus, quia ſuperaui Acham. Victor, expugnata urbe Hiericho. Succubuit, uictus à me. Legens anathema inſigne, i. furto ſurripiens pallium coccineũ, ducentos ſiclos argẽti &c. quæ erant dño cõſecranda, & ſeparanda ab uſu profano. Fauillis uetitis. ſ. à Ioſue capite 6. Haurit, i. ſubripit Achan. Iuda. erat enim Achan ex tribu Iuda, qui numeratur in genealogia Chriſti. Tali nepote. Chriſto. Quis placet. pro quibus placet. Exẽplum generis. ſumẽtis exemplũ à ſuis maioribus. Placeat forma, quam ex illis imitentur. Eadẽ pœna. i. æque peccãtes æque puniãtur. Populares inde. ex qua tribu fuit Achan. Sacricolæ. i. Aaron qui fuit ex tribu Leui. Impar. ſ. ego. Nil refert. Vergi. 2. Aeneid. Dolus an uirtus qs in hoſte requirat? In habitũ honeſtũ, cũ in proprio nõ poſſet fallere. Virtus frugi. i. frugalitas, & totũ hoc ſumptũ eſt ex Iuuen. Fallit enim uitium ſpecie uirtutis & umbra. Nec dubie tanq̃ frugi laudatur auarus. Tanq̃ parcus hõ & rerũ tutela ſuarũ. Tanq̃ nil raptet, Sed nõ ſatis eſt abſtinere ab alieno, niſi etiã de proprio benefeceris. Ceu ſedula. quaſi diligẽs cuſtos. Artis adũbratę. i. uirtutis nõ uerę, nã uirtus & ars pro alterutro accipiuntur. Mendax bellona. i. auaritia bellũ gerẽs cum hoĩbus. Huius ſpecie, aut frugalitatis aut parſimoniæ. Non ut auara lues. i. peſtilẽs auaritia. Sed uirtus parca. i. parſimonia q̃ à liberalitate paululũ declinat ad auaritiã. Pietatis tegmine. i. ſub colore acquirendi filijs, in q̃s eſt patrũ pietas. Crines anguineos quos auaritia quaſi furia habet. Furori. ſ. acquirendi. Quod rapere. i. rapinam. Clepere. i. furtũ. nã clepo eſt furor. Iactat. i. fingit. Sub dulci noĩe. i. honeſto. Corda male credula. i. quod malũ credẽtia. Monſtrũ ferale. i auaritiã. Impia erynnis. i. furia, hoc eſt, auaritia. Arctat. caput manicis. improprie pro uinculis poſuit. poteſtq; legi, Caput, ut fugiamus improprietatem. Conſenſu faciles. i. cõſentientes ſe uinciri, quaſi ſit figura ſynecdoche quæ non conſueuit fieri per uerbũ actiuum, ſed melius eſt ut legas cõſenſu facili. Nutabat. i. dubitabat. Biformis portenti. id eſt, auaritiæ ſub honeſta ſpecie ad malum ſuadentis. Letum uerſatile. ſubaudi erat. quia dubitabat acies uirtutum pro qua parte occumbe

ret. Lubricat uisus. id est, huc atque illuc uoluit oculos, quod ipsum dubitātis est quod faciat. Miseratio. quam autor opponit auaritiæ. Auxilio sociis. id est, in auxilium sociorum. Postrema gradu, sed in hac pugna futura uictrix. Triste. id est, timendum ab hoste. Omnibus ibat. nimirum quæ omnia pauperibus bona sua elargita est. Onus. diuitiarum. Multo fasce. id est, onere. Verg. Ego hoc te fasce leuabo. Libera. id est, expedita & exonerata. Benigne. id est, largiter, sicut econtrario maligne pro anguste. Verg. 6. Aeneid. Sub luce maligna. Bene prodiga. quia & si prodigalitas uitium est atque uituperabilis, hæc tamen laudanda est. Loculos inanes. id est, facta pauper, sed diues fide. Numerans summam ęternā. id est, expectās quasi rem iam manibus teneat. Fœnore ęödituro, quia pro simplis centena reddentur. Fulmen inuictæ uirtutis. id est, miserationis impetum animique uigorē. Certa mori. præ desperatione uincendi. Quæ uia fraudis? qd. nullus est relictus locus dolo. Vt ipsa calcatrix mundi. id est, diuitiarum cōtemptrix. Spreto auro, quo sola auaritia alios consueuit superare. Virtus fortissima. id est, miseratio. Nodus ulnarum comprimens illam inter brachia. Exanguem gulam. id est, mortuam. Vincla lacertorum, eadem uincula & comprimebant lacertos & guttur sub mētum, & extingunt animam. Nullo uulnere. sed tantum uinculorum compre[illegible]one. Palpitat. per partes corporis tremit. Intercepto [illegible]ditu. id est, intercluso meatu spirandi. Carcere ue[illegible]um. quia nō exhalauit animā per fauces. sed intercluso spiramento quasi in carcere extincta est, & loquitur de anima nō qua sentimus, uiuimus & intelligimus, quæ immortalis est, sed de anima quam spiramus & respiramus. Persius: Pulmo animę pręlargus anhelet. Reluctāti. scilicet auaritiæ. Perfodit. id est, transuerberat. Ilia anhela. nam partes illæ potissimum spiritu intenduntur & remittūtur. Sordida spolia. id est, turpiter acquisita. Frusta auri rudis. nō formati in nūmos aureos, & est appositio ad id quod dixit spolia. Marsupia exesa. id est, corrupta & nimia attritione cōsumpta. Crebris cinctis. id est, crebra cinctura, nam ex eo erant attrita marsupia quod crebro illa cingebat auaritia

tia. Nummos uirides, quia pecuniæ ex ære contrahunt eruginẽ quandã uiridem. Diu seruata, ab auaritia. Dissipat. i. diuidit. Tenues. i. pauperes. Munere captiuo. i. quod ex hoste auaritia cepit. Coronam. i. milites suos in circuitu assistentem. Soluite procinctum. i. belli apparatum, uel potius procinctus dicebatur, ut inquit Festus: Cum exercitus cinctus eat ritu Gabino confestim pugnaturus. Plinius lib. 8. Cornibus in procinctu ad dimicandum paratis. Ingluuie pereũte. uoracitate pecuniarũ in auaritia. Sũma quies. i. maxima trãquillitas animi. Super. i. ultra. Simplex alimonia. quæ sufficit intra naturæ fines uiuẽti. Vna uestis. ex euãgelico cõsilio, q habet tuas tunicas, det unã nõ habẽti. Recreet & ad id quod dixit simplex alimonia refertur. Nõ trahat extra. i. quisq̃ nõ transgrediatur. Modũ naturæ expletũ. i. finẽ cũ natura habet quod satis est ad necessitates, uictus & uestitus. Peram ne tollito. Cõsiliũ quoq; euangelicum. Tunicæ alterius, subaudi ab ea quam habes. Redeunt cũ sole, q̊d fit prouidentia quadam diuina. Cras cogitet. i. de crastino solicita sit. Non anxia. i. sine cura. Credat se pascendã. i. ꝙ nõ deficiet sibi cibus. Volucres uiles. i. parui pretij. Subest fides. i. credũt. Modico asse. ad illud quod euangelista dicit duo passeres asse ueneunt. & alius, quinq; passeres ueneũt dipõdio. Tu cura dei. i. cuius peculiarem curam habet Deus. Facies Christi. ad cuius similitudinem factus es. Vitæ dator, & hoc de iure naturali. Quærite. ordo est uos immemores corporis. i. nullam curã illius habentes. Quærite pastum luciferum. id est, cœlestem & spiritalem. Dogmate cœlesti. i. ex saluatoris nostri sententia, qui ait: Operamini cibum qui non perit. Multiplicãs spem, qa oĩs illius spes ex futuro sęculo pendet. Indiga membra. i. indigentia cibo, potu & uestitu. Hic dictis. hemisticum est Verg. 6. Aenei. Metus & labor &c. Hæc in comitatu auaritiæ erant. Fraus inficiatrix. i. negatrix & aduersa. Fidei placidæ. i. quæ conciliat hoĩes, inter se, ut placide uiuant. Vertere solum. id est, fugerunt, quan quam uertere solum proprium est fugere ob debita. Iuuenal. Qui uertere solum baias. & ad ostia currũt. Pax quæ secuta est post uictoriam. Discinditur. i. dissipatur

Exfibulat ilia, pro refibulat & resoluit quasi loricā. Vestis defluit, quod in pace fit, nam in pugna uestes præcinctæ sunt. Vergilius. 1 Aeneid. Vestisq́; pedes defluxit ad imos. Priuata modestia. i. priuatam uitam agens. i. non ductans exercitum. Curua æra. cornua ærea, nam tuba recta est. Ouidius, Non tuba directi non æris cornua flexi. Placabilis, qui prius erat iratus. Implet uaginam. i. reponitur. Suda facies. i. serena. Verg. iiij. Geor. Ergo ubi uer nactę sudum. Liquidæ diei. i. puræ & defecatæ. Vultum tonantis. i. Deum adesse. Turmæ arridere, pro arridebant inuicem. Et gauderę, pro gaudebāt. Aperire arcē & portum profundū, quia portus quo profundior eo securior est, ponit autem portū pro regno cœlesti quo oēs tendimus. Dat signum. i. iubet canere receptui. Victrices aquilas. more Romanorū loquitur, quorum uexilla aquilas habebant. Cogi. i. plicata reponi. Tanta species. i. uictorię pulchritudo. Nec par decus. i. æqualis honore. Duceret. s. cōcordia. Bifida agmina, id est, in duas partes diuisa. s. peditū & equitū. Non aliter cecinit. comparatio est, q̃ post uictoriā partā de auaritia sic cecinit dei laudes uictor exercitus: quemadmodū Israel cū uidit insequentes Aegyptios in mari submersos. Exo. 15. Tūc cecinit Moses & filij Israël car. &c. Hiantē rabiē pōti. i. pontū in duas partes fissum. Littora ulteriora, quæ erant ex aduerso littoribus Aegyptiorum. Mons aquæ pendētis. Verg. 1. Aen. Insequitur cumulo præruptus aquæ mons. Per extima calcis. i. extra pedes Hebræorū, nā extimus, a, um. ab extra deducitur in forma superlatiui. Nilicolas. i. ægyptios, qui fere omnes habitāt iuxta Nilum. Arenas nudas. cū apertū erat mare. Turba dei. Israël. Plectro. q̃ tympana pulsantur. Opus omnipotentis, hoc est ripas. Liquidas. id est, puras & purgatas: & posuit ripas pro littoribus. Subsistente procella. i. pēdēti procelloso mari facto hinc inde pariete. Crescere. i. in longū qua ituri erāt aperiri. Globos. i. maris undas globosas. Resultant. i. resonāt. Ventū erat. i. exercitus post uictoriā uenerat. Ad fauces. ad angustias. Portæ castrēsis, portā prætoriam dicit, erat & decumana & principalis. Bifori cardine, q̃a ualuæ duę sunt ostiorum plærunq;. Inopina tempestas. id est, subita &

ta & non præuisa. Astu, id est, astutia & dolo discordiæ. Inuidia turbatrix, ea erat discordia quæ inuidit paci quæ secuta est uictoriam superiorem.

CONCORDIAE ET DISCORDIAE PVGNA.

Inter confertos cuneos Concordia forte
Dum stipata pedem iam tutis mœnibus infert,
Excipit occultum uitij latitantis ab ictu
Mucronem læuo in latere, squalentia quamuis
Texta catenato ferri sub tegmine corpus
Ambirent, sutis & acumen uulneris hamis
Respuerent, rigidis, nec fila tenacia nodis
Impactũ sinerent penetrare in uiscera telum.
Rara tamen chalybē tenui transmittere puncto
Commissura dedit, qua sese extrema politæ
Squama ligat tunicæ, sinus & sibi conserit oras,
Intulit hoc uulnus pugnatrix subdola uictæ
Partis, & incautis uictoribus insidiata est.
Nam pulsa culparum acie Discordia, nostros
Intrarat cuneos, sociam mentita figuram.
Scissa procul palla, structum & serpente flagellũ
Multiplici, media camporum in strage iacebat.
Ipsa redimitos olea frondente capillos
Ostentans, festis respondit læta choreis.
Sed sicam sub ueste tegit, te maxima Virtus,
Te solam tanto è numero, Concordia tristi
Fraude petens. Sed non uitalia rumpere sacri
Corporis est licitum, summotenus extima tactu
Læsa cutis, tenuem signauit sanguine riuum.
Exclamat Virtus subito turbata. Quid hoc est?
Quæ manus hic inimica latet? quę pectora nostra
Vulnerat, & ferrum tanta inter gaudia uibrat?
Quid iuuat indomitos bello sedasse furores,
Et sanctum uitijs pereuntibus omne receptum,
Si Virt⁹ sub Pace cadit? Trepida agmina mœstos
Conuertére oculos stillabat uulneris index
Ferrata de ueste cruor, mox & pauor hostem

Commi-

Comminus aſtantem prodit: nam pallor in ore
Conſcius audacis facti, dat ſigna reatus,
Et depreſſa tremit languens manus, & color albēs
Circumſtat propere ſtrictis mucronibus omnis
Virtutum legio, exquirens feruente tumultu
Et genus, & nomen patriam, ſectamq́; deumq́;
Quem colat, & iuſſu cuiatis uenerit, illa
  Exanguis, turbante metu Diſcordia dicor,
Cognomēto hęreſis Deus eſt mihi diſcolor inquit
Nūc minor, aut maior, mō duplex, & mō ſimplex
Cum placet aëreus & de phantaſmate uiſus,
Aut innata anima eſt, quoties uolo ludere numē,
Præceptor Belial mihi fit, domus eſt plaga mūdi.
  Non tulit ulterius capti blaſphemia monſtri
Virtutum Regina Fides, ſed uerba loquentis
Impedit, & uocis claudit ſpiramina pilo,
Pollutam rigida transfigens cuſpide linguam.
Carpitur innumeris feralis beſtia dextris,
Fruſtatim ſibi quiſq; rapit, quod ſpargat in auras
Quod canibus donet, coruis quod edacibus ultro
Offerat, immundis cœno exhalante cloacis
Quod tradat, mōſtris q̄d mandet habere marinis,
Diſciſſūq; feris *Diſciſſum fœdis animalibus omne cadauer
Diuiditur, ruptis perit hæreſis horrida mēbris
  Compoſitis igitur rerum, morumq́; fecundis
poſtq̄ intra tuta morari contigit ac ſtatione frui In cōmune bonis, *tranquillæ plebis ad unum.
Contigit hac ſtatione frui, ualloq́; foueri
Pacificos ſenſus, & in otia ſoluere curas.
Extruitur media caſtrorum ſede tribunal
Aeditiore loco, tumulus quem uertice acuto
Excitat in ſpeculam, ſubiecta unde omnia late
Liber inoffenſo circumſpicit aëre uiſus
Hunc ſyncera fides, ſimul & Concordia ſacro
Fœdere iuratæ Chriſti ſub amore ſorores
Conſcendunt apicem, mox & ſublime tribunal,

Par

Par sanctum, charumq́ sibi supereminet æquo
Iure potestatis, consistunt aggere summo
Conspicuæ, populosq́ iubent astare frequentes.
Cōcurrunt alacres castris ex omnibus omnes,
Nulla latet pars mentis iners, quæ corporis ullo
Intercepta sinu per conceptacula sese
Degeneri languore tegat, tentoria apertis
Cuncta patent uelis, reserantur carbasa, ne quis
Marceat obscuro stertens habitator operto.
Auribus intentis expectat concio, quid nam
Victores post bella uocet Concordia princeps,
Quam uelit atq; Fides uirtutibus addere legem.
Erumpit primam in uocem Concordia tali
Alloquio, cumulata quidem iam gloria uobis
O patris, ô domini fidissima pignora Christi,
Contigit: extincta est multo certamine sæua
Barbaries, sanctæ quę circumsepserat urbis
Indigenas ferroq́ uiros, flammaq́ premebat.
Publica sed requies priuatis rure, foroq́
Constat amicitijs: scissura domestica turbat
Rem populi, titubatq́ foris, quod dissidet intus.
Ergo cauete uiri, ne sit sententia discors
Sensibus in uestris, ne secta exotica tectis
Nascatur conflata odijs, quia scissa uoluntas
Confundit uarijs arcana biformia fibris.
Quod sapimus coniungat amor, q̄d uiuimus, uno
Conspiret studio, nil dissociabile firmum est.
Vtq́ homini atque Deo medius interuenit Iesus,
Qui sociat mortale patri, ne carnea distent
Spiritui æterno, sitq́ ut Deus unus utrunq;.
Sic quicquid gerimus, mentisq́ & corporis actu,
Spiritus unimodis texat compagibus unus.
Pax plenum uirtutis opus, pax summa laborum,
Pax belli exacti pretium est, pretiumq́ pericli.
Sydera pace uigent consistunt terrea pace.

Nil

Nil placitum sine Pace deo, non munus ad aram
Cum cupias offerre probat, si turbida fratrem
Mens impacati sub pectoris oderit antro,
flammicomis Nec si *flammiuomis Christi pro nomine martyr
Ignibus insilias seruans inamabile uotum
Bile sub obliqua, pretiosam prosit Iesu
Impendisse animam, meriti quia clausula pax est.
Non inflata tumet, nō inuidet ęmula fratri.
Omnia perpetitur patiens, atq; omnia credit.
Nunquam læsa dolet, cuncta offensacula donat.
Occasum lucis uenia præcurrere gestit
Anxia, ne stabilem linquat sol conscius iram.
Quisq; litare Deo mactatis uult holocaustis,
Offerat in primis pacem, nulla hostia Christo
Dulcior hoc solo sancta ad donaria uultum
Munere conuertens, liquido oblectatur odore.
Sed tamen & niueis tradit Deus ipse columbis
Penniatum tenera plumarum ueste colubrum
Rimante ingenio docte internoscere mixtum
Innocuis auibus, latet & lupus ore cruento
Lacteolam mentitus ouem sub uellere molli.
Cruda per agninos exercens funera rictus.
Hac sese occultant Fotinus & Arrius arte,
Immanes feritate lupi: discrimina produnt
Nostra, recensq; cruor quis de corpore summo
Quid possit furtiua manus, gemitū dedit omnis
Virtutum populus, casu concussus acerbo,
Tunc generosa Fides hęc subdidit: Imò secundis
In rebus cesset gemitus, Concordia salua est,
Sed defensa* Fides, quin & Concordia sospes
*Fide Germanam comitata Fidem, sua uulnera ridet.
Hæc mea sola salus, nihil hac mihi triste recepta,
Vnum opus egregium restat post bella labori
O proceres regni quod tandem pacifer hæres
Belligeri armatæ successor inermis & aulæ
Instituit

Instituit Solomon, quoniam genitoris anheli
Fumarat calido regum de sanguine dextra.
Sanguine nam terso templum fundatur, & ara
Ponitur auratis Christi domus ardua tectis.
Hierusalem templo tunc illustrata quieto
Suscepit iam diua Deum, circumuaga postquam
Sedit marmoreis fundata altaribus arca.
Surgat & in nostris templum uenerabile castris.
Omnipotens cuius sanctorum sancta reuisat.
Nam quid terrigenas ferro pepulisse phalanges
Culparum prodest, hominis si filius arce
Aetheris illapsus, purgati corporis urbem
Intret inornatam, templi splendentis egenus?
Hactenus alternis sudatum est comminus armis
Munia nunc agitet tacitæ toga candida Pacis,
Adq; sacri sedem properet discincta iuuentus.
Hæc ubi dicta dedit gradibus regina superbis
Desilijt, tantiq; operis Concordia consors,
Metatura nouum iacto fundamine templum.
Aurea planiciem spacijs percurrit arundo
Dimensis, quadrent ut quattuor undiq; frontes,
Ne commissuris distantibus angulus impar
Argutam mutilet per dissona symnetra normã.
Aurorę de parte tribus plaga lucida portis
Illustrata patet, triplex aperitur ad Austrum
Portarum numerus, tres occidualibus offert
Ianua trina fores, toties Aquilonis ad axem
Panditur alta domus nullum illic structile saxũ,
Sed caua per solidum, multoq; forata dolatu
Gemma relucenti limen complectitur arcu,
Vestibulumq; lapis penetrabile concipit unus,
Portarum summis inscripta in postibus auro
Nomina apostolici fulgent bissena senatus.
Spiritus his titulis arcana recondita mentis
Ambit,

Instruxit

Ambit, & electos uocat in præcordia sensus
Quaq; hominis natura uiget, qua corpore toto
Quadrua uis animæ, trinis ingressibus aram
Cordis adit, castisq; colit sacraria uotis.
Seu pueros sol primus agat, seu feruor ephebos
Incendat nimius, seu consummabilis æui
Perficiat lux plena uiros, siue algida Boreæ
Aetas, decrepitam uocet ad pia sacra senectam.
Occurrit trinum quadrina ad compita numen,
Quod bene discipulis disponit rex duodenis
Quin etiam totidem gemmarũ insignia textis
Parietibus distincta micant, animasq; colorum
Viuentes liquido lux euomit alta profundo.
Ingens chrysolitus natiuo interlitus auro,
Hinc sibi saphirum sociauerat, inde beryllum,
Distantesq; nitor medius uariabat honores.
Hunc chalcedon hebes perfunditur ex hyacinthi
Lumine uicino, nam forte cyanea propter
Stagna lapis cohibens, ostro fulgebat aquoso.
Sardonychen pingunt amethystina, pingit iaspis
Sardonium iuxta appositum, pulcherq; topazon.
Has inter species smaragdina gramine uerno
Prata uirent, uoluitq; uagos lux herbida fluctus.
Te quoq; conspicuum structura interserit ardens
Chrysoprase, & sydus saxis stellantibus addit
Stridebat grauidis funalis machina uinclis,
Immensas rapiens alta ad fastigia gẽmas.
At domus interior septem subnixa columnis
Crystalli algentis, uitrea de rupe recisis
Construitur, quarum tegit ædita calculus albens
Inconum cæsus capita, & sinuamine subter
Subductus conchæ in speciem, quod mille talẽtis
astu Margaritum ingens opibusq; & uiribus* arte
Adductis animosa fides mercata pararat.
Hoc residet solio pollens Sapientia, & omne
Consilium

Consilium regni celsa disponit ab aula;
Tutandiq́ hominis leges sub corde retractat.
In manibus dominę sceptrum, non arte politum.
*Sed lignum uiuũ est, uiridi quod stirpe recisum
Quamuis nullus alat terreni cespitis humor,
Fronde tamen uiret incolumi, tũ sanguine tinctis
Intertexta rosis candentia lilia miscet,
Nescia marcenti florẽ submittere collo,
Huius forma fuit sceptri gestamen Aaron,
Floriferum, sicco quod germina cortice trudens,
Explicuit tenerum spe pubescente decorem,
Inq́ nouos subito* uiruit uirga arida fœtus.
Reddimus æternas indulgentissime doctor
Grates Christe tibi, meritosq́ sacramus honores
Ore pio: nam cor uitiorum stercore sordet.
Tu nos corporei latebrosa pericula operti,
Luctantisq́ animæ uoluisti agnoscere casus:
Nouimus ancipites nebuloso in pectore sensus
Sudare alternis conflictibus, & uariato
Pugnarum euentu, nunc indole crescere dextram,
Nunc inclinatis ceruicibus ad iuga uitæ
Deteriora trahi, seseq́ addicere noxis
Turpibus, & propriæ iacturam ferre salutis.
O quoties animam uitiorum peste repulsa
Sensimus incaluisse Deo quoties tepefactum
Cœleste ingenium post gaudia candida tetro
Cessisse è stomacho, feruent bella horrida, feruent
Ossibus; atq́ inclusa fremit discordibus armis
Non simplex natura hominis: nam uiscera limo
Effigiata premunt animum. Contra ille sereno
Aeditus afflatu nigrantis carcere cordis
Aestuat, & sordes arcta inter uincla recusat.
Spiritibus pugnant uarijs lux, atque tenebræ,
Distantesq́ animat duplex substantia uires,
Donec præsidio Christus Deus adsit, & omnes

Sed ligno uiuũ uiridi est

tumuit

Virtutum gemmas componat sede piata.
Atque ubi peccatum regnauerat, aurea templi
Atria constituens, texat spectamine morum
Ornamenta animæ, quibus oblectata decoro
Aeternum solio diues Sapientia regnet.

Psychomachiæ finis.

INter confertos. Inducit pugnam concordiæ cum discordia. Confertos cuneos, id est, condensatos ordines militum. Concordia stipata, id est, ab omni parte armatis circundata Mœnibus, aut castrorum aut alicuius urbis in qua triumphaturi erant. Excipit occultum mucronem, id est, uulnus accipit ab ictu. Vitij latitantis, id est, discordiæ. Texta squallentia, id est, thoraces siue loricæ in modũ squammarũ contextæ. Nam ut inquit Gellius lib. ij. squallere dictum est à squammarum crebritate asperitateq́; quæ in serpentum pisciumq́; corijs uisuntur. Catenato sub tegmine, id est, contexto cum flamine, ut sic dixerim. Et respuerent, id est, repellerent. Acumen uulneris, id est, ensis siue teli. Hamis rigidis, ex quibus lorica contexta erat. Sutis, id est, contextis. Vergil. v. Aeneid. Leuibus huic hamis consertam auroq́; trilicem loricam. Fila tenacia, quibus hami loricæ connectebant per nodos. Telum impactum. i. uiribus adactum & impulsum. Commissura rara, id est, qua parte loricæ membra committuntur, id est, coniunguntur. Transmittere chalybem, id est, diloricare iuncturam illam. Sed puncto tenui, id est, leui punctura. Qua sese, exponit qua parte lorica admisit uulnus. Extrema squama, id est, loricæ ora. Ligat sese tunicæ, armatura quoq; est tunica. Iuuena. Tunicati fuscina gracchi. Sinus cõserit oras, id est, medium illud iungit extremitates. Pugnatrix subdola, scilicet discordia. Incautis, nihil tale cauentibus. Acie culparum, id est, uitiorum. Sociam figuram, id est, nobis amicam. Palla & flagellum. Vergil. 6. Aeneid. Discordia demens Vipereum crinem uittis innexa cruentis & illud, Scissa discordia palla. Structum serpente multiplici, id est, textum.

textum ex implicatis serpentibus. Ipsa læta. simulans se lætam. Olea frondente. quæ in tutela pacis est, atque pacem petituri illam præferebant. Sicam. gladium. Petens te fraude tristi. ab effectu quæ tristitiam uictoribus attulit. Extima, exterior non interior. Summotenus tactu, id est, leuiter perstringens. Vergil. Summotenus attigit ore. Latet hic. s. in castris pacificis. Vibrat ferrũ, torquet iaculaturq́. Sedasse. i. pacasse & ad tranquillitatem reduxisse. Omne sanctum receptum, id est, omnes uirtutes à periculis liberatas & restitutas. Conuertere oculos, scilicet ad uerba concordiæ. Index uulneris appositiue, id est, qui cruor signum erat uulneris. Ferrata de ueste, id est, lorica ferrea. Hostem. s. discordiam pallor conscius. id est, ex conscientia sceleris peracti proueniens. Dat signa reatus. pro culpæ: ut Iuniores accipiunt. cũ reatus sit eius qui postulatur corã iudice siue iuste siue iniuste. Manus deprensa. s. in crimine. Pallor albus. id est, ad albedinem uergens, hoc est, ipsa pallida tremit. Strictis mucronibus. i. euaginatis ensibus. Vergil. Stat ferri acies mucrone corusco stricta parata neci. Et genus & nomen, quinque sunt quæ à discordia quæruntur, genus nomen, patria, religio. quis illam misit. Ad quæ omnia respondet. Cuiatis iussu, pro cuius deriuatiuum pro primitiuo. Discordia dicor, ecce nomen. Hæresis, ecce genus, nam cognomentũ commune est multorum. Deus discolor. i. uarius. Nunc minor aut maior, ut Arrianus qui dixit filium minorem patre. Modo duplex, ut quidam Græcorum qui tertiam personam in diuinis excluserunt. Modo simplex, ut Manichęus qui unam tantum personam posuit sortitam per officia diuersa nomina. Aereus & de phantasmate, hoc Manichęus de Christo dixit sumpsisse corpus phantasticum. Anima innata, id est, anima mundi. ut Plato. Numen, id est, uerus deus, sed cum ludit non cum re uera fatetur. Fides quam à principio induximus cum idololatria pugnantem. Regina uirtutum, quia est illarũ fundamentum. Pilo, telo Romanorum proprio cuius ferri acumine illius trãsfixit linguã. Carpitur. i. in partes laceratur. Frustatim. i. per frusta. Cloacis immundis quæ sunt emunctoria per quæ sordes urbis expelluntur:

tur: partim ex latrinis, partim aliarum sordium colluuione. Columella: Immundis quæcunq; uomit latrina cloacis. Monstris marinis, i. maris piscibus ad deuorandam, sed appellat mõstra, quia diuersarum formarum quotidie in mari reperiuntur aquatilia. Fœdis animalibus, carniuoris & feris. Hæresis nimis inconstanter, cum prius primã breuiarit, hic eandẽ ꝑduxit. In cõe. i. ad publicam omniũ utilitatẽ. Tranquillæ plebis. ordo est: contigit sensus pacificos plebis tranquillæ frui hac statione. i. uigilia siue loco in castris ubi milites stant expediti. Foueri uallo, id est, recreari intra castra uallo, fossa, propugnaculisq; munita. Tribunal. i. suggestũ unde Concordia ad populũ concionatura erat. Quem s. locum. Tumulus excitat in speculam. i. erigit in cacumen siue montis uerticem, unde speculari in omnes partes quispiam posset. Vnde. id est, ex qua specula. Visus liber. i. expeditus. Cõscendunt hunc apicem. i. hũc montis uerticem. Iuratæ. i. coniuratę. Par sanctũ. quia ambæ inter se pares erant sanctum quoq; & charum sibi dixit, quia de duobus inter se certantibus proprie dicitur. Horat. 1. Serm. Rupuli & Persi par pugnat. Supereminet tribunal. i. eminet super tribunal. Cõspicuæ id est, ab omnibus conspiciendæ. Frequentes. i. crebros & condensatos. Nulla latet. sensus est: usq; adeo omnes alacri animo concurrebant ad concionem: quod nulla erat animi pars, quæ non gestiret in lætitiam. Iners. i. ociosa. Quæ intersepta. id est, circũclusa. Vllo sinu corporis. id est, quæ animi pars aliquando solet recipere se ad intima cogitandi aliquid aut cõtemplãdi gratia. Tegat sese. i. in tãta celebritate recolligat sese. Per conceptacula. i. per interiores recessus. Languore degeneri. i. inertia. Velis s. tentoriorũ tabernaculorumq;. Carbasa. id est, uela ex carbaso quod est genus lini, & dicit idem. Ne quis marceat. in tanta solennitate dormiat in loco abdito. Cõcio. i. q̃ uenerũt ad concionẽ quasi cõcilium. Virtutibus s. aliis atq; illarum studiosis. Prima. i. prior, quia de duob⁹ loquitur. Gloria cumulata. id est, cumulate parta. Pignora fidissima. id est, filii. Barbaries s. uitiorũ barbarus exercitus. Sanctæ urbis. in qua boni habitant. indigenas. i. incolas ibidem genitos. Publi

ta requies, sensus est, quod concordia publica constat ex amicitijs priuatis. Publica reqes. id est, ciuitatis trãquillitas. Rure & foro, id est, intra & extra urbem. Scissura. id est, discordia. Quod dissidet intus id est, in domibus priuatis discordat. Titubat foris. id est, fluctuat in republica. Sensibus in uestris, id est, intra uos. Exotica. id est, extranea & peregrina opinio. Conflata odijs tectis. id est, occultis inimicitijs. Nascatur, & quod est consequens inualescat. Voluntas scissa, id est, non uniformis, sed discors. Arcana biformia, ambigua & incerta. Fibris uarijs, id est, intimis præcordijs uariantibus. Conifigat amor, i. Christi charitas cõciliet & cõsentire faciat. Quod uiuimus, i. tota uita nostra. Vno studio. qa idẽ uelle & idẽ nolle ea est uera charitas. Vtq; homini similitudo est, quod quemadmodũ Christus mediator dei & hoim cõciliauit nos patri, ita spiritus debet conciliare partes intra nosmetipsos dissidentes. Mortale, id est, genus humanum, uel potius naturam humanam quia subdit. Nec carnea distent Spiritui. id est, humanitas à diuinitate. Vtrumq; s. humanitas, unimodis compagibus, i. iuncturis utraq; unũ facientibus. Par est preciũ merces siue præmiũ. Belli exacti, i. finiti. Et pericli subeuitati. Sydera pace. quia in cœlo nulla est perturbatio. s. summa quies atq; constantia. Terrea, id est, homines in terra habitãtes. Consistunt pace, quemadmodũ dissipãtur discordia. Sine pace, i. sine animi trãquillitate & odij uacuitate. Non probat. subaudi Deus. Ex Machab. cap. 5. Pectoris impacati. id est, non habentis pacem cum proximo. Antro. id est, recessu cordis penetrali: & accipit pacẽ pro charitate, unde subdit ex epistola ad Corinthios 1. capite 13. Ignibus flammiuomis, quod Apostolus ait: Si tradidero corpus meũ ita ut ardeam, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest. Seruans inamabile uotum. id est, non habens charitatẽ. Bile sub obliqua. id est, iratus proximo. Prosit, iũge cum superiori. Nec, nec prosit Iesu Christo uitam dedisse. Clausula. id est, in qua includitur omnis Christiana uirtus. quæ sola meritoria est. Pax pro charitate, ut supra. Non inflata. omnia hæc ex Apostolo ubi supra. Offensacula donat, i. remittit offensas. Anxia.

 id est,

Id est, solicita. Præcurrrere occasum. i. antea quàm sol occidat. Ex Apostolo Ephesi. iiij. Sol non occidat super iracundiam uestram Sol conscius. id est, tu sole teste non relinquas iram. Litare Deo. i. à deo aliquid sacrificio impetrare, nam illud est litare. Liquido odore. alludit ad Iudæorũ holocausta ex quibus incensis ascendebat fumus ad dominum, quasi illum oblectaturus. Liquidum uero appellat odorem ex flammis resolutum. Persius: Tot tibi cũ in flammas iunicũ omenta liquescant. Ad donaria. loca in templo quo dona feruntur. Vergil. iij. Georg. Imparibus ductos alta ad donaria currus. Columbis niueis. Ex euangelio. Matt. x. Estote prudentes sicut serpentes. Colubrum plumatum id est, prudentiam serpentis. Tenera ueste pennarum. id est, sub mollibus plumis columbarum. Ingenio rimãte internoscere. i. inquirente ad dignoscere. Mixtũ, id est, quod se uult immiscere, ut decipiat. Lupus ex eo, quod scribitur Matth. vij. Attendite à falsis prophetis &c. Ritus agninos. cum rictus proprie sint ferarũ & carniuororũ animaliũ. Fontinus & Arrius, insignes heretici. Discrimina nostra. quando paulo ante uulnerata sum. Dedit gemitũ, recordata uulneris à concordia, accepti. Hæc, subdidit, id est, cœpit loqui. In rebus secundis, id est, pacificis. Defensa fide, quia illam tutata sum. Sua uulnera ridet. id est, nihili facit me comite. Sola salus, quia hac sospite ego ero sospes. Hac recepta. id est, à periculo liberata, ut supra. Vnum opus. scilicet constructio & dedicatio templi, siue cœlestis Ierusalem: quæ non ex lapidibus manu quadratis, sed ex beatorum animis construenda est. Quod scilicet opus hoc est templum, per quod significabatur templum hoc spirituale. Solomon pacifer, hoc enim Solomon interpretatur. id est, pacificus. Hæres regis belligeri, id est, Dauid uiri in bellis exercitatissimi, ut in primo &. ij. Regum legitur. Et successor inermis, idem dicit alijs uerbis. Genitoris anheli, id est, Dauid in bellis defatigati. De sanguine calido, atque ideo noluit Deus, ut ab eo templum ædificaretur, unde in primo Paralipo. capite xxviij. Non ædificabis mihi domũ eo ꝙ sis bellator, & sanguinem multũ effuderis. Fundatur, fundari debet.

Domus

Domus Christi.i. familia Christianorum. Ierusalem dĩua. id est, cœlestis quæ terrenã designat. Templo quieto id est, pacifico: quia Ierusalem uisio pacis interpretatur Suscepit Deum, ut in ea hoc est, animis fidelium habitaret. Arca circumuaga, habitans ex Philistinorum tabernaculis in domo Obededon, quo ad templum est illi ædificatum à Solomone, ex libro. ij. Regum, capi. vi. vij. Sancta sanctorũ, sicut arca in tẽpli sacrario fuit posita. Phalanges terrigenas culparum. i. uitiorum exercitum, qui ex terra habet originem, nihilq́ sapit cœleste. Illapsus .i. descendens de cœlo. Purgati corporis, quia nõ satis est animã à uitijs purgatam esse, nisi etiã ornetur quasi sponsa sponso. Egenus templi, nõ quod eget Deus tali templo, iuxta illud Psalmi. xv. Bonorum meorum non eges. Sudatum est, elaborauimus in profligandis uitijs. Alternis, id est, diuersarum partium. Toga, uestis cuius erat usus tempore pacis. Munia & officia. Iuuentus discincta, sicut ecõtrario in bello milites dicuntur præcincti, & esse in præcinctu. Regina. s. fides. Metatura, graphice descriptura more eorum qui ędificaturi sunt. Templum nouum, iuxta illud Apoc. xxi. Hierusalem nouã descendentẽ de cœlo. Arũdo, hæc metiendi templi ratio ex Apocali. tota sumpta est. Quadrent. i. in formam quadrati consentiãt. Angulus impar. i. acutus, aut obtusus, hoc est, maior aut minor recto. Cõmissuris distantibus. i. in distãtia cõmissurarum, ubi duo latera in angulos coeunt. Mutilet normam. i. defraudet nõ consentiẽdo cum illa, est aũt norma Hispanice el cartabõ. Argutã aũt uocat. i. ingeniosam: quia deprehendit errata. Symmetra dissona. i. cõmensurationes discordantes. Auroræ clara est descriptio ternarum à quatuor mundi lateribus portarum. Saxum structile. i. quale aliorum ædificiorũ. Sed gemma caua, ut ex foratura in ædificio possit colligari. Vestibulum penetrabile, id est, per quod introitus est ad templi penetralia. Nomina bissena, id est, duodecim Apostolorum. Spiritus his titulis, quid sibi uelint nomina duodecim Apostolorum ostendit, dicens: quod Spiritus, id est, sensus spiritualis. Ambit, id est, inquirit. Arcana, id est, secreta quædam mystica. His titulis,

ſcilicet duodecim nominum. Vocat in præcordia. id eſt, ad intimam cogitationem reducit. Senſus electos. id eſt, exquiſitos. Quaꝗ; hominis. Ordo eſt. ſpiritus reddit aram cordis: quia ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus, & cor contritum. Trinis ingreſsibus, ſubaudi ab unoquoque quatuor laterum, ut ter quatuor reddant numerum Apoſtolorum. Qua uiget natura hominis: quia à corde eſt fons & origo totius uigoris. Quadrua uis, quæ per quatuor templi latera deſignantur: ſunt quatuor hominis ætates quę quatuor quoque partibus diei, aut anni coæquantur. Prima pueritiæ à media nocte ad ortum ſolis. Secunda adoleſcentiæ ab ortu ſolis ad meridiem. Tertia ætatis perfectæ, à meridie ad occaſum. Quarta ſenectutis, ab occaſu ad mediam noctem. Agat. id eſt, regat. Ephebos. id eſt, adoleſcentes. Aeui conſummabilis. id eſt, ętatis conſummatæ & perfectæ. Aetas boreæ. id eſt, ſenecta quæ reſpondet illi parti diei in qua ſol ab occaſu tendit ad ſeptentrionem, ſed poſuit anapeſtum pro ſpondęo in ſexto loco. Ad pia ſacra, quia ætas religioni uacare debet. Trinum, ſcilicet portarum. Ad quadrina compita, id eſt, quatuor laterum concurſus. Totidem gemmarum, de quibus in Apoca. cap. xxi. Animas cœlorum uiuentes. i. colores uiuos per quos animæ deſignantur. Profundo liquido. i. fundamentis, & medio diaphono & pellucenti. Interlitus auro, habet enim chryſolitus maculas aureas, unde & nomen. Hinc inde itaque ipſe erat medius. Diſtantes honores. i. pulchritudines, id eſt, ex uarietate colorum. Vergilius primo æneid. Lætos oculis afflarat honores. Calcedon hebes. id eſt, ſubobſcurus. Perfunditur. id eſt, eius color excitatur. Lapis, ſcilicet, cyaneus: hic eſt quem ſęculo noſtro turchium dicimus propter ſtagna cyanea, quæ ſunt in Pōto ſiue in Sicilia: unde dictus lapis, ut uult poëta, oſtro aquoſo, id purpura marina. Pingunt uarietate colorū ut Vergilius, Pingit uacinia caltha. Prata ſmaragdina, id eſt, ſmaragdi colorem prata habentia tempore uerno. Lux herbida. id eſt, coloris herbacei lapis. Fluctus uagos, id eſt; colores fluctuum marinorum, qui uirides ſunt. Martialis, Duasꝗ; ſimiles fluctibus pares gemmas.

mis, de smaragdis loquitur. Chrysoprase, gemma uiridis maculas habens aureas unde nomen habet. Sydus, id est, syderis splendorem. Columella sic dixit, Terrestria sydera flores. Machina funalis, throclea & epagon dicitur à Græcis. Vinclis grauibus, id est, crassis & robustis funibus. Crystalli algentis, quia crystallus est aqua congelata, & lapis qui ex mediis nubibus eruitur. Rupe uitrea, id est, niuibus & glacie congelata. Quarum edita. i. altitudinem columnarũ, hoc est, culmen. Cęsus in conum, id est, formatus in cacumẽ quod à Græcis epistylium, Hieronymus capitellum interpretatur. Subductum capita. i. habentem capita subducta, hoc est, à parte inferiori excauata, & sinuosa. In speciem conchæ, hoc est, striatæ, petasum Græci uocant partes quæ ex columnæ epistylio propendent. Quem, scilicet, calculum albentem. Fides pararat. id est, comparauit, hic est ille calculus albus, qui in Euangelio dicitur preciosa margarita: quã qui inuenit homo, abiit & uendidit oĩa quę habuit, & emit eã, per quã Christus intelligitur. Hoc solio. i. tẽplo in quo est soliũ. Tutandi hoĩs. i. humanę reip. conseruandę. Sceptrũ insigne regium. Lignũ uiuum, semper uirens. Humor alat, per radices. Viret fronde. i. habet frondes uirides. Miscet lilia, cum sceptri frondibus. Sanguine incolumi, id est, uigente, & non corrupto: ut rosæ imitentur sanguinis uiui colorem. Collo marcenti, id est, languido quod fit quum lilia flaccescunt. Forma huius sceptri, id est, uirga Aaron fuit similis huic sceptro, nam quemadmodum legitur in libro Numerorum capite. xvii. Virga Aaron floruit inter cæteras uirgas filiorum Israël, quæ posita est in tabernaculo testimonii à Mose. Quod scilicet, gestamẽ Aaron, id est, uirga. Trudens, id est, emittens. Germinauit, inquit, uirga Aaron, & turgentibus gemmis eruperant flores qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt. Explicuit tenerum decorem, id est, sparsit flores teneros nimia pulchritudine. Spe pubescente. i. flore in quo est fructus spes germinãte. In nouos fœtus, scilicet amygdalinos. Reddimus. conclusio est operis conueniens principio. Indulgentissime id est, qui nos molliter & delicate tractas. Reddimus

grates, pro agimus atq; repetimus. Meritos honores, id est, debitos. Nam cor. q. d. corde non possumus, quia indigni, igitur ore. Tu nos. sensus est: Tu fecisti ut cognoscere possemus hanc compugnãtiam animę secum id quod intra nosmetipsos sentimus. ordo est: Tu uoluisti nos agnoscere. Pericula latebrosa. id est, unde immittet nobis periculum latens. Operti corpore. id est, quod occultũ intra nos latet, de quo Psal: Ab occultis meis munda me. Animæ luctantis. id est, secum compugnantis. Ancipites sensus. de quibus Apostolus Roman. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Crescere indole. id est, uincere rationem. Ad iuga deteriora. id est, uinci & trahi sub iugum peccati. Animam incaluisse Deo. cum superauit uitia. Tepefactum. ex ardore illo diuino remissum. Cessisse. id est, fuisse uictũ. Stomacho tetro. id est, turpi sensu, hoc est, male sentiendo. Ossibus. id est, intra nos, ipsis medullis, id est, non simplex, quia ex altera parte rationalis, ex altera irrationalis pugnat. Viscera. id est, pars irrationalis quæ corporis contagio tendit in malum. Aeditus afflatu sereno. id est, cœlestem habens originem. Lux & tenebræ. id est, ratio & appetitus. Duplex substantia. idem dicit. Distãtes. id est, diuersas atque contrarias. Deus adsit. quia sine dei gratia ex tali pugna non possumus euadere uictores. Sede piata. in regno cœlorum. Peccatum regnauerat. scilicet in homine. Atria tẽpli. ut deus in illo habitet. Spectamine morum. id est, moribus spectatis, hoc est, uirtutibus perfectis. Sapientia. de qua dicitur Prouerb. 11. Sapiẽtia ędificauit sibi domum. Oblectata scilicet animæ ornamẽtis, ut cum illa ineat nuptias. Aeternum regnet. nomen pro aduerbio. Vergil. sexto Aeneid. Sedet, æternumq; sedebit.

Aurelii

AVRELII

PRVDENTII VIRI CONSVLARIS IN LIBRVM καθημερινῶν, præfatio.

Odę tricolos triſtrophos. Primus enim uerſus eſt glyconius, conſtans ſpondęo, choriambo & pyrrichio. Secundus Aſclepiadeus, conſtans ſpondeo & duobus choriambis & Pyrrichio. Tertius choriãbus, conſtans ſpõdęo & tribus choriambis & pyrrrichio hoc modo;

— — — ∪ ∪ — ∪ ∪

— — — ∪ ∪ — — ∪ ∪ — ∪ ∪

— — — ∪ ∪ — — ∪ ∪ — ∪ ∪



Er quinquennia iam decem
Ni fallor, fuimus, ſeptimus in
ſuper
Annum cardo rotat, dũ fruimur ſole uolubili.
Inſtat terminus & diem
Vicinũ ſenio iã deus applicat.
Quid nos utile tanti ſpatio temporis egimus,
Aetas prima crepantibus
Fleuit ſub ferulis. Mox docuit toga
Infectum uitijs falſa loqui, non ſine crimine.
Tum laſciua proteruitas,
Ac luxus petulans, heu pudet ac piget,
Fœdauit iuuenem nequitiæ ſordibus ac luto.
Exin iurgia turbidos
Armarunt animos, & male pertinax
Vincendi ſtudium ſubiacuit caſibus aſperis.
Bis legum moderamine

Frenos

Frenos nobilium reximus urbium,
Ius ciuile bonis reddidimus, terruimus reos.

IOANNES SICHARDVS.

IVS ciuile bonis, terruimus. Totam iuris ciuilis uim hoc carmine est complexus. Nam quum in ciuitate bene instituta certū oporteat esse respectum eorum qui bene de republica mereantur, & ob id sint beneficio digni necesse est his leges esse amicas. In eos autem duriores qui scelere se aliquo nobilitant, qui non tam de decoris sui causa, quanuis id etiam, plectuntur, quàm ut illis sublatis è medio, boni in otio uiuant. Verissime ergo Solon ille duabus maxime rebus respublicas contineri dixit: Præmio & pœna.

Tandem militiæ gradu
Euectum pietas principis extulit,
Assumptū propius stare iubens ordine proximo.
Hæc dum uita uolans agit,
Inrepsit subito canities seni
Massaliæ Oblitum ueteris Messaliæ consulis arguens.
Sub quo prima dies mihi
Quam multas hyemes uoluerit, & rosas
Pratis post glaciē reddiderit, nix capitis probat.
Nunquid talia proderunt
Carnis post obitum uel bona uel mala?
Cum iam quidquid id est, quod fueram, mors aboleuerit.
Dicendum mihi quisquis es.
Mundum, quem coluit, mens tua perdidit,
Non sunt illa dei, quæ studuit, cuius habeberis.
Atqui fine sub ultimo
Peccatrix anima stultitiam exuat.
Saltem uoce Deum cōcelebret, si meritis nequit.
Hymnis continuet dies,
Nec nox ulla uacet, quin Dominum canat,
Pugnet cōtra hæreses, catholicam discutiat fidē.
Conculcet sacra gentium,

Labem

Labem Roma tuis inferat idolis,
Carmen martyribus deuoueat, laudet apoſtolos.
Hæc dum ſcribo uel eloquor,
Vinclis ô utinam corporis emicem
Liber, quo tulerit lingua ſono mobilis ultimo.

PRAEFATIO.



ER quinquennia. Carmē eſt tricolō triſtrophō, primus uerſus eſt gliconicus, conſtans ſpōdęo choriābo & pyrrhichio, ſecūdus aſclepiadeus cōſtās spondęo & duobus choriābis & pyrrhichio: tertius eſt choriābicus ſapphicus cōſtans ſpōdęo, tribus choriābis & pyrrhichio. Cum poëta ageret annū ætatis ſeptimum & quinquageſimū, quod reliquū erat uitæ dedicat rebus diuinis, itaq; numerat ſtudia ſua puerilia, & adoleſcentię, tū quod in iuuenili ætate egerit cauſas & deinde rexerit urbes, & in palatio cū Cęſaribus ſit uerſatus uſq; ad ſenectutē. Fuimus. iā ad illud Vergilianū alludit fuimus Troes. Per decē quinquennia, quinquaginta annos. Septimus cardo. i. ſeptima uertigo ſiue reuolutio ſolis. Rotat annū. i. uoluit, Vergilius atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus. Inſuper. id eſt, ultra quinquaginta. Inſtat terminus. id eſt, mors, quæ omnium finis eſt. Et diem uicinum ſenio. id eſt, mortem quæ eſt ſenectuti proxima. Quid egimus. q. d. nihil q̊d eſſet animæ conducibile. Aetas prima. ſ. puerilis quæ fuit ſub pædagogis. Sub ferulis crepantibus. id eſt, ſonantibus, nam ferulis pædagogi in pueros ſæuiunt: Martialis in diſticho cuius lemma eſt ferula. Ingratæ nimium pueris gratęq; magiſtris clara prometheo munere ligna ſumus. Columella, Nec manibus mites ferulas nec curribus ęquas. Iuue. Et nos ergo manū ferulæ ſubduximus. Mox docuit toga, ſubaudi uirilis, nā poſt togam prætextam pueri anno ætatis octauo decimo ſumebant togam uirilem: quo tempore, ut inquit Terentius liberior erat uiuendi poteſtas, & Perſius, totaq; impune ſubura permiſit ſparſiſſe oculos iam candidus

didus umbo. Falsa loqui, blandiri ęqualibus, nam adulationis est mentiri, Persius, Cum blandi comites, aut per togam intellexit uitam togatorum, qui regibus suis adulātur. Tum, id est, eo tempore aut deinde. Proteruitas lasciua, omnia hæc ad libidinem spectant, lasciua, proteruitas, petulantia, procacitas, nequitia. Ex in iurgia, tempus illud designat quum in foro causas egit. Iurgia, id est, litigia. Seneca in Hercule furēte, hic clamosi rabiosa fori iurgia Venereas improbus iras & uerba locat. Turbidos animos, non perspicientes iustam, an iniustam causam defenderemus. Studium uincendi, id est, nimia & immoderata cura uincendi causam turpem. Male pertinax, id est, in malam partē peruicax. Horatius in alia significatione dixit, Et digito male pertinaci. Casibus asperis, quia solicitus erat & sub ancipiti sorte uinceret ne, an uinceretur. Bis legum, dicit se rexisse urbes cum potestate iuris dicundi, hoc est, fuisse prętorem principis beneficio, idq; bis sibi contigisse. Reddidimus ius ciuile, id est, iusta petētibus per ius ciuile restituimus. Reos uidetur accipere ea significatione qua recentiores accipiunt, cum sit reus à quo in iudicio aliquid petitur iustè siue iniustè. Tandem militiæ gradu, significat se peruenisse ad præfecturam prætorij, nam post principem is erat ordine primus, fuerunt autem sub imperatoribus pręfecti prętorio qui sub regibus fuerunt tribuni scelerum sub cō sulibus magistri equitum. Pietas principis, id est, princeps pijssimus qui me eo dignitatis euexit. Vita uolans. Ouidius, Labitur occultè fallitq; uolatilis ætas. Irrepsit subito, ut Vergilius ait, non intellecta senectus Arguens, id est, reprehendens me. Oblitā, ueteris Massaliæ consulis, sub hoc consule uidetur natus Prudentius. Prima dies, id est, natalis. Quām multas hyemes, id est, annos. Nix capitis, id canicies. Post obitum carnis, quia anima non interit. Vel bona, uel mala, non simpliciter bona, uel mala quæ sunt animi, scilicet fortunæ & naturæ bona & mala dicit. Mors aboleuerit, quia quotidie morimur, & quotidie commutamur, neque aliud est in nobis uiuere, quām morte accedere. Quisquis es, id est, cum quo mihi sermo est. Perdidit

mundū

mundum.id est,omnia bona mundana,quę ut dixi,aut fortunæ aut naturæ sunt. Non sunt illa dei, quia sola animi bona tendunt ad deum,cæterá cum uita terminantur. Cuius habeberis,id est,in cuius potestate futurus es. Fine sub ultimo,id est,prope mortem. Stultitiam exuat,id est,deponat amorem talium rerum. Si nequit meritis,id est,operibus iustis,quanquā & ipsa con celebratio meritoria est. Continet,scilicet anima laudet deum die noctetꝗ. Pugnet contra heræses, hæc futura est totius operis materia. Emicem liber,illud Apostoli est: Miser ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius. Et illud: Cupio dissolui & esse cū Christo. Quo.id est,eo quo. Lingua mobils,i.loquens talia, s.diuina. Tulerit me sono ultimo .i.optauerit me ferri aut latū iri ultimis precibus; hoc est, utinam inter canendum talia moriar.

HYMNVS AD GALLICANTVM

Monocolon,dimetrum,iambicum,archilochicum, acatalecticum,recipiens locis imparibus spondeum,& nonnunquam anapestum:paribus uero iambum & nōnunquam pyrrichium,hoc modo:

— — ∪ — — — ∪ ∪



ALes diei nuncius
Lucem propinquā præcinit,
Nos excitator mentium
Iam Christus ad uitā uocat.
Auferte,clamat,lectulos.
Aegros,sopores,désides,
Castiꝗ recti, ac sobrij
Vigilate,iam sum proximus.
Post solis ortum fulgidi
Serum est cubile spernere,
Ni parte noctis addita
Tempus labori adieceris.

Vox

Vox ista, qua strepunt aues
Stantes sub ipso culmine,
Paulò antequam lux emicet,
Nostri figura est Iudicis.
Tectos tenebris horridis,
Stratisque opertos segnibus,
Suadet quietem linquere
Iam iamque uenturo die
Vt cum coruscis flatibus
Aurora cœlum sparserit,
Omnes labore exercitos
Confirmet ad spem luminis.
Hic somnus ad tempus datus,
Est forma mortis perpetis,
Peccata ceu nox horrida
Cogunt iacere, ac stertere
Sed uox ab alto culmine
Christi docentis præmonet,
Adesse iam lucem prope
Ne mens sopori seruiat.
Ne somnus usque ad terminos
Vitæ socordis, opprimat
Pectus sepultum crimine,
Et lucis oblitum suæ.
Ferunt uagantes dæmonas
Lætos tenebris noctium,
Gallo canente exterritos
Sparsim timere, & cedere,
Inuisa nam uicinitas
Lucis, salutis, numinis,
Rupto tenebrarum situ
Noctis fugat satellites.
Hoc esse signum præscij
Norunt repromissæ spei,
Qua nos soporis liberi

Speramus aduentum Dei.
Quæ uis sit huius alitis,
Saluator ostendit Petro,
Ter ante quàm gallus canat,
Sese negandum prædicans.
Fit nanque *peccator prius peccatum.
Quàm præco lucis proximæ
Illustret humanum genus,
Finemq; peccandi ferat.
Fleuit negator denique
Ex ore prolapsum nefas,
Cum mens maneret innocens,
Animusq; seruaret fidem.
Nec tale quicquam postea
Lingua loquutus lubrica est.
Cantuq; galli recognito,
Peccare iustus destitit.
Inde est quod omnes credimus
Illo quietis tempore,
Quo gallus exultans canit,
Christum redisse ex inferis.
Tunc mortis oppressus uigor,
Tunc lex subacta est tartari,
Tunc uis diei fortior
Noctem coëgit cedere.
Iamiam quiescant improba,
Iam culpa furua obdormiat,
Iam noxa lęthalis suum
Perpessa somnum marceat.
Vigil uicissim spiritus
Quodcunque restat temporis
Dum meta noctis clauditur,
Stans, ac laborans excubet.
Iesum ciamus uocibus,
Flentes, precantes, *sobrij

Intenta supplicatio
Dormire cor mundum uetat.
Sat conuolutis artubus
Sensum profunda obliuio
Pressit, grauauit, obruit
Vanis uagantem somnijs.
Sunt nempe falsa & friuola,
Quæ mundiali gloria
Ceu dormientes egimus,
Vigilemus, hic est ueritas,
Aurum, uoluptas, gaudium,
Opes, honores, prospera,
Quæcunq; nos inflant mala
Fit mane, nil sunt omnia.
Tu Christe somnum disijce,
Tu rumpe noctis uincula,
Tu solue peccatum uetus,
Nouumq; lumen ingere.

Hymnus ad galli cantum.

ALes diei nuncius. Carmen est dimetrum, iambicum recipiens in locis imparibus iambum, spondæum, & interdum anapestum: in locis uero paribus semper iambum. Incipit Prudentij cathemerinon, hoc est, hymnorum per horas diei, atque auspicatur à galli cantu, hoc est, à media nocte, quē Varro gallicinium uocat, nam media nocte inclinãte gallus propè semper canit. Hortatur itaq; hymnographus ut gallo canente omnes surgant ad canẽdum. Christo Deo. petendamq; peccatorum condonationem. Dicit itaq; primo quod per gallum figuratè debemus intelligere Christum, & quemadmodũ ille prædicit lucem prope futuram, & tenebrarum noctis magnam partem abscessisse, ita Christus uocat nos, ut relictis tenebris peccatorum, resurgamus ad uitam, iuxta illud apostoli Pauli Rom. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit,

uit, abijcite ergo opera tenebrarum. Ales nuncius diei .i. gallus qui nūciat diem aduentare. Verg. in Moreto: Excubitorq́; diē cātu prædixerat ales. Christus. qui per gallum figuratur. Vocat ad uitā. i. ad se. Qui dixit: Ego sum uia, ueritas & uita. Et aliubi: Ego sum lux mundi Auferte, clamat, lectulos. clamat per gallū excitatorem Lectulos ægros. i. in quibus ægroti solent iacere, neq; possunt inde surgere. Sopores desides. scilicet ab effectu, quia nimius somnus desidiam & languorem parit. Iam sum proximus. i. ego q sum sol, lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mūdum. Iam appropinquo, iuxta orietur timētibus nomen meum, sol iustitiæ. Post solis ortum dicit perueniendū esse, neq; expectandum quousq; sol oriatur, iuxta illud Anacharsis ad Misonem: Ante diem properas ô Mison munus aratri. Ille refert, properat uiuere nemo, satis. Addēda igitur est pars noctis laudibus diuinis. Serum est spernere cubile. i. relinquere lectū post ortum solis tardi est & desidiosi, & subaudi culpādi nisi partem noctis adieceris labori. i. uigiliæ, nam quemadmodū somnus est quies rerum placidissima, ut dicit Ouid. Ita uigilia est labor. Vox ista. nō solū galli, sed etiā cæterarū auium quæ sub lucē canunt. Strepūt. i. sonant, aut ad illud respicit quod cum gallus cantaturus est, alas excutiens, strepitū facit. Sub ipso culmine. ex Verg. 2. Aen. Et matutini uolucrū sub culmine cātus. Figura nostri iudicis. i. figurate per illā uolucrum uocē intelligimus Christum, qui est iudex uiuorū & mortuorū iuxta illud: Pater omne iudiciū dedit filio. Dic iamiamq́;. i. cito uenturo suadet nos mortales. Tectos tenebris. i. inuolutos peccatis & opertos. Stratis segnibus. i. lectis qui faciunt nos segnes linquere quietem. i. somnum ut supra laborem appellans uigiliam. Aurora sparserit cœlum. Vergilius 4. Aeneid. Et iam prima nouo spargebat lumine cœlum Titoni croceum linquēs aurora cubile. Coruscis flatibus. id est, flammis, aut quia sub auroram spirant auræ. Confirmet. id est, præparet scilicet, aurora hoc est, tempus matutinum. Nos omnes exercitos. id est, exercitatos. Labore. id est, uigilia, ut supra. Ad spem luminis. id est, Christi paulo post orituri

turi ut nos illuminet. Hic somnus moraliter dicit per somnum qui est mortis imago, intelligimus animæ mortem, & per tenebras noctis intelligimus peccata, quæ suo torpore cogunt nos somno grauatos iacere & dormire. Sed uox Christi docentis ab alto culmine unde gallus & aues canunt, ut diximus. Adesse proprie pro accedere. Somni desidia sub peccato. Ad terminos uitæ, id est, usque ad horam mortis. Socordis. languentis. Sepultum. obrutum. Vergilius 2. Aeneid. Inuadunt urbem somno uinoq; sepultam. Suæ lucis. id est, cœlestis, unde traxit originem, aut suæ lucis, id est, Christi. Ferunt. ea est hominum opinio atque hodie uulgo id creditur. Sparsim timere, qui prius agminatim incedebant. Quod uidetur simile illi quod Anchises apud Vergilium in 6. Aeneid. dicit: Et me sęuus equis oriens afflauit anhelis. Inuisa uicinitas. reddit causam cur dęmones fugiunt, quia scilicet ciuitas lucis fugat satellites noctis, id est, Christus dæmones. Rupto situ. id est, squallore siue torpore noctis. unde Vergilius 6. Aenei. per loca sēta situ dixit. Hoc esse signũ scilicet, cũ gallus canit, scimus quod lux nostra propè est. Liberi soporis id est, sopore liberati. Vis huius alitis. id est, galli potestas. Fit nanque. sensus & ordo est: Petrus & quilibet homo fit peccator prius quàm præco lucis, id est, gallus, hoc est, Christus illustret &c. Fleuit negator scilicet Petrus. prolapsum ex ore nefas, quia oblitus sui Christum negauit. unde ad cantum galli resipuit, & ad se rediit. Nec tale quicquam, sed postea Petrus permansit in fide usque ad mortem. Lubrico linguæ. id est, lubricitate, quia nunquam tale uerbum est prolapsum ex ore illius. Inde est, quod illo tempore quo gallus canit credibile est Christũ spoliata morte redisse ad superos. Tempore quietis, id est, somni, ut suprà. Vigor mortis. iuxta illud prophetæ ero mors tua ô mors. Vis diei. i. Christus qui dies est. Noctem. i. diabolum. Iamiam, hortatur, occasione temporis. ut cessemus à peccatis: & uigilemus Christo. Improba quiescant. id est, mala nostra cessent. Et culpa furua. id est, nigra & tenebrosa, quia, ut diximus per tenebras peccata intelligimus, unde ē illud. Abiiciamus opera tenebrarũ. Noxa lęthalis.

peccatum

peccatum quod mortẽ parit. Perpessa suum somnum. id est, cessationẽ à peccatis. Marceat torpescat & cesset Vicissim. quia ut somni & uigilię uicissitudo est, ita esse debet peccatorum & resurrectionis à peccato. Meta noctis clauditur. id est, terminus noctis finitur, hoc est sub ortum solis. Ciamus. id est, uocemus siue moueamus: & declinatur, cio cis, & cieo cies. Sobrij. ante cibũ. Intenta. attenta, nam qui remissus est in orando, facile dormitat. Obliuio profunda, quoniã in profundo somno omnium rerum obliuiscuntur. Pressum. id est, uim sentiendi, quia omnia membra somno torpent. Conuolutis artubus. id est, omnibus mẽbris impeditis neq; officium suum exercentibus. Sensum dico: Vagantem uanis somnijs, id est, solutum ad uana tantum phantasmata. Sũt nempe, comparat bona fortunę tenebris noctis, uera autem bona, hoc est, animi comparat luci diei, itaq; illa agimus quasi in tenebris, hæc autem in luce. Aurum. uoluptas. Omnia hęc bona opinata & falsa quæ nos inflant in superbiam, adueniente luce euanescunt, ideo dicit: Fit mane. id est, si lux oriatur. Disijce, id est, dissipa. Vergilius primo Aeneid. Et disijce corpora ponto. Vincula noctis. id est, peccatorum quibus impliciti sumus. Pecca tum uetus quo sumus inueterati. Ingere lumen. id est, illustra nos tuo lumine, hoc est, gratia & uenia tua.

HYMNVS MATVTINVS

Carminis ratio eadem est quæ est superioris.

NOx & tenebræ, & nubila
Confusa mundi, & turbida
Lux intrat, albescit polus,
Christus uenit, discedite,
Caligo terræ scinditur
Percussa solis spiculo,
Rebusq; iam color redit.

Vultu nitentis syderis.
Sic nostra mox obscuritas,
Fraudisq; pectus conscium,
Ruptis retectum nubibus,
Regnante pallescit Deo.
Tunc non licebit claudere,
Quod quisque fuscum cogitat,
Sed mane clarescent nouo
Secreta mentis prodita.
Fur ante lucem squalido
Impune peccat tempore,
Sed lux dolis contraria
Latére furtum non sinit.
Versuta fraus,& callida,
Amat tenebris obtegi,
Aptamq; noctem turpibus
Adulter occultus fouet.
Sol ecce surgit igneus
Piget,pudescit,pœnitet,
Nec teste quisquam lumine
Peccare constanter potest.
Quis mane sumptis nequiter
Non erubescit poculis,
Cum fit libido temperans,
Castumq; nugator sapit?
Nunc nunc seuerum uiuitur,
Nunc nemo tentat ludicrum,
Inepta nunc omnes sua
Vultu colorant serio.
Hæc hora cunctis utilis
Qua quisque,quod studet,gerat,
Opifex,arator,*institor. institor
Miles,togatus,nauita,
Illum forensis gloria,
Hunc triste raptat classicum,

Mercator

Mercator hinc, ac rusticus
Auara suspirant lucra,
At nos lucelli, ac fœnoris
Fandiq́ue prorsus nescij,
Nec arte fortes bellica,
Te Christe solum nouimus,
Te mente pura, & simplici,
Te uoce, te cantu pio,
Rogare curuato genu
Flendo, & canendo discimus.
His nos lucramur quęstibus,
Hac arte tantum uiuimus,
Hęc inchoamus munera,
Cum sol resurgens emicat.
Intende nostris sensibus,
Vitamq́ue totam dispice,
Sunt multa* fucis illita, fuscis
Quæ luce purgentur tua,
Durare nos tales iube,
Quales remotis sordibus
Nitere pridem iusseras,
Iordane tinctos flumine.
Quodcunque nox mundi dehinc
Infecit atris nubibus.
Tu * rex Eoi syderis Lux.
Vultu sereno illumina.
Tu sancte, qui tetram picem
Candore tingis lacteo,
Ebenoq́ue crystallum facis,
Delicta tergens liuida.
Sub nocte Iacob cærula
Luctator audax angeli
Eousque dum lux surgeret
Sudauit impar prælio.
Sed cum iubar clarescceret,

 Lapsante

Lapſante claudus poplite,
Fœmurq́ꝫ uictus debile
Culpæ uigorem perdidit.
Nutabat inguen ſaucium,
Quæ corporis pars uilior,
Longeq́ꝫ ſub cordis loco,
Diram fouet libidinem,
Hæ nos docent imagines,
Hominem tenebris obſitum,
Si forte non cedat deo,
Vires rebelles perdere.
Erit tamen beatior,
Intemperans membrum cui
Luctando claudum, & tabidum
Dies oborta inuenerit.
Tandem faceſſat cæcitas
Quæ noſmet in præceps diu
Lapſos ſiniſtris greſsibus
Errore traxit deuio.
Hæc lux ſerenum conferat,
Purosq́ꝫ nos præſtet ſibi,
Nihil loquamur ſubdolum.
Voluamus obſcurum nihil.
Sic tota decurrat dies,
Ne lingua mendax, nec manus,
Oculi ne peccent lubrici,
Ne noxa corpus inquinet,
Speculator adſtat deſuper,
Qui nos diebus omnibus,
Actusq́ꝫ noſtros proſpicit
A luce prima in ueſperum.
Hic teſtis, hic eſt arbiter,
Hic intuetur quicquid eſt
Humana quod mens concipit,
Hunc nemo fallit iudicem

Hymnus

Hymnus ad matutinum.

NOx & tenebræ. Hymnus qualis superior, ales diei nuncius. Matutinum tempus est inter gallicinium & ortum solis, ex occasione temporis, in quo incipiunt tenebræ euanescere, & lux increbescere, multa dicit de tenebris, hoc est, peccatis, & de luce, id est, de Christo, dicit igitur. O nox, & ô tenebræ & ô nubila mundi confusa & turbida, quia in tenebris omnia confunduntur: sicut in luce discernuntur Lux intrat, subaudi fenestras. Persius: Iam clarum mane fenestras Intrat. Albescit, lucescit. Christus uenit, qui est sol iustitiæ. Caligo terræ. id est, tenebræ quæ fiunt sole ab aspectu nostro subtracto terra interueniente, quia si terra non esset, nullæ essent tenebræ: quia sol cuncta illustraret. Spiculo solis, ad fabulam alludit quæ in Apollinem sagittas refert, propter radios, nam spiculum sagitta est. Color redit rebus qui fuerat ablatus à tenebris noctis: unde Vergilius: Et rebus nox abstulit atra colorem. Vultu nitentis syderis. id est, ex præsentia solis. Sic nostra. sensus est, quòd quemadmodum sole omnia illustrantur, sic nostræ tenebræ: hoc est, peccatorum sordes à Christo purgentur. Pectus conscium fraudis. id est, in quo fraudes latent. Retectum. i. apertum. Vergilius, radijsq; retexerit orbem. Pallescat, pro albescat: & alludit ad tempus matutinum quo aurora pallet. Vergilius. iiij. Eneid. Titoni croceum linquens aurora cubile. Tunc cum Christus sol iustitiæ ortus fuerit: qui omnia occulta reteget. Fuscum. id est, nigrum hoc est, turpe. Nouo mane id est, noua luce, quia Deū nihil latet: cum sit lux. Vergilius. iij. Georg. dum mane nouum dum gramina canent. Secreta prodita. id est, manifestata. Ante lucem, quia qui male agit, odit lucem. Squalido tēpore. i. tenebroso, hoc est, inerti & inculto. Peccat impune, quia sine arbitris furatur, sed non impune, nisi ad tēpus, quia nihil occultum quod nō reueletur. Lux. i. dies. Contraria dolis. i. fallere cupientibus. Fouet noctem. id est, amplectitur & amat, quia ut diximus, qui male agit, odit lucem. Sol igneus, ex opinione antiquorum, aut ab effectu. Piget, pudescit, pœnitet, quia turpiter facta

patefcunt. Peccare conftanter, quia non conftabit fibi ipfi: fed mutabit uitæ modum. Sumptis poculis. f. nocte hefterna: quia pudet nos fuiffe ebrios. Cum. i. quo tempore. f. matutino. Libido fit temperans. i. libidinofus continet à uoluptatibus. Nugat. id eft, qui per noctem nugas agebat & delibabat. Sapit. id eft, fapiens eft, & refipifcit, caftum. i. cafte & munde. Nunc. f. tẽpore matutino. Viuitur feuerum pro feuere. Ludicrum. i. nemo ludit. Omnes colorãt uultu ferio. i. accommodãt uultũ graue & triftem, & difsimulãt fuas ineptias. Hęc hora. f. matutina. Eft utilis. i. accommodata ufui, & operibus. Gerat quod ftudet. i. adminiftret fuũ officium Miles, qui uerfatur in bello. Togatus, qui exercet artes pacis, unde eft illud Ciceronis, cedant arma togæ. Inftitor, mercator eft: qui merces exercet. Illum forẽfis gloria. f. togatum qui agit caufas in foro. Hunc rapit clafsicum trifte. i. militẽ, nam claffícũ eft fonus tubę cũ canitur ad pugnã, ꝓ triftitiam adfert pugnaturis militibus. Hinc. i. à tẽpore matutino. Sufpirant lucra: quia negociãtur ut lucrẽtur. At nos. f. boni Chriftiani & religionĩ deditì. Nefciꝫ lucri & fœnoris, ut mercatores, & nefciꝫ fandi. id eft, agendi caufas in foro. Arte bellica, ut milites. Pura & fimplici. i. uni tãtum rei intenta. Iuue. Tum fœmina fimplex. & Horatius, Simplex mundiꝭs. Dicimus te. i. laudamus te. Horatius. Prima dicte mihi fumma dicẽde camœna. His quęftibus. i. lucris. an quęftubus, ut uult Valla. Hæc munera. i. officia: Vnde munus, qui officio carẽt. Noftris fenfibus. i. precibus quas mente concipimus, & uoce effundimus. Difpice, afpice, & circumfpice, & tuo fauore profequere: quia ut inquit Seruius, afpectus Dei femper fauorem affert. Illita fucis. i. maculata uitiꝭs: legitur & fufcis. i. inquinata tenebris, & fic magis cohæret fequens litera, cũ dicit: luce purgentur tua, aut refpicit ad aliã folis proprietatem qui non folum illuftrat, fed etiam purgat. Durare tales. id eft, perfeuerare. Quales tinctos flumine Iordane. id eft, aqua baptifmatis, quæ iam inde à Chrifti baptifmate fuit confecrata, remotis fordibus: quia per baptifma delentur peccata, hoc eft, originale & actuale. Nox mundi. i. peccata quæ per noctẽ intelliguntur. De hinc.

hinc, id est, post baptisma. Atris nubibus, quæ subtrahunt lucem. Syderis Eoi, id est, lucis matutinæ. Illumina, abijciendo tenebras, & inferendo lucem. Tetram picem, id est, nigrorem peccatorum. Tingis, lauas, & in candorem uertis. Iuuenal. quanquam in diuersa sententia, qui nigrum in candida uertunt. Esaiæ primo. Si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Crystallum, aquam congelatam, siue lapidem, quæ alba sunt. Ebeno. id est, ex ebeno, quæ materia nigra est. Vergilius primo Georg. India nigrum fert ebenum. Liuida, nigra ut sæpe diximus. Sub nocte, per exemplum Iacob luctantis cum angelo, probat quod dixit, quod per tenebras intelligimus peccatum: & per lucem, culpæ remissionem. Nam quemadmodum legimus Gene. capit. xxxij. Iacob rediens ex Mesopotamia, cum uenisset ad locum quem ipse uocauit Phanuel: per totam noctem luctatus est cum angelo, quod erat quasi Deo resistere, sed postea sub auroram, hoc est, luce aduentante cessit, quia tacto ab angelo coxendicis neruo claudicauit, atque ita uictus est. Sub nocte, ordo est. Iacob luctator audax impar prælio angeli sudauit. Eousque, id est, quoad surgeret, quod factum est. Sub nocte cærula, id est, nigra: uel potius ad cœli colorem retulit. Poplite lapsante, id est, labenter succiduo. Vergilius ij. Aeneid. Multo lapsantem sanguine nati traxit. Victus femur debile, id est, ab angelo debilitatum, & est synecdoche. Perdidit uigorem culpæ. i. uires suas quibus angelo resistens peccabat. Inguen pro coxendice posuit: quæ è regione inguinum est. Nutabat, uacillabat & claudicabat. Pars uilior corporis. Horatius primo sermonum: Inguen ad obscœnum subductis usque facetus. Longe sub loco cordis, quia inguina, & partes genitales distant à corde in quo uiget sapientia. Hæ imagines. i. figuræ. Hominem obsitũ tenebris. i. peccatis inuolutũ. Vires rebelles id est, quibus deo resistit. Perdere: quia frustra resistit. Sed ille est beatior cui membrũ intẽperans & inobediẽs. Dies inuenerit claudũ & tabidũ, i. luxatum & cõuulsum. Tandẽ facessat. hortatur fugiẽdas esse tenebras & sequendã esse lucem. Facessat cæcitas, i. recedat, nã facessere

facessere tum facere tũ recedere significat, Liuius facesse hinc Tarquinas aut Corinthium: Sinistris gressibus, quia uia sinistra in præcipitiũ trahit ex sententia literæ pythagoreę. Serenum. animi trãquillitatẽ. Puros. sine ulla perturbatione. Obscurum. id est, tenebricosum Oculi lubrici. id est, libidinosi, & quibus ducibus pręcipitamur: Speculator: testis & arbiter quem non possumus quicquam celare. Quod mens cõcipit, quia scrutans corda & renes.

HYMNVS ANTE CIBVM.

Carmen Alcmanium, trimetrũ, hypercatalecticum, monocolum, pentastrophon, constans tribus Dactylis & semipede, id est, heptimemetri horoica, hoc modo:

—UU —UU —UU U

O Crucifer bone lucisator.
Omniparens pie, uerbigena,
Aedite corpore uirgineo.
Sed prius in genitore potens,
Astra, solum, mare quam fierent.
Huc nitido precor intuitu,
Flecte salutiferam faciem,
Fronte serenus: & inradia,
Nominis ut sub honore tui
Has epulas liceat capere.
Te sine dulce nihil domine,
Nec iuuat ore quid appetere,
Pocula ni prius, atque cibos
Christe tuus fauor imbuerit,
Omnia sanctificante fide.
Fercula nostra deum sapiant,
Christus & influat in pateras
Seria, ludicra, uerba, iocos,
Denique quod sumus, aut agimus
Trina superna regat pietas.

Hic mihi nulla rosæ spolia,
Nullus aromate fragrat odor,
Sed liquor influit ambrosius,
Nectareamq; fidem redolet
Fusus ab usq; patris gremio.
Sperne camœna leues ederas,
Cingere tempora quis solita es.
Sertaq; mystica dactylico
Texere docta liga strophio
Laude Dei redimita comas.
Quod generosa potest anima,
Lucis & ætheris indigena,
Soluere dignius obsequium,
Quàm data munera si recinat
Artificem modulata suum?
Ipse homini quia cuncta dedit,
Quæ capimus dominante manu
Quæ polus, aut humus, aut pelagus
Aëre, gurgite, rure creant,
Hæc mihi subdidit, & sibi me.
Callidus inlaqueat uolucres
Aut pedicis dolus, aut maculis,
Inlita glutine corticeo
Vimina plumigeram seriem
Impediunt, & abire uetant.
Ecce per æquora fluctiuagos
Texta greges sinuosa trahunt,
Piscis item sequitur calamum,
Raptus acumine uulnifico
Credula saucius ora cibo.
Fundit opes ager ingenuas,
Diues aristiferæ segetis,
Hic ubi uitea pampineo
Brachia palmite luxuriant,
Pacis alumna ubi bacca uiret.

Hæc

Hæc opulentia Christicolis
Seruit, & omnia suppeditat.
Absit enim procul illa fames
Cædibus ut pecudum, libeat
Sanguineas lacerare dapes.
Sint fera gentibus indomitis
Prandia, de nece quadrupedum
Nos oleris coma, nos siliqua
Fœta legumine multimodo
Pauerit innocuis epulis.
Spumea mulctra gerunt niueos
Vbere de gemino latices
Perq; coagula densa liquor
Insolidum coit, & fragili
Lac tenerum premitur calatho.
Mella recens mihi Cecropia
Nectare sudat olente fauus,
Hæc opifex apis aërio
Rore liquet, tenuiq; thymo,
Nexilis inscia connubij.
Hinc quoq; pomiferi nemoris
Munera mitia proueniunt,
Arbor onus tremefacta suum
Deciduo grauis imbre pluit.
Puniceosq; iacit cumulos.
Quæ ueterum tuba, quæve lyra
Flatibus insita, uel fidibus,
Diuitis omnipotentis opus,
Quæq; fruenda patent homini,
Laudibus æquiparare queat?
Te pater optime mane nouo,
Solis & orbita cum media est
Te quoq; luce sub occidua
Sumere cum monet hora cibum

Nostra

Nostra Deus canet armonia,
Quod calet halitus interior,
Corde quod abdita uena tremit,
Pulsat & incitat quod resonam
Lingua sub ore latens caueam,
Laus superi patris esto mihi.
Nos igitur tua sancta manus
Cespite composuit madido,
Effigiem meditata suam.
Vtq; foret rata materies,
Flauit & indidit ore animam.
Tunc peramœna uireta iubet
Frondicomis habitare locis.
Ver ubi perpetuum redolet,
Prataq; multicolora latex
Quadrifluo celer amne rigat.
Hæc tibi nunc famulentur, ait,
Vsibus omnia dedo tuis,
Sed tamen aspera mortifero
Stipite carpere poma ueto,
Qui medio uiret in nemore.
Hic draco perfidus indocile
Virginis inlicit ingenium,
Vt socium malesuada uirum
Mandere cogeret ex uetitis
Ipsa pari peritura modo.
Corpora mutua nosse nefas,
Post epulas inoperta uident
Lubricus error & erubuit:
Tegmina suta parant folijs,
Dedecus ut pudor occuleret.
Conscia culpa Deum pauitans
Sede pia procul exigitur.
Innuba fœmina quæ fuerat,
Coniugis excipit imperium,

Fœdera tristia iussa pati.
Autor & ipse doli Coluber
Plectitur improbus, ut mulier
Colla trilinguia calce terat,
Sic coluber muliebre solum
Suspicit, atq; uirum mulier.
His ducibus uitiosa dehinc
Posteritas ruit in facinus,
Dumq; rudes imitatur auos,
Fasq; nefasq; simul glomerans
Impia crimina morte luit.
Ecce uenit noua progenies,
Æthere proditus alter homo,
Non luteus, uelut ille prius:
Sed deus ipse gerens hominem,
Corporeisq; carens uitijs.
Fit caro uiuida sermo patris,
Numine quem rutilante grauis
Non thalamo neq; iure thori,
Nec genialibus inlecebris
Intemerata puella parit.
Hoc odium uetus illud erat,
Hoc erat aspidis atq; hominis
Digladiabile dissidium,
Quod modo cernua fœmineis
Vipera proteritur pedibus.
Aedere nanq; deum merita
Omnia uirgo uenena domat,
Tractibus anguis in explicitis
Virus inerme piger reuomit,
Gramine concolor in uiridi.
Quæ feritas modo non trepidat,
Territa de grege candidulo?
Impauidas lupus inter oues
Tristis obambulat, & rabidum

Saguinis immemor os cohibet.
Agnus enim uice mirifica
Ecce leonibus imperitat,
Exagitansq; truces aquilas
Per uaga nubila, perq; notos
Sydere lapsa columba fugat.
Tu mihi Christe columba potens
Sanguine posta cui cedit auis,
Tu niueus per ouile tuum
Agnus hiare lupum prohibes,
Sub iuga tigridis ora premens.
Da locuples Deus hoc famulis
Rite precantibus, ut tenui
Membra cibo recreata leuent.
Neu piger immodicis dapibus
Viscera, tanta grauet stomachus.
Haustus amarus abesto procul,
Nec libeat tetigisse manu
Exitiale quid, aut uetitum,
Gustus & ipse modum teneat,
Sospitet ut iecur incolume.
Sit satis anguibus horrificis,
Liba quod impia corporibus
Ah miseram peperere necem.
Sufficiat semel ob facinus
Plasma dei potuisse mori.
Oris opus, uigor igneolus
Non moritur quia flante deo
Compositus superoq; fluens
De solio patris artificis,
Vim liquidæ rationis habet.
Viscera mortua, quin etiam
Post obitum reparare datur,
Eq; suis iterum tumulis
Prisca renascitur effigies,

tensa

Puluereo coëunte situ.
Credo equidem, neq; uana fides.
Corpora uiuere more animæ:
Nam modo corporeum memini
De Phlegethonte gradu facili
Ad superos remeasse deum.
Spes eadem mea membra manet,
Quæ redolentia funereo
Iussa quiescere sarcophago.
Dux* parilis rediuimus homo
Ignea Christus ad astra uocat.

Parili redi uiuus hu- mo; *

Hymnus ante cibum.

O Crucifer, bone lucisator. Carmen est monocolon, alcmanium, dactylicum, trimetrũ, hypercatalecticum constans tribus dactylis & syllaba. Principio inuocat Christum ac proinde totam trinitatem, hortaturq; seipsum ad cibi parsimoniã, & sobriã cœnam, quasi sit ieiuniũ ecclesiæ completurus. O crucifer qui tulisti crucem ad locũ Caluariæ ubi passus es: & nunc fers illam quasi uictoriæ insignia. Lucisator. i. lucis creator. Omniparẽs. id est, omniũ rerũ pater, quia per filium pater omnia creauit, & ipse per se cũ patre, & spiritu sancto creator est. Verbigena, fuit tẽpus quo nõ putabamus de Christo posse dici uerbigenam, & re uera si uerbigena exponatur uerbum genitum recte dicitur, sed nos consimilium sequebamur rationem. nam uerbigena. ita exponendum est, sicut Martigena Marte genitus, Iunonigena Iunone genitus, improprie igitur dixit uerbigena, sicut infra in hymno natalis Christi dixi. Ex ore quamlibet patris sis ortus, & uerbo æditus, neq; enim est partus uerbo, sed est uerbum à patre partũ siue ęditũ. Aedite, generate & parite. Iuuenalis, Si bos æderet agnũ. In genitore. i. cũ genitore. Nitido intuitu. i. sereno uultu. Inradia. inspira sanctifica subaudi nos. Tuus fauor imbuerit. i. inspirauerit & impleuerit. Fide sanctificãte. i. nobis oĩa per fidẽ cooperantibus: quæ nos sanctificat tibi. Sapiant deũ. i. diuinum

diuinum habeāt saporem, sicut dicimus melimela poma quæ sapiunt mel. Influat in pateras, i. inspiret in uina, ut uinū quoq; sapiat Christū. Seria, quæ opponūtur iocis. Ludicra, i. ludos: qui permissi sunt ad cessationē, & quietem, & deniq; omnia uerba quæ loquūtur, nam & uirtutē quandā ponit Aristoteles in huiusmodi rebus in. ij. & iiij. Ethi. Hic mihi .i. in hoc meo prandio sine cœna: non facio quod solent diuites & potentes in conuiuijs sumptuosioribus: qui coronati, & unguentis delibuti discumbunt. Spolia rosæ. i. coronæ ex rosis quæ ad hoc afferuntur ex rosętis. Ex aromate, ex rebus odoratis. Sed Ambrosius liquor. id est, succus diuinus. i. quod supra dixit: qui Deum sapiant. Est namque ambrosia quemadmodum poëtæ dicunt cibus deorum sicut nectar illorum potus. Fusus, i. descendens ex cœlo. Camęna, o musa Christiana. Sperne hederas, quibus coronaris in describendis poëmatis secularibus, nam hederæ consecratæ sunt Baccho poëtarum deo peculiari, sicut laurus Phœbo. Martialis: Quid possunt hederæ Bacchi dare. Sertaq;. ordo est, tu ô musa docta texere serta mystica. id est, coronas non laureaceas & hederaceas, sed ex sacris literis contexta: tu inquam. Redimita laude Dei. id est, ornata & instructa rebus diuinis. Liga caput. i corona, & cinge caput Strophio. i. corona, Vergilius in copia. Et grauidum roseo nęcte caput strophio, aliàs accipitur pro cingulo. Anima indigena, ætheris quæ habent cœlestem originem. Iuuenalis. Sensum à cœlesti demissum traximus arce. Modulata suum artificem. id est, laudans Deum canendo. Recinat munera data. id est, cantet beneficia Deo accepta, quæ omnia numerat per genera, & primo uolucres cœli, deinde pisces maris. Postea terræ fructus, iuxta illud Genesis primo. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostrā, & præsit piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestijs uniuersæ terræ. Ipse homini: quia omnia subiecit pedibus eius, & hominem sibi. Quæ polus. id est, uolucres cœli, hoc est, aëris, Callidus dolus, quia nisi parentur insidiæ uolucribus non possumus illas capere, itaque opus est calliditate & dolis. Aut pedicis. i. laqueis quibus à pedibus capiantur. Ver-

gilius primo Georgi. Tunc laqueis captare feras, & fallere uiſco: & ibidem, Tunc gruibus pedicas & retia ponere ceruis. Aut maculis, retibus maculoſis, ſunt autẽ maculæ ipſa retis foramina, mallas Hiſpani uocant. Vimina illita. i. uirgæ perunctæ. Glutine corticeo, id eſt, uiſco quod fit, aut ex corticibus quarundam arborum, aut ex uiſco, quod innaſcitur ex ſtercore turdorum. De quo Vergilius in. vij. Aenei. Quale ſyluis brumali frigore uiſcum fronde uirere noua, quod non ſua ſemina, & croceo fœtu teretes circundare truncos. Seriem plumigeram. id eſt, aues quæ gregatim & ex serię uolant, ſicut grues. Vetant abire. id eſt, capiũt illas. Texta ſinuoſa. id eſt, retia ſinus multos habẽtia, contexta ex canabe, aut lino. Greges fluctiuagos. i. piſces qui, ut dicit Pſalmiſta, perambulant ſemitas maris. Acumine uulnifico. id eſt, hamo qui non poteſt capere piſcem niſi uulnus inferat. Sequitur calamum. id eſt, harundinem qua trahitur, piſcis inquam. Saucius ora credula cibo. i. quæ nimium crediderunt eſcę latenti in hamo. Opes ingenuas. i. quas decet homines ingenuos eſitare. Segetis ariſtiferæ. id eſt, frumenti, quæ ſola habet ariſtas, puta ordeum, triticum, tipha, far, ſemen. Brachia uitea. id eſt, uitium quæ a ſimilitudine noſtrorũ brachiorum, brachia dicũtur in arboribus: quę ex trunco diuiduntur ſicut rami ex brachijs, & germina ex ramis. Vergilius ſexto æneid. In medio ramos annoſaq; brachia pandit ulmus opaca ingens. Luxuriant palmite, id eſt, effunduntur in palmites, qui ſunt quaſi rami in uite. Pampineo. id eſt, pampinis, hoc eſt, frondibus pleno. Bacca alumna pacis. id eſt, oliua quæ eſt inſigne pacis. Vergilius ſecundo Georgicorum. Et placitam paci nutritor oliuã. Et Ouidius ſexto Meta. Circuit extremas oleis pacalibus oras. Suppeditat, ſubminiſtrat. Abſit Chriſtianos non decere eſus carnium, dicit: ex ſententia Pythagoræ, qui mortalibus eſum carnium interdixit. Illa fames. i. cibi appetitus. Cædibus pecudum. Vergilius ſecundo Georgicorũ. Ante impia quàm cæſis gens eſt epulata iuuencis Aureus hanc uitã in terris Saturnus agebat: & in ſacris literis legimus, ante diluuium non fuiſſe uſum carnium. Oleris coma

id eſt,

id est, folia herbarum hortensium. Siliqua fœta, id est, plena: sunt autē siliquæ folliculi illi, siue uaginę in quibus legumina proueniunt. Epulis innocuis, id est, quæ nulli nocent animali, imo præstant ne noceatur. Mulctra, uasa illa lactis exceptoria, quæ & mulctraria dicuntur. Vergilius in Bucolicis, Bis uenit ad mulctram unus alit ubere fœtus: idem in Georgicis. Implebunt mulctraria uaccæ. Spumea. spumantia quum lac emungitur. Niueos latices. id est, lac. Gemino ubere, puta caprarum, & ouium, & boum: nam quæ plurimos procreant fœtus, plures habent papillas, ut sues. Per coagula densa, effectiué pro condensantia. Liquor, id est, lac liquidum. Coit. id est, solidescit inspissaturq;. Lac tenerum id est, non pingue, sed subtile, serum significat, nam pingue coagulatur in caseum. Calatho fragili. id est, fiscina unde lac exprimitur. Mella recens ordo est. Fauus qui constat melle & cera. Recens cum primum eximitur ex alueo apum. Sudat mihi. id est, quasi sudorem mittit. Mella cecropia. id est, optima, & generosa: qualia sunt ex Hyemetto monte Attico: celebratur autem mel Atticum apud omnes autores, maxime apud Galenum. Nectare olente, ad Thymi odorem retulit: de quo Vergilius primo Aeneid. Redolentq; Thymo fragrantia mella. Apis opifex. id est, mellis operatrix. Liquet hæc scilicet mella, ex rore cœli, & floribus Thymi concinnat in liquorem. Nexilis inscia connubij. id est, quæ non nectitur alteri eiusdem speciei, ut prolem generet: neq; enim apis generat more aliarum animantium ex coitu. Vergilius quarto Georgicorum. Illū adeo placuisse apibus mirabere morem

Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In Venerem soluunt aut fœtus nixibus ædunt
Verum ipsæ natos folijs & suauibus herbis
Ore legunt, ipsę reges paruosq; quirites.

Sufficiunt. Hinc quoq;. id est, ultra superiora quæ diximus, ex agro proueniunt poma. Munera mitia. id est poma matura. Virgilius in Bucolicis. Sunt nobis mitia poma. Arbor tremefacta, concussa. Grauis. id est, onusta pomis. Pluit imbre deciduo. id est, ad modum imbris demittit. Suum onus. id est, suos fœtus, quibus

est onusta. Quæ ueterum, sensus est, quod neq; Homeri aut Vergilij tuba. id est, grandiloquentia aut boatus tragicus, neq; lyra. i. poëtæ lyrici, poterit laudibus exæquare munera quæ accipimus Deo. Flatibus refertur ad tubam, & fidibus ad lyram. Opus. id est, quæ operatus est hominis causa. Te pater optime ex hoc infert sibi omni tempore agendas esse gratias Deo pro muneribus acceptis. Mane nouo, ut supra ex autoritate Vergilij. Sumere cum monet hora cibum, antiqui non consueuerũt sumere cibũ ante horam uespertinã temporibus Saluatoris nostri hora nona diei cœnabant, sed in nostra religione ieiunantes non sumebant cibos ante horam uespertinam. Nostra harmonia nota accentum in antepenultima. Quod calet, omnia sua dicit autor, debere laudare Deum. Quod halitus interior calet. id est, spiritus qui attrahit, ut refrigeretur cor, & in corde calescit. Et quod uena abdita tremit id est, arteria abscondita palpitat. Et incitata pulsat. unde & arteriarum pulsus dicitur. Et quod lingua latens in cauea, id est, in oris concauitate, sed caueam appellauit; quia aues quę garriunt caueis continentur: ita & lingua garrula in cauea est. Esto mihi laus. id est, totum expletur in laudem Dei. Nos igitur, igitur hoc in loco non illatiuè, sed completiuè tenetur, Tua manus composuit nos. i. plasmauit & fruxit. Cespite madido. i. terra humẽti: quia terra aliàs nõ constaret. Ouidi. pri. Meta. Quã. s. terram satus Iapeto mixtã fluuialibus undis fruxit in effigiem moderantum cuncta deorum. Meditata. i. exercens & faciens similitudinem suam, non quod Deus habuerit tunc effigiem humanam, ut putauit Epicurus. Vt materia. i. corpus sic formatum. Foret rata. quia in formæ cadauer iacebat. Flauit. Genesis capi. ij. Formauit hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ. Ore. id est, spiritu oris sui. intus dedit animam. Tunc. id est postquam illum creauit. Gene. secũdo. Tulit dominus deus hominem, & posuit eum in paradiso uoluptatis; ut operaretur & custodiret illum. Iubet hominẽ. s. creatum. Locis frondicomis i. arborosis, nã frondes tantũ sunt arborum. Ver perpetuũ. i. flores qui ueris tẽpore prouenjunt. Martialis. Cum breue sicanius uer popu-

lantur, apes. Redolet. ad flores refertur ille odor. Latex celer. id est, aqua celeriter fluēs. Rigat prata multicora. propter florum uarietatem in coloribus. Amne quadrifluo. id est, qui diuiditur in quatuor illa flumina quæ oriuntur ex paradiso uoluptatis, Phison scilicet, Gion, Tigris, Euphrates. Genes. 2. Et fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigādum paradisum qui inde diuiditur in quatuor capita. Famulentur ait. id est, seruiant. Genes. 2. Præcepitq; deus homini dicēs: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Medio nemore. Genes. 2 Produxit lignum uitæ in medio paradisi, & lignū scientiæ boni & mali. Hic tunc, illicit blanditijs attrahit ingenium. Indocile. aut pro indocto posuit, hoc est, rudi aut indocile bonarū s. artium & uirtutū, quæ in fœmina non reperiuntur teste Aristotele. Malesuada. id est, quæ semper malum suadet. Vergilius 6. Aeneid. Malesuada fames. Corpora. ordo est: Post epulas, id est, postquam comederunt de ligno uetito. Vident corpora inoperta. id est, nuda, mutua, id est, alter alterius, & mutuo & subaudi quæ corpora erat nefas nosse, quia priusquam comederent, non uidebant uerenda sua. Lubricus error erubuit. id est, postq̄ sunt præuaricati per errorem, erubuerunt. Tegmina. perizomata. Conscia culpa. i. culpæ conscij. Exigitur. id est. expellitur. Ex sede propria. nō propria quādo illā pdidit, sed quæ fuisset propria si non peccasset. Innuba. i. uiro non subiecta, sed socia & omnium particeps, nam nubere est minori conditione se coniugi suo dare. Martialis: Vxori nubere nolo meæ. & sequitur: Inferior matrona suo sit prisce marito, Non aliter fiunt fœmina uirq; pares. Ouidius quoq; Metamor. Tibi nubere nympha uolentis Vocis cæde dei. Vides quid est uirum nubere uxori suæ, hoc est, esse inferiorem & subiectum illi. Igitur innubam dixit Euam, id est, uiro non subditā, unde subdit: Coniugis excipit imperium, id est, subditur illi, unde mulieri dixit Deus: Sub potestate uiri eris, & ipse dominabitur tui. Fœdera tristia. id est, mulieri iniqua quia fœdera æqualia esse debent utriq; parti. Plectitur id est, punitur. Colla trilinguia. id est, serpētis, qui uul-

go putatur triplices habere linguas. Vergi. 3. Geor. Linguis micat ore trisulcis. Calce terat: ad illud respicit quod serpenti dixit: Ipsa conteret caput tuũ. Muliebre solũ. id est, terram quam mulier calcat, siue plantã pedis, unde solea dicta. Suspicit. i. obseruat & ueneratur & mulier suspicit uirum: in priori tamen significatione est pro sursum aspicere: ut Verg. Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus. In secundo pro uenerari, ut Plinius Cæcilius in Epistolis: Patrẽ tuum suspexerim magis an amauerim. His ducibus. id est, autoribus Glomerans, miscens & inuoluens. Luit morte. i. pœna mortis. Impia, quæ. s. in Deũ commisit. Ecce uenit, prosequitur hominis à morte peccati liberationem. Noua progenies, ad illud Vergilij alludit. Iam noua progenies cœlo dimittitur alto: uel ad illud Iere. 31. Creauit dominus nouum super terrã fœmina circundabit uirũ Proditus à procul datus. Alter homo, secundus Adam, quem Paulus uocat nouum hominem, ad Ephesios. v. Induite inquit nouum hominem. Non luteus, uerus homo: sed non propagatus cum traduce peccati primi hominis: ideo dixit carens uitijs. Sermo patris: uerbum. Sapičtiæ. xviij. Dum medium silentium tenerent omnia, omnipotẽs sermo tuus à regalibus sedibus descendit. Numine quam, ordo est, quam carmen puella intemerata parit. Grauis. id est, grauida. Vergilius in Bucolicis. Non insueta graues tentabunt pabula fœtas Numine rutilante. id est, spiritu sancto splendenti, & respicit ad ignis naturam, in qua spiritus sanctus ad discipulos uenit. Non thalamo. id est, matrimonio uirili. Neque illecebris. id est, uoluptatibus, genialibus. id est, coniugalibus. Horatius. Lectus genialis in aula est, nam genius generationis erat Deus. Hoc erat illud odium uetus, de quo Deus ad serpentem loquitur. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen illius. Dissidium digladiabile. id est, discordia in qua digladiati sunt homo & diabolus. Vipera cernua. id est, serpens in humum deiectus: nam illud significat cernuus, unde illi dixit Deus: Super pectus tuum gradieris. Proteritur pedibus. scilicet uirginis Deiparæ. Domat uenena. s. serpentis uenenalis. Tractibus. ordo est,

Anguis

Anguis concolor in uiridi gramine. quia uiridis est. unde Horatius uirides colubros dixit, & Vergilius: Virides occultant spineta lacertos. Piger. id est, frigidus: Vergilius: Frigidus in pratis cantando rūpitur anguis. Aut piger, id est, iam debilitatus, unde dicit. Reuomit uirus inerme s. post Christi incarnationem. Tractibus inexplicitis. id est, sinuosis & in spicas conuolutis. Quę feritas. id est, omnes ferè timent inuadere gregē Christianum. De grege candidulo. i. baptismate mundato, unde & baptizati ueste candida induuntur, & inde Dominica in albis celebratur, quia ea die cathechumeni baptizabātur. Immemor sanguinis. quia iam dediscit uesci sanguine humano. Vice mirifica. id est, facta uicissitudine contra communē naturæ cursum. Imperitat leonibus, cum agnus fit præda leonum. Et columba lapsa sydere. id est, de cœlo descendens, hoc est, Christus, alias spiritus sanctus qui in illa specie descendit post Christi baptismum exagitans aquilas truces, & cętera. Auis pasta sanguine. hoc est, aquila, id est, dæmon qui solet in mortales grassari, per lupum quoque & tigridem æque diabolū intelligit. Da locuples. post longam erbasim redit ad propositum. Leuent mēbra. id est, membra habeāt non grauata cibo, sed leuia & agilia. Stomachus grauet uiscera tota. quasi dicat satis est ipsum esse aliquatenus cibo grauatum, sed non occupet alia membra, sed proprie stomachus est ipsum uentris os, & sic stat melius sententia. Haustus amarus. id est, potus qui in amaritudinē terminatur. Vnde est illud Anacharsis Scythæ: Tres uuas uitis fert quarum prima uoluptas, secunda ebrietas, tertia mœstitia. Exitiale. id est, mortiferum ipsæ animæ. Iecur incolume. per iecur affectus intelligit, ex Platonis opinione. Anguibus horrificis. id est, dæmonibus. Libamina. quę ante Christi natalem offerebant dæmonibus. Semel. hoc est, morte naturali, qua, ut ait Apostolus, statutū est hominibus semel mori, sed non morte animæ. Vigor igneolus. id est, anima, & est Vergilij sexto Aeneid. Igneus est ollis uigor & cœlestis origo, oppositiue. Oris opus. id est, in quod, ut paulo ante diximus, inspirauit spiraculum uitę. Compositus, id est, citatus. De solio pa

eris. hoc etiam ex sententia Aristotelis, qui dicit animas non ex traduce corporis, sed à deo infundi. Liquida rationis. id est, puræ & ab omni contagione immunis. Viscera mortua. id est, corpus caducum etiam reparabitur in die iudicij. Effigies prisca. id est, prior. Innascitur ꝓ renascitur, ut stet uersus. Situ puluereo. id est, puluere squalido & resoluto. Credo equidem nec uana fides. Vergilij est ex quarto Aeneid. Corpora uiuere. pro esse uictura, ut suprà renascitur pro renascetur. More animæ. id est, sicut anima corpori superstes uiuit & est Iuuenalis: Vulgi petit omne cadauer more animæ, quanquam in diuersa sententia. Nam modo. Argumentum est Pauli apostoli ad probandum quod sumus resurrecturi, quia Christus primitiæ dormientium resurrexit. Deum corporeum. id est, Christum. De Phlegetonte. id est, ab inferis, quia Phlegeton inferorum fluuius est. Gradu facili, non laborioso. cum cæteris facilis sit descensus auerni, ut vergilius in sexto Aeneid. dicit: Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras, Hic labor hoc opus est. Eadem spes. id est, resurgendi à mortuis ad superos. Manet mea. id est, expectat, id est, expecto resurrectionem mortuorum. Quæ redolentia. more antiquorum qui odoribus aromaticis condiebant corpora. Sarcophago. sepulchro. Christus homo rediuiuus. id est, qui ex morte rediit ad uitam. Iuuenalis: Ac uelut ex hausta rediuiuus pullulet arca nummus. Dux parilis. id est, mihi equalis in natura humana, & dux meus uocat mēbra &c. Ad astra ignea. secundū Platonem & antiquos, sed, ut inquit Aristoteles in primo de cœlo illa opinio adhuc uigebat suis temporibus.

HYMNVS POST CIBVM.

Metrum monocolum, hendecasyllabum, phaletium, cōstans spondęo, dactylo & tribus trocheis, hoc modo:

Pastis

— — — ∪ ∪ — ∪ — ∪ — ∪

PAstis uisceribus, ciboq́ue sumpto,
Quem lex corporis imbecilla poscit,
Laudem lingua deo patri rependat.
Patri, qui Cherubim sedile sacrum,
Nec non & seraphim suum supremo
Subnixus solio tenet, regitq́ue.
Hic est, quem Sabaoth deum uocamus,
Expers principij, carensq́ue fine,
Rerum conditor, & repertor orbis.
Fons uitæ liquida fluens ab arce,
Infusor fidei, sator pudoris.
Mortis perdomitor, salutis autor.
Omnes quod sumus, aut uigemus inde est,
Regnat spiritus ille sempiternus,
A Christo simul & parente missus.
Intrat pectora candidus pudica,
Quæ templi uice consecrata rident,
Postquam combiberint deum medullis,
Sed si quid uitij, doli ve nasci
Inter uiscera iam dicata sensit,
Ceu spurcum, refugit celer sacellum.
Tetrum flagrat enim uapore crasso
Horror conscius æstuante culpa,
Offensumq́ue bonum niger repellit.
Nec solus pudor, innocensq́ue uotum
Templum constituunt perenne Christo
In cordis medij sinu, ac recessu,
Sed ne crapula ferueat cauendum est,
Quæ sedem fidei cibis refertam
Vsque ad congeriem coarcet intus.
Parcis uictibus expedita corda
Infusum melius deum receptant,
Hic pastus animę est, saporq́ue uerus.

Sed

Sed nos tu gemino fouens paratu,
Artus, atque animas utroque pastu
Confirmas pater ac uigore comples.
Sic olim tua præcluens potestas,
Inter raucisonos situm leones
Illapsis dapibus uirum refouit.
Illum fusile numen execrantem,
Et curuare caput sub expolita
Aeris materia nefas putantem.
Plebs diræ Babylonis, ac tyrannus
Morti subdiderant, feris dicarant,
Sæuis protinus haustibus uorandum.
O semper pietas, fidesq; tuta,
Lambunt indomiti uirum leones,
Intactumq; dei tremunt alumnum.
Astant comminus, & iubas reponunt,
Mansuescit rabies, fameq; blanda
Prædam rictibus lambit incruentis.
Sed cum tenderet ad superna palmas,
Expertumq; sibi deum rogaret,
Clausus iugiter, indigensq; uictu,
Iussus nuncius aduolare terris,
Qui pastum famulo daret probato,
Raptim desilit obsequente mundo.
Cernit forte procul dapes ineptas,
Quas messoribus Abbacuc propheta
Agresti bonus exhibebat arte,
Huius Cęsarie manu prehensa,
Plenis sicut erat grauem canistris
Suspensum rapit & uehit per auras.
Tum raptus simul ipse, prandiumq;
Sensim labitur in lacum leonum,
Et quas tunc epulas gerebat, offert.
Sumas lætus ait, libensq; carpas
Quæ summus pater, angelusq; Christi

Mittunt

Mittunt liba tibi sub hoc periclo.
His sumptis, Danielus excitauit
In cœlum faciem, ciboq́ꝫ fortis
Amen reddidit, alleluia dixit.
Sic nos muneribus tuis refecti,
Largitor deus omnium bonorum
Grates reddimus & sacramus hymnos.
Tu nos tristifico uelut tyranno,
Mundi scilicet impotentis actu
Conclusos, regis, & feram repellis.
Quæ circumfremit, ac uorare tentat,
Insanos acuens furore dentes,
Cum te summe deus precemur unum.
Vexamur, premimur, malis rotamur,
Oderunt, lacerant, trahunt, lacessunt,
Iuncta est supplicijs fides iniquis.
Nec desit tamen anxijs medela:
Nam languente trucis leonis ira,
Illapsæ superingeruntur escæ.
Quas si quis sitienter hauriendo
Non gustu tenui, sed ore pleno
Internis uelit implicare uenis,
Hic sancto satiatus ex propheta,
Iustorum capiet cibos uirorum,
Qui fructum domino metunt perenni.
Nil est dulcius ac magis saporum,
Nil quod plus hominem iuuare possit,
Quàm uatis pia præcinentis orsa.
His sumptis licet insolens potestas
Prauum iudicet, inrogetq́ꝫ mortem.
Impasti licet inruant leones,
Nos semper dominum patrem fatentes,
In te Christe deus loquemur unum,
Constanterq́ꝫ tuam crucem feremus.

Pastis

PAstis uisceribus. Carmen est monocolon, phalecium, hendecasyllabum, acatalecticum, constans spondæo, dactylo & tribus trocheis. Continuatur hæc oda ad præcedentē, nam sumpto cibo reliquum est ut deo gratias agamus. Commendat itaq; in primis dei omnipotentiam, cui omnia debemus, deinde dicit nos debere mundatum habere domicilium, hoc est, corpus ab ingluuie & crapula & animam à peccatis ut possimus fieri templum spiritus sancti, qui uerus est hominis cibus. Sed pro utroq; cibo agēdas esse gratias, probat Danielis exemplo, ex cuius historia moraliter aliquid infert quod ad nos pertineat. Visceribus interioribus & exterioribus, nā & de carne Verg. I. Aenei. dixit: Tergora diripiunt costis & uiscera nudāt. & Lucretius uisos gigni sanguinemq; creari. Lex corporis. quod nisi reficiatur cibo, durare non potest. Patri, agēdas esse gratias. ait primū patri, deinde filio, tum spiritui sancto. Patri subaudi inquam. Qui subnixus. id est, sedens. Solio supremo. id est, sede qua nulla est superior, quia Dei duo sunt propria, maximus ꝓpter eminentiam, & optimus propter beneficentiam. Tenet & regit suum sedile sacrum cui innititur, & per sedile intelligimus rerū oīm prouidentiā & arbitriū potestatēq;, quale est illud: Super solium Dauid sedebit, & regni eius non erit finis. Cherubin & Seraphin in numero plurali, nam Cherub & Seraph sunt singularis. Et possunt esse casus accusatiui per appositionem ad cubile sacrū, quasi uelit dicere quod Cherubin & Seraphin sunt dei sedile quibus tanquam sedi innititur, possunt esse & genitiui, quia sedile illud ex Cherubin & Seraphin cōstat. Deum Sabaoth, id est, exercituum, & scribitur per sama, nōn per z. ut Aldus Manutius castigauit, nam zeta aliud sonat quàm sama. Expers. i. infinitus & æternus, quia caret principio & fine. Rerum conditor. creatio rerum. ad totam trinitatē pertinet, sed attribuitur patri quasi principi creationis, unde est in symbolo: Patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ. Repertor orbis. quia orbem (ut sic dixerim) peperit. Sic Vergilius Aeneid. Hominū rerumq; repertor. dixit. Fons uitæ ad filium hoc pertinet ex quo per redemptionem

uita

uita nostra pendet. Fluens ab arce liquida.i.emanans à patris celsitudine per æternam generatiõem. Infusor fidei.i. qui nobis quid esset credendum faciendumq́ ad salutem reuelauit & infudit prædicauitq́. Sator pudoris.i.castitatis & integritatis, uitæ autor. Quod sumus, per creationem: quod uigemus, per baptismatis regenerationem. Inde. subaudi à Christo. Regnat s. cum patre & filio. Missus. aut exponẽdum est missus pro inspiratus à patre & filio, aut pertinet ad misionẽ personarum, quoniam pater mittit filium, & non contrà: mittit spiritum sanctum, & nõ contrà: filius mittit spiritum sanctum, & non contrà. Missus itaq; fuit spiritus sanctus à patre & filio, aut in nomine filij super centũ & uiginti illos qui erant in cœnaculo Ilon in die Pentecostes. Mittitur & quotidie in eos qui sunt digni, unde subdit: Intrat pectora candidus pudica. Candidus, aut ad colũbæ candorẽ retulit in cuius specie super baptizatũ Christũ descẽdit, aut cãdidus.i.cãdorẽ in se habens & nobis eandẽ cõmunicans. Quæ pectora ridẽt.i. ornata sunt p metaphorã, q̃a q̃ ornata sunt, ridere uidẽtur. Vice tẽpli.i.ad similitudinẽ tẽpli ornati, in q̃ deus peculiariter habitare creditur. Sed si quid.i. si spiritus sanctus qui tẽplum nostrũ mũdatum intrat & habitat, si sensit in nobis aliquod uitiũ innasci q̃d templum coinquinet, fugit. Viscera dicata.i.consecrata & digna in quibus habitaret: Ita fugit quasi à tẽplo fœtido & peccatis cõmaculato. Horror cõscius.i. peccatũ quod facit horrorem ex turpitudine sua, & peccator ipse conscius sibi. Culpa æstuante.i.non permittẽte peccatorẽ quiescere, quia uermis ille non potest mori. Iuuenalis. Exẽplo quodcunq; malo committitur Ipse displicet autori. Et illud eiusdem: Tacita sudant præcordia culpa. Niger.s. ille horror immundus. Repellit bonum offensum.,i.spũm sanctum, quẽ offendit sua illuuie & spurcitia. Nec solus pudor. non satis inquit esse hoiem castum, pudicum & innocentẽ ad hoc ut sit tẽplũ dei, sed debet esse sobrius & à cibi nimietate tẽperãs. Tẽplum perenne.i. continuum & non intercisum. In sinu ac recessu cordis, nam cor tres habet sinus, unde Pers. Vt mihi te quantum sinuoso in pectore fixi, sed hic sinum po

suit

ſuit pro interiori receſſu, igitur exponendum in ſinu medij cordis. id eſt, medio ſinu cordis. Ferueat. ad naturam uini retulit. Perſius: Indomitum quid deſpumare falernum. Sedem fidei. id eſt, cor in quo fides habitat. Paulus ad Romanos capite 10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem cõfeſsio fit ad ſalutem. Coarctet. anguſtet & conſtringat. Vſq; ad congeriem. id eſt, epularum repletionem. Corda expedita. id eſt, non impedita & occupata. Eum infuſum. id eſt, Chriſtum receptum. Hic paſtus uerus. qui dixit Ioh. 6. Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uerè eſt potus. Sed nos tu inquit ô Chriſte reficis nos epulis quę non ſolum corpus ſed & animum reficiunt. Fouens. i. recreans. Paratu gemino. id eſt, cibi apparatu ad utrunque ualenti, ſcilicet ad membra & ad animum. Confirmans pater, ſi pater ad Chriſtum referatur, nomen honoris eſt: alioqui per adoptionem fratres illius ſumus, uel ad Deum patrem apoſtrophat, uel ad totam trinitatem. Sic olim affert exemplum ex hiſtoria Danieli quæ ſcribitur in ipſius libro capite 14. qui poſitus in lacu leonum paſtus eſt utroq; cibo ab Abacuc propheta aduecto per angelum. Sic. ſcilicet paſcendo corpus & animum. Prępluens poteſtas, id eſt, pollens ut expoſuimus in Pſychomachia, quia patria uirtute cluis. Rauciſonos leones. id eſt, rauco ſono quodam rugientes. Refouit uirũ. id eſt, recreauit Danielum. Dapibus illapſis. id eſt, de cœlo deſcendentibus. Illum fuſile. ordo eſt: Plebs & tyrannus, id eſt Cyrus rex, ſub quo hæc geſta ſunt. Subdiderant illum morti. id eſt, obiecerant. Execrantem numen fuſile. i. ſtatuam belli ex ære fuſili fabrefactam. Et putãtem nefas curuare caput. i. adorare numen Belis. Sub expolita materia æris. id eſt, quia Belus erat ex ęrea materia. Aſtant cominus. id eſt, quaſi miniſtri apparent Danieli Iubas reponunt. quas irati ſolent arrigere. Rabies ingenita leonibus. & tunc maxime cum ex fame laborarent. Vergilius 2. Aeneid. Quos improba uentris Exegit cæcos rabies. Et rabies illa ueſcendi. Lambit prædam. id eſt, Danielum, qui futurus erat leonibus eſca. Fame blanda. id eſt, non rabioſa, ſed placida. Clauſus iugiter. per dies ſeptem, nam tam diu fuit in lacu leonum

num indigẽs uictus.i.alimẽti.Nuncius,q̃ g. dicitur an gelus.Iussus.s.à deo. Terris.i.in terras.Verg.1.Aen.Et Libycis defixit lumina terris.Obsequẽte mũdo.i.cælo per q̊d angelus uolãs delapsus est,obtẽperanter ceden te ipsi angelo descẽdenti.Dapes inẽptas.i.quas Abacuc nõ emerat ex primis ex foro pecunijs, sed domesticas. Arte agresti,erãt aũt dapes illæ pulmẽtũ & panes, ut re fert historia,in quibus cibis concinnãdis nõ erat opus arte aliqua.Cęsarię huius.s.Abacuc. Prehẽsa manu.s. angeli. nã capillo capitis angelus illũ portauit Babylo nem.Sensim.i.non præcipitãter. Angelus Christi.pro lepsis est.nondum enĩ uerbum erat Christus, qui dicit utramq; naturã diuinã & humanã.Libatib⁹ gustui tuo Danielus.ex forma quã diximus alijs in locis. Excita- uit.erexit.Ciboq; fortis refocillatus & refectus.Amen reddidit.i. geminauit, Alleluia dixit.i.dei laudes. Sic nos ad propositũ redit.Sic queadmodũ Danielus fecit, qui sumpto cibo deo gratias egit. Tu nos. Danieli hi- storia moraliter exponit uel potius parabolice,dicẽs q̃ quemadmodũ Danielus carcere leonũ inclusus pastus fuit ab Abacuc,ꝓpheta,& liberatus tandẽ ab ira leonũ, ita & nos liberati à potestate dæmonũ pascemur cibo cœlesti & c.Tu.s.Deus.Regis nos conclusos actu mũ- di.i.actionibus mundanis. Impotentis .i. nimium po- tentis & sæuientis in nos,nã impotens à latinis sic acci pitur,unde & tyranni impotẽtes dicũtur, & impotẽtiã tyrannorũ dicimus,cũ per potentiã aliqd sæuitiæ exer cent.Repellis ferã.hoc est,diabolũ à nobis. Quæ circũ fremit iuxta illud apostoli 1.Petri v. Aduersarius uide tur diabolus tanq̃ leo rugiens circuit quærens quẽ de- uoret. Tunc s.cũ sic claudimur. Vexamur.premimur, id est,si quando sumus in huiusmodi angustia illata à carne, à mundo, à diabolo qui sunt publice hostes no- stri.Fides est iuncta.pro sit adhibita, ut sit præsens pro futuro imperatiui siue optatiui,uel pro erit. Iniqs sup plicijs.i.iniquorũ q nos sic uexant & premũt.Ne desit. pro nõ deficiet,præsens pro futuro,ut suprà. Verg.Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit, pro defi- cit.Languente ira.i.debilitata uirtute diuina.Escæ il- lapsę.desuper,id est,ex cœlo aduenientes.Ingerũtur pro

ingerētur nobis. Quas s. escas cœlestes. Si qs hauriēdo sitienter. i. nō cū fastidio, & quasi q degustat, sed pleno ore deuotauerit. Hic satiatus ex S. pphetа, sicut Danielus ab Abacuc. Virorū iustorū, qualis fuit Abacuc. Qui metunt domino, hoc ad illud pertinet q Abacuc cibos illos qs detulit ad Danielū messoribus parabat, ut ibidem legitur, Hi sunt messores de quib Apostolus: Qui parce seminat, parce & metit, & psalmographus: Venientes uenient cū exultatione portantes manipulos suos. Pia orsa. i. uerba diuina q nobis deus p prophetas denunciat, quib nihil dulcius excogitare potest dicente propheta. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. His sumptis. s. cibis, hoc est, diuinis pceptis. Potestas insolens. i. arrogans & superba, nā insolens illud significat, unde est insolentia, superbia. Iu dicet prauū. pro praue, nomē pro aduerbio figura nota irroget. intentet & minetur. Leones impasti. quales erant quibus obiectus est Danielus. Feremus tuam crucem, id est, in hac cōfessione, si oportuerit, moriemur, & alludit ad illud: Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.

HYMNVS AD INCENSVM cerei paschalis.

Carmen monocolon, choriambicum, asclepiadeum, tetrametrum, acatalecticum, cōstans spondeo, duobus choriambis, pyrrichio uel iambo, hoc modo:

– – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ ∪

INuentor rutili dux bone luminis,
Qui certis uicibus tempora diuidis
Merso sole chaos ingruit horridum,
Lucem Christe tuis redde fidelibus.
Quanuis innumero sydere regiam
Lunariq; polum lampade pinxeris,
Incussu silicis lumina nos tamen
Monstras saxigeno semine quærere.

Hoc

Hôc signas opere conditor inclyte,
Lumen ueridicum mentibus omnium,
In Christo Domino quærere iugiter,
Quem petram loquitur doctor egregius.
Ne nesciret homo spem sibi luminis
In Christi solido corpore conditam,
Qui dici stabilem se uoluit petram,
Nostris igniculis unde genus uenit.
*Pingui quos olei rore madentibus pinguis
Lychnis aut facibus pascimus aridis,
Quin & fila fauis scirpea floreis
Presso melle prius collita fingimus.
Viuax flamma uiget, seu caua testula
Succum linteolo suggerit ebrio,
Seu pinus piceam fert alimoniam,
Seu ceram teretem stuppa calens bibit.
Nectar de liquido uertice feruidum
Guttatim lachrymis stillat *alentibus olentibus
Ambustum quoniam uis facit ignea
Imbrem de madido flere cacumine.
Splendent ergo tuis muneribus pater
Flammis mobilibus scilicet atria
Absentemq; diem lux agit æmula
Quam nox cum lacero uicta fugit peplo
Sed quis non rapidi luminis arduam,
Manantemq; Deo cernat originem?
Moses nempe Deum spinifero in rubo
Vidit conspicuo lumine flammeum
Felix qui meruit sentibus in sacris
Cœlestis solij uisere principem,
*Iussus nexa pedum uincula soluere, Hostis
Ne sanctum iuuolucris pollueret locum.
Hunc ignem populus sanguinis inclyti
Maiorum meritis tutus & impotens,
Suetus sub dominis uiuere barbaris,

Iam liber sequitur longa per auia:
Qua gressum tulerant castraq́ꝫ cerulæ
Noctis per medium concita mouerant,
Plebem peruigilem fulgure præuio
Ducebat radius sole micantior.
Sed Rex Niliaci littoris, inuidi
Fernens felle iubet præualidam manum
In bellum rapidis ire cohortibus,
Ferratasq́ꝫ acies clangere classicum.
Sumunt arma uiri, seq́ꝫ minacibus
Accingunt gladijs triste canit tuba
Hic fidit iaculis, ille uolantia
Præfigit calamis spicula Gnosiis.
Densatur cuneis turba pedestribus,
Currus pars, & equos & uolucres rotas
Conscendunt celeres, signaq́ꝫ bellica
Prætendunt tumidis clara draconibus.
Hinc iam seruitij nescia pristini
Gens Pelusiacis usta uaporibus,
Tandem purpurei gurgitis hospita
Rubris littoribus fessa resederat.
Hostis dirus adest cum duce perfido,
Infert & ualidis prælia uiribus
Moses porro suos in mare præcipit
Constans intrepidis tendere gressibus.
Præbent rupta locum stagna uiantibus,
Viparum in faciem peruia, sistitur
Circunstans uitreis unda liquoribus
Dum plebs sub bifido permeat æquore.
Pubes quinetiam decolor asperis
Irritata odijs, rege sub impio,
Hebræum sitiens fundere sanguinem
Audet se pelago credere concauo.
Ibant præcipiti turbine percita
Fluctus per medios agmina regia.

Sed confusa dehinc unda reuoluitur
In semet reuolans gurgite confluo.
Currus tunc, & equos, telaq; naufraga,
Ipsos & proceres, & uaga corpora
Nigrorum uideas nare satellitum,
Arcis iustitium triste tyrannicæ.
Quæ tandem poterit lingua retexere
Laudes Christe tuas? qui domitum Pharon
Plagis multimodis cedere præsuli
Cogis iustitiæ, uindice dextera.
Qui pontum rapidis æstibus inuium
Persultare uetas, ut refluo in salo
Securus pateat te duce transitus,
Et mox unda rapax ut uolet impios.
Cui ieiuna ·uiæ saxa· madentibus
Exundant scatebris, & latices nouos
Fundit scissa silex, quæ sitientibus
Dat potum populis axe sub igneo.
Instar fellis aqua ·tristifico in lacu
Fit ligni uenia mel uelut Atticum.
Lignum est, quo sapiunt aspera dulcius,
Nam præfixa cruci spes hominum uiget
Implet castra cibus tunc quoq; pinguidus,
Illabens gelida grandine densius,
His mensas epulis, hac dape construunt
Quam dat sydereo Christus ab æthere.
Nec non imbrifero uentus anhelitu
Crassa nube leues inuehit alites,
Quæ difflata in humum cum semel agmina
Fluxerunt, reduci non reuolant fuga.
Hæc olim patribus præmia contulit
Insignis pietas numinis unici,
Cuius subsidio nos quoq; uescimur,
Pascentes dapibus pectora mysticis.
Fessos ille uocat per freta seculi,

cremit
loquacib⁹

Discissis populum turbinibus regens.
Iactasq; Raptatasq; animas mille laboribus
Iustorum in patriam scandere præcipit.
Illic purpureis tecta rosarijs
Omnis fragrat humus, calthaq; pinguia
Et molles uiolas, & tenues crocos
Fundit fonticulis unda fugacibus.
Illic & gracili balsama surculo
Desudata fluunt, raraq; cinnama
Spirant, & folium, fonte quod abdito
Prælabens fluuius portat in exitum.
Felices animæ prata per herbida
Concentu parili suaue sonantibus
Hymnorum modulis dulce canunt melos,
Calcant & pedibus lilia candidis.
Sunt & spiritibus sæpe noscentibus
Pœnarum celebres sub styge feriæ
Illa nocte sacer qua redijt deus
Stagnis ad superos ex Acheronticis.
Non sicut tenebras de face fulgida
Surgens Oceano lucifer imbuit,
Sed terris domini de cruce tristibus
Maior sole nouum restituens diem.
Marcent supplicijs tartara mitibus,
Exultatq; sui carceris ocio
functorũ *Vmbrarum populus, liber ab ignibus,
Nec feruent solito flumina sulphure
Nos festis trahimus per pia gaudia
Noctem concilijs, uotaq; prospera
Certatim uigili congerimus prece.
Extructoq; agimus liba sacrario.
Pendent mobilibus lumina funibus,
Quæ suffixa micant per laquearia,
Et de languidulis fota natatibus
Lucem perspicuo flamma iacit uitro.

Credas

Credas ſtelligeram deſuper aream
Ornatam geminis ſtare trionibus,
Et qua Phoſphoreum temo regit iugum
Paſsim purpureos ſpargier heſperos.
O res digna Deus, quam tibi roſcidæ
Noctis principio grex tuus offerat,
Lucem, qua tribuis, nil precioſius
Lucem qua reliqua præmia cernimus.
Tu lux uera oculis, lux quoq; ſenſibus,
Intus tu ſpeculum, tu ſpeculum foris,
Lumen, quod famulans offero, ſuſcipe,
Tinctum pacifici chriſmatis unguine.
Per Chriſtum genitum ſumme pater tuum
In quo uiſibilis ſtat tibi gloria,
Qui noſter dominus, qui tuus unicus
Spirat de patrio corde paracletum.
Per quem ſplendor, honos, laus, ſapientia
Maieſtas, bonitas, & pietas tua
Regnum continuat numine triplici,
Texens perpetuis ſęcula ſęculis.

INuentor rutili. Carmen eſt monocolon, aſclepiadeum, conſtans ſpondęo, duobus choriambis & pyrrichio, hic hymnus in principio noctis cum lumina accenduntur cantari debet, uel potius & peculiariter in ſabbato ſancto ueſperi cum lumina noua incenduntur, aut incendi deberent, nam officium illud ueſpertinum anticipatur hodie & quod deberet fieri ſub lumina prima præcipitur fieri hora nona, & nihilominus hodie fit hora decima, quod eſt incongruum toti officio in quo noctis fit mentio. In hoc igitur carmine multa de ignis laudibus atq; proinde luminis dicuntur, deinde adfert exempla ex teſtamento ueteri: quod Moſes Deum in rubo ardenti uidit quódque ignis

columna Hebræos per desertum ductauit & c. Inuentor, creator luminis de quo hic agẽdum est, & luminis quo mortales illustras, certis uicibus. id est uicissatim ut nunc dies, nunc nox sit. Cahos horridum. tenebræ, & caligo redde lucem, utraque & hanc qua medio uidemus & lucem, quæ à nobis ignorantiæ tenebras pellat. Quamuis inquit, feceris stellas, & luminare minus quod præesset nocti: tum ostendisti hominibus aliam uiam noctis. illustrandi. s. ex igne excusso ictu silicis. Regiam. domum cœlestem. Incussu silicis. Vergili. Pri. Aeneidos. Ac primum silicis scintillam excudit. A chathes, ex semine saxigeno. i. ex principio quod habet à saxo ignis. Hoc signans quod significat nos debere quęrere ueram lucem à Christo, qui est lapis quem reprobauerunt ædificantes, & petra de qua. i. Corin. x. Apostolus scribit. Petra aũt erat Christus. Stabilem petram de qua Luc. vi. Posuit domus fundamentũ supra petrã. Nostris igniculis. i. animis nostris, de quibus dixit Vergil. vi. Aene. Igneus est ollis uigor, & cœlestis origo. Aut reuera ignes quib9 utimur in nocte. Quod si prior sententia placet: quod sequitur. Pinguis olei, quos exponendũ est, nõ minus, sed ignes per quos animi nostri designãtur. Igitur quos. s. ignes. Passimus. fouemus Lychnis myxis ex lino. Madentibus. intinctis oleo. Aut facibus aridis ex lignis fissis. Vergil. in Buco. Mopse nouas incide faces, nã illę proprie dicũtur faces, quę cũ sunt aridę lucẽ claram effundũt, cũ virides fumo immixtam. Oui. Fac quoq; quã tenuit lachrymoso, stridula fumo. Quin etiam fingimus. figuramus in cereos, Fila scirpea. i. papyros ex quibus, ut scribit Plini. fiebãt lychni ad usus lucernarũ. Collita. i. peracta & inuoluta à lino. is. litũ. Fauis floreis. i. quos apes conficiũt ex floribus: sed nõ illita totis fauis, sed cera tantũ, ideo dicit: presso prius melle. uiuax flamma. Tres modos tetigit pascendi ignẽ. Primus, ex oleo & lychnis. Secũdus ex facibus lignorũ. Tertius ex lychnis papyraceis & cera. Nunc duos illorũ repetit, & tertiũ addit. De primo igitur dicit uiuax flãma uiget. Seu testula caua. i. lucerna fictilis in qua oleũ continetur, nam testa uas fictile est. Ver. i. Geor. Testa cũ ardente uiderent scintillare oleũ.

Suggerit

Suggerit succum.i. subministrat oleum. Linteolo.i. lychno siue myxo ex lino. Ebrio.i. madefacto oleo. Alimoniā piceā.i. tædas pineas quę præbēt igni fomitē, & alimentū. Supa.i. lychnus ex stupa. Cerā teretē.i. formatam in teretem figurā. hoc est, æreū, de quo supra dixit Nectar.i. cera liquefacta ab igne cerei, quā nectar uocauit: quia cum melle ab apibus ex rore cœlesti concinnata est, unde Verg. Et dulci distendunt nectare cellas. Feruidum concalefactū. De uertice liquido.i. claro & lucenti igni. Verg. in Bucol. Et liquidi simul ignis. Stillat guttatim, defluit in guttas. Lachrymis.i. quæ guttæ sunt quasi lachrymæ quæ alunt ignem, uel potius quæ cum debuerint alere, defluxerunt ui caloris, non ualētis totum quod liquefecit resoluere. Ideo dicit, ꝙ uis ignea facit imbrem imbustum.i. ceram in circuitu liquefactam. Flere. præstitit in translatione, quia lachrymarum fecit mentionē, & posuit flere pro fluere. Tuis muneribus. tuo beneficio. Flammis mobilibus, aut ad radiorum naturam retulit, quoniā uibrantur, aut quoniam lychni pendentes & lucernę & cerei huc & illuc agitantur, ut infra, pendent mobilibus lumina funibus Lux æmula. id est, diei imitatrix. Agit diem absentem. id est, per noctem repræsentat diem, nam agere aliquā do est repræsentare. Iuuenalis. Vxorem comœdus agit Quam nox fugit, quia luci contraria. Victa, lucernarū splendore. Peplo lacero.i. palla qua tegitur nox luce intercisa, & quodammodo lacerata. Vergilius primo Aeneid. Peplumq́; ferebant suppliciter tristes. Sed quis ignem præcipuam quandam habere cognationem, & originem adeo dicit. Rapidi luminis. id est, lucentis intense, sicut Vergilius.i. Georg. Dixit rapidi ue potentia solis. Deo. id est, in deo. Moses non Moyses dixit. Flammeum, quasi igni flagrantē. Sacris sentibus.i. in spinis rubi quas sacras dixit, quia in illis uidit deum. Vincula pedum nexa.i. quibus calcei erant ligati. Exodi tertio. Solue inquit dominus calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra sancta est. Inuolucris.i. laqueis & uinculis calceorū. Pollueret locum, quoniam calcei ex morticinio constant, unde etiam in sacris magicis, Vergilius, libro. iiij. Aene: dixit: Vnum exuta pe-

dem uestes in uincla recincta. Hunc ignem aliud ponit exemplum ad confirmandam ignis indignitatem. Populus inclyti sanguinis. i. ab Abraham quem deus elegit ex tanta hominum multitudine, originem ducens. Meritis maiorum, nõ suis, sed patrũ suorum. Et impotens, pro ualde potens, nã in particula in compositione aliquando auget, non qua ratione supra dixit. Mundi scilicet impotẽtis actio: nam qui malum agit, impotẽs dicitur, nisi forte & hic, impotentem Hebrçorũ populum uocat quasi in malũ esset pronus. Barbaris. i. Aegyptijs, ut in Psalmo: Dominus Iacob de populo barbaro. Per longa auia. i. per desertum. Mouerant castra, euntes in deserto per quadraginta mansiones illas de quibus in Exodo. cap. xv. & infra, & in libro Numerorum capit. xxxiij. Cærulę noctis, ad cœli colorem retulit, ut supra. Radius sole micantior: columna ignis, quæ illos in deserto per noctẽ ductabat, quemadmodũ nubes per diem. Et incidenter, deinde narrat quomodo deus Mose duce liberauit populum ex Aegyptiorũ dominatione. Niliaci littoris. i. Aegypti quã Nilus rigat. Felle inuido, quia in felle est inuidię sedes. Ouid. ij. Meta. de inuidia, pectora felle uirẽt. Clangere classicũ, utrumq; tubarũ est. Vergi. Insequitur clamorq; uirum clãgorq; tubarũ, & classicũ sonus ipse tubarum dicitur. Tuba canit triste. i. bellicũ quendam sonum. Præfigit spicula. id est, ferreos aculeos, calamis gnosiis. i. cretensibus, nã illi sunt optimi ad sagittarum usum. Verg. lib. v. Aene. Gnosia bina leuato lucida ferro spicula, & in Bucoli. Non licet torquere Cydonia cornu spicula, nam Gnosos & Cydon urbes Cretæ sunt. Tumidis draconibus. Nam in uexillis illa erant forte Aegyptiorum insignia uel potius Romanorum signa fuerant dracones, apud quos draconarij dicti sunt antesignarij. Gens Hebræorum. s. Nescia pristini seruitij. i. iam liberata à seruitute Vsto uaporibus pelusiacis. i. Aegyptiacis. Nam pelusiũ Aegypti est urbs iuxta quam Hebrçi fuerũt in seruitute. Hospita maris purpurei. i. castrametans iuxta mare rubrum. Hostis dirus, pro hostes diri, ut Vergilius: Vterumq; armato milite complent. Stagna rupta. id est, mare in partes diuiso, littoribus tantum distantibus

quantũ

quantum sufficeret populo traijciēdo. Vnda circumstās id est, ab utraq; parte. Vitreis liquoribus.i. perlucentibus aquis in uitri modū. Sistitur.i. stat & nō fluit. Pubes decolor.i. Aegyptij nigri, nam fusci sunt ad maris nostri oram, interiora uero Aegypti Aethiopiæ iunguntur. Concauo pelago, quod Hebræi trāsierūt. Percita.i. incitata ad modū turbinis. Vnda cōfusa.i. ab utraq; parte cōfluentis in mediū concauū. Reuoluitur in semet.i contra se inuicem. Nigrorum satellitum s. regis qui, ut diximus, nigri sunt. Triste iusticiū. appositiue.i. ex qua strage Aegyptiorū indicendum erat iusticiū, quod fiebat in magna aliqua reip. calamitate, est autem iusticium, cum ob eam causam non redditur ius, hoc est, tacetur. Lucanus in 2. ferale per urbem iusticium &c. Iuuenalis: *Si magna arturi cecidit domus horrida mater* Pullati proceres differt uadimonia prætor. Triste autē dixit ab effectu, ut Vergilius: Triste lupus stabulū. Retexere. Hymnographus, quę uox quę poterit lingua retexere, quę tu martyribus munera præparas, id est, cōponere in modum texentis, nam hoc in loco pro iterū accipitur, alias uertit uerbi significationem in contrarium, ut Ouidius: Domitam Pharon, id est, Aegyptum, & posuit partem pro toto, nam pharos contra Alexandriam Aegypti posita est. Præsuli iustitię.i. iusto tuo iudicio, qui præsides, nam pater omne iudicium filio tradidit, inuium ex natura sua. Rapidis ęstibus. id est, maris inundationibus cum feruore quodam. Vergilius 1. Aeneid. Furit æstus harenis, & Lucanus in primo. Tethios uniuage lunaribus æstuat horis. Vetas persultare id est, influere in uiæ inanitatem, & hoc contra maris naturam. In salo refluo. id est, quod alias ex natura sua refluū est. Cui ieiuna. duo miracula tangit à deo facta de quibus in Exod. capite 15. & 17. sed à Prudentio præpostere narrantur, nam primo secundum, id est, secundo in loco primum exponit. Cui. id est, ad cuius gloriam siue potentiam. Saxa ieiunia. id est, arida & sine succo, hoc factum in petra Oreb, quam uirga percutiens Moses erumpente aqua populum satiauit, de quo Exodi capite. xvij. Scatebris loquacibus. id est, aquæ ebullitionibus sonoris, quæq; uidebantur loqui, sunt autem

Scatebræ

ſcatebræ ebullitiones aquarũ ſiue alterius liquoris aut alterius rei erumpẽtis. Verg. i. Geor. Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis undã elicit, illa cadens raucum per leuia murmur ſaxa ciet ſcatebriſq; arẽtia tẽperat arua. Sciſſa ſilex, ut Verg. in Buco. Ah ſilice iniuida connixa reliquit, alias generis eſt maſculini. Sub axe igneo. id eſt ſub cœlo calido: quia Arabię pars illa ubi Hebręi peregrinabuntur ualde meridionalis eſt. Inſtar fellis. Hoc narratur in Exod. cap. xv. Venerunt inquit Hebræi in mare neq; poterunt bibere aquas de mari, eo quod eſſent amarę, & ſequitur: oſtendit Deus Moſi lignũ quod cum miſiſſet in aquas, in dulcedinem uerſæ ſunt. Lacu triſtifico. i. amaro, nam triſte pro amaro poſuit. Verg. in. i. Georgi. Cum dixit triſteſq; lupini, & in ſecundo. Media fert triſtes ſuccos tardumq; ſaporem. Venia ligni. i. beneficio. Verg. i. Aene. Orantes ueniam & templum clamore petebant. Mel atticum, quod ut ſupra diximus generoſiſsimum eſt. Lignum eſt dulcius pro dulce. Quo aſpera. i. amara, ſapiunt, id eſt, dulceſcunt. Deſignabat autem lignum illud crucem domini: per quam omnes noſtræ amaritudines erant dulcorandæ. Vnde hymnographus cecinit dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinet. Sed ſuſpicor eo in loco mendũ eſſe legendũq; lignũ dulce claui dulce pondus ſuſtinet, ut uerſus ſtare poſsit. Pręfixa cruci, id eſt, omnis ſpes noſtra poſita eſt in cruce quę per lignum, ut dixi, illud ſignificatur. Implet caſtra. duo quoq; miracula narrat præpoſtere, quæ ſcribuntur in Exodo capite 16. Hoc eſt manna quod pluit, & cõturnices quę ceciderũt in caſtris Hebræorum. Cibus ninguidus, id eſt, in modum niuis candicans & cadens, erat enim quaſi ſemen coriandri albũ. Illabẽs. cadens. Cõſtruunt Hebræi, inſtruunt Chriſtus, tũc deus, nũc deus & homo cibãs nos angelorũ pane. Necnõ uẽtus inuehit alites. i. coturnices. Anhelitu imbrifero. i. ſpũ ferẽte illas quaſi imbrẽ. Nube craſſa. i. in morẽ nubis craſſæ. Quæ agmina coturnicũ. Conflata in humum. i. flatu proiecta. Fuga reduce. i. à periculo illas liberanti, alias reduces à periculo liberati paſsiue, ſic Vergil. reduces ſocios & reduces agnos primo Aene. dixit. Pietas numinis unici, id eſt,

unius

mius dei, non multi ut apud Ethnicos habebātur. Mystićis dapibus. id, est. figuratis in lege ueteri. Fessos ille quod narratur in Exodo de populi Israelitici ex Aegypto liberatione, & reductione in terram Canaan per deserta, hoc est, in terram lacte & melle fluentem, designat quod deus uocat nos p labores ad paradisum uoluptatis, dicit igitur: Ille scilicet deus unicus. Regens populum. s. Christianū sibi peculiarē. Discissis turbidinibus. i. dissipatis omnibus quæ possunt nos pturbare. Vocat nos fessos, ex hac uia qua peregrinamur fatigatos. Per freta seculi. ut Hebræos uocabat per mari rubrum. Et præcipit, animas iactatas mille laboribus, ut Hebræos per deserta huc & illuc uagantes. Scandere in patriam, iustorum. ut Hebræos in terram promissionis quò illos uocabat. Illic, id est, in patria quò nos uocat quam metaphorice describit, quasi paradisum, hoc est, hortum uoluptatis. Fragrat odorem. spirat. Vnda ex fonticulis fugacibus. id est, fluentibus per terræ superficiem, atq; illam rigantibus. Fundit. id est, perfundit & rigat. Caltha pinguia. id est, flores eximios, qui calthæ genere fœminino potius dicuntur. Vergil. in Bucolicis: Mollia luteola pingit uacinia caltha. & Columella. Flauentia lumina calthę, nam flos ille pallens est. Et molles uiolas, cū Verg. dixit, molles, nā ille mollia uacinia scribit. Balsama desudata. q̄ quasi ex sudore defluunt excipiūturq;. Spirant i. suauē odorē emittunt Iuuenalis: Spirantesq; crocos, & in uena perpetuū uer. Et folium quod sic proprie dicitur, unde unguenta foliata, de quibus Iuuena. Mœchis foliata parantur. Fonte quod abdito. uult significare folium ex paradiso uoluptatis originē habere ex fonte unde oriuntur quatuor illa flumina. Portat in exitum. i. ostiū quo exit in mare. Concentu parili. Atqui Vergilius dixit: Est mihi disparibus septē cōpacta cicutis fistula, sed cum per se uoces sint dispares in consonantia sunt pares. Sunt spiritibus., quod apud inferos aliquādo sunt ferię, hoc est, festa in quibus iudicia non exercentur, sicut legimus apud Ouidi. lib. 10. Metaphor. & apud Vergil. in 4. Georg. Cum Orpheus descendit ad inferos petiturus à diis infernis Eurydicen uxorem suam, ut poetæ fabulantur,

lantur. Nunc itaq; dicit autor idem contigisse quo tem pore saluator noster descendit ad inferos, ut inde educeret sanctorum animas. Feriæ celebres, quę celebrātur apud illos nos exercendo pœnas solitas. Sub Styge, palude inferna, Dij cuius iurare timent, & fallere numé, ut dicit Vergi. in. vi. Illa nocte, subaudi, tales feriæ fuerunt. Ex stagnis Acherontijs. id est, ab inferis ubi est Acheron fluuius. Nam quemadmodum in argumento huius odes diximus, illa nocte qua Christus rediit ab inferis hic hymnus peculiariter canitur: in quo fuit cōsuetudo apud antiquos per domos lumina complura disponere ex omni materia quæ potest præbere alimētum igni. Illa nocte. suspenditur sentētia usq; ad illum uersum, nec fetuent solito flumina sulphure. Surgens .s. Deus homo. Imbuit tenebras. i. implet inferos. De luce fulgida. i suo splendore: non sicut lucifer imbuit tenebras: quia lux illa luciferi breuis est atque maligna. Sed maior sole. i. maiorem lucem præ se ferens quam sol. Restituens diem. s. fugatis tenebris. Marcent, languescunt. Vmbrarum populus. id est, animarum quæ erant apud inferos. Solito sulphure, phlegetontem signat qui igneus est, nam phlox, gos, est ignis quo miserorum animæ purgantur. Verg. i. vi. Aeneid. Infectum dicitur scelus, aut exuritur igni. Et Iuuenal. s. qua darentur sulphura cum tdis. Nos Christiani repręsentantes lucem illam qua Christus noctem illam illuminauit. Trahimus noctem. id est, uigilamus. Concilijs festis. id est, celebribus. Per pia gaudia. id est, religiosa & spiritalia. Congerimus uota. id est, concipimus uota. Et agimus liba. i. offerimus munera. Extructo sacrario id est, composito ubi talia dona reponuntur. Mobilibus funibus. id est, qui huc & illuc agitantur, ut supra flammis mobilibus dixit: Quæ suffixa pendent. Vergilius pri. Aenei. Dependent lychni laquearibus aureis. Fota natatibus, quia in lucerna flamma illa natat super oleo quod est fomes & alimentum ignis. Vitro perspicuo. i. translucenti. Credas, comparat lumina ex laquearibus depēdentia cœlo stellato. Credas. id est, credere possis. Aream stelligerā. i. cœlum stellatum quod in pellis modum est expansum. Stare desuper. i. in tecto splen dere

Vergi.

Vergil. Stant lumina flammæ. Geminis trionibus, quia duæ sunt arcti. s. maior & minor. Verg. i. Georgi. Perq; duas in more fluminis arctos & credas. Hesperos purpureos. i. luciferos pulchros, nam eademq; stella est lucifer & hesperus, eadē Veneris stella dicitur. Spargier pro spargi in cœlo, ea parte. Qua temo regit iugum Phosphoreū. i. in parte septētrionali ubi est phosphorus siue Thracius siue Cimmerius. Nam uterq; subiectus est arctino siue booety & plaustro. Ores digna de..ordo est, Lucem pro lux, sic Vergi. Vrbem quam sta..uestra est: pro urbs. Principio noctis roscidæ à ro..qui per noctem spargitur & per diem euanescit: Re..a præmia. s. tua & à te nobis data. Tu lux, quasi of..rat lucernam olei hoc dicit. Lux oculis exterius, lux ..sibus interius: Suscipe lumen lucernā hanc, Tinctū ..guine. i. pingui oleo, sed cū sit unguē omne pingue ..o ungi possumus, ut Persius: Fœnisecæ crasso uitia..nt unguine pultes, addi Chrismatis pacifici, i. olei q̄d ..x oliua concinnatur quæ insigne pacis est, ut supra di..mus: Per te clausula est in oībus petitionibus Chri..anorū consueta. Suscipe inquam ô summe pater: In ..o stat gloria uisibilis, cum sis tu inuisibilis Qui no..t dominus, per redemptionē peculiariter Dominus ..in symbolo confitemur unicum dominum nostrum ..irat paracletum de patrio corde. q. d. ꝙ ipse spirat & ..ter spirat. Per quem, scilicet unigenitum: nam pater ..lii omnia agit: Continuatū regnum, i. regnat & uiuit ..mine triplici. i. personarum trinitate. Texens, id est ..ntinuans: Sęcula sęculis, id est, nō duratione aliqua ..ita: Nam sęculum est spacium cētum annorum, sed ..m dicimus sęcula sęculorum, æternitatem intelli..mus.

HYMNVS ANTE SOMNVM.

Dimetrum Iambicum Anacreonticum Catalecticum ..onocolum Tetrastraphum, constans ex tribus pedi..s & semipede. Primo enim loco habet Iambum uel ..ondæum promiscue, secundo Iambum, tertio Iam..m uel Spondæum, hoc modo.

Adca

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
– – ⏑ – – – ⏑

ADes pater supreme
Quem nemo uidit unquam
Patrisq́; sermo Christe,
Et spiritus benigne,
O trinitatis huius
Vis una, lumen unum,
Deus ex deo perennis,
Deus ex utroq́; missus.
Fluxit labor diei,
Redit quietis hora,
Blandus sopor uiciissim
Fessos relaxat artus.
Mens æstuans procellis.
Curisq́; sauciata
Totis bibit medullis
Obliuiale poclum.
Serpit per omne corpus
Lethæa uis, nec ullum
Miseris doloris ægri
Patitur manere sensum.
Lex hæc data est caducis
Deo iubente membris,
Vt temperet laborem
Medicabilis uoluptas.
Sed dum pererrat omnes
Quies amica uenas,
Pectusq́; feriatum
Placat rigante somno.
Liber uacat per auras
Rapido uigore sensus,
Variasq́; per figuras
Quæ sunt operta cernit.
Quia mens soluta curis

Cui eſt origo cœlum,
Purusq; fons ab æthra
Iners iacere neſcit.
Imitata multiformes
Facies, ſibiipſa fingit
Per quas repente currens
Tenui fruatur actu.
Sed ſenſa ſomniantum
Diſpar fatigat horror,
Nunc ſplendor intererat,
Qui dat futura noſſe.
Plęrunq; diſsipatis
Mendax imago ueris,
Animos pauore mœſtos
Ambage fallit atra,
Quem rara culpa morum
Non polluit frequenter.
Hunc lux ſerena uibrans
Res edocet latentes.
Atqui coinquinatum
Vitijs cor impiauit,
Luſus pauore multo
Species uidet tremendas.
Hoc patriarcha noſter
Sub carceris catena
Geminis ſimul miniſtris
Interpres adprobauit.
Quorum reuerſus unus.
Dat poculum tyranno,
Aſt alterum rapaces
Fixum uorant uolucres.
Ipſum deinde regem
Perplexa ſomniantem,
*Nouit famem futuram
Clauſis cauere aceruis.

Monuit

Mox præsul ac tetrarches
Regnum per omne iussus
Sociam tenere uirgam,
Dominæ resedit aulæ.
O quàm profunda iustis
Arcana, per soporem
Aperit tuenda Christus,
Quàm clara, quàm tacenda.
Euangelista summi
Fidissimus magistri,
Signata quæ latebant
Nebulis uidet remotis.
Ipsum tonantis agnum
De cede purpurantem,
Qui conscium futuri
Librum resignat unus.
Huius manum potentem
Gladius perarmat anceps,
Et fulgurans utrinque
Duplicem minatur ictum.
Quæsitor ille solus
Animæque corporisque
Ensisque bis timendus
Prima ac secunda mors est.
Idem tamen benignus
Vltor, retundit iram,
Paucosque non piorum
Patitur perire æuum.
Huic inclytus perenne
Tribuit pater tribunal,
Hunc obtinere iussit
Nomen, super omne nomen.
Hic præpotens cruenti
Extinctor Antichristi,
Qui de furente monstro

Pulchrum

Pulchrum refert trophæum.
Quam beſtiam capacem,
Populosq́ uorantem,
Quam ſanguinis charybdim,
Ioannes execratur.
Hæc nempe quæ ſacratum
Præferre nomen auſa,
Imam petit gehennam,
Chriſto perempta uero.
Tali ſopore iuſtus
Mentem relaxat heros,
Vt ſpiritu ſagaci
Cœlum peragret omne
Nos nil meremur horum,
Quos creber implet error,
Concreta quos malarum
Vitiat cupido rerum.
Sat eſt quiete dulci
Feſſum fouere corpus,
Sat ſi nihil ſiniſtrum
Vanæ minentur umbræ.
Cultor dei memento
Te fontis, & lauacri
Rorem ſubiſſe ſanctum,
Te chriſmate * innotatum.
Fac cum uocante ſomno Innouati
Caſtum petis cubile,
Frontem, locumq́ cordis
Crucis figura ſignet.
Crux pellit omne crimen,
Fugiunt crucem tenebræ,
Tali dicata ſigno
Mens fluctuare neſcit.
Procul ô procul uagantum
Portenta ſomniorum,

Procul esto peruicaci
Præstigiator astu.
O tortuose serpens,
Qui mille per Mȩandros,
Fraudesq; flexuosas
Agitas quieta corda.
Discede, Christus hic est,
Hic Christus est, liquesce,
Signum, quod ipse nosti,
Damnat tuam cateruam,
Corpus licet fatiscens
Iaceat recline paulum
Christum tamen sub ipso
Meditabimur sopore.

Hymnus ante somnum.

ADes pater supreme. Carmen monocolon, dimetrum, iambicum, catalecticum, constat tribus pedibus & syllaba, cui si altera adderetur esset dimetrum integrum, hymnus hic canitur siue canendus esset anteaq̃ iremus cubitum. Inuocataq; in primis trinitate multa de somno narrat qui cũ datus sit homini à deo immortali ad reparandas corporis & animi uires multa in eo contingunt partim honesta & partim turpia, dicitq; debere nos lecto tradere signatos cruce, ut aduersarius noster diabolus non suggerat nobis aut uigilantibus aut dormientibus uanas imagines &c. Pater supreme, à quo est omnis paternitas in cœlo & in terra, ad Ephesios capite tertio. Quē nemo uidit unquam. Ioan. capite 1. Christe sermo patris, id est, uerbum. Sapientiæ 18. Dum medium silentium tenerent omnia, omnipotens sermo tuus à regalibus sedibus descendit. Spiritus benigne. proprie de spiritu sancto, benignus, quasi bonus, ignis propter amorem. Vis una huius trinitatis, de spiritu sancto loquitur, nam & filius brachiũ dei figurate dicitur, ut Esaiȩ capite 2. Brachium domini cui reuelatum est? Et spiritus

tus sanctus dei appellatus digitus, ut Lucæ capite 11. Si in digito dei eijcio dęmonia, & tamen omnium trium personarum eadem est uis & potestas, lumen unum, quia quanuis filius sit lumen de lumine, ut in symbolo canimus, & ad Hebręos capite 1. qui cum sit splendor patris & figura substantiæ eius & spiritus sanctus sit ignis, hoc est, amor ab utroq; inspiratus: omniū tamen trium unum est lumen. Deus ex Deo, de filio uel spiritu sancto potest dici potius, quia subditur: Deus ex utroq; missus, id est, inspiratus. Labor Dei. quia per diem uigilamus, cum uigilia sit labor, etiam si nihil agamus quemadmodum e diuerso somnus sit quies. Vicissim. quia nunc laboramus nunc quiescimus. Mens æstuans id est, per diem negotijs perturbata & diffusa. Poculum obliuiale, id est, somnum perfusum succo letheo. i. qui obliuionem omniū rerum affert secum unde subdit uis lethea, id est, lethes fluuius inferorū de quo Vergilius in 6. Letheum ad fluuium Deus euocat, & ibidē: Lethei ad fluminis undas securos latices & longa obliuia potant. Serpit per omne corpus. Verg. 1. Aeneid. Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris Incipit, & dono Diuū gratissima serpit. Lex hæc. quoniam dei munere hoc datum est mortalibus. Membris caducis. labore defatigatis. Voluptas medicabilis. id est, uoluptuosa medicina laboris. Quies amica somnus. Oēs uenas, id est, omnia interiora. Placat, mulcet. Pectus feriatum, id est, ociosum & nihil agens, qui per ferias nihil operamur. Rigante somno. Vergilius in primo: At Venus astiano placidam per membra quietem Irrigat Sensus, id est, animi acrimonia, quę homine dormiente uigilat, unde Canticorum 5. Ego dormio, & cor meum uigilat. Per figuras. id est, p phantasmata, quæ sunt rerum quas uigilantes sensimus imagines. Quæ sunt operta. id est, alioqui occulta. Purus fons ab æthra. idē alijs uerbis dicit. Est autem æthra æthrę splendor. Vergilius tertio Aeneid. Et lucidus æthra syderea polus. Fingit sibi facies, id est, phantasmata. Actu tenui, id est, subtili quadam contemplatione. Sed sensa, in dimidio uitæ bonos à malis nihil differre scribit Aristoteles in primo. Et hic, hoc est, in somno, nisi quantum melio-

ra sunt uisa proborum hominum quàm quorũcunque. id nunc dicit Prudentius, quod dispar horror.i.insomnium quod homines terret somniantes. Sensa, pro sensus animi interiores. Splendor intererat .i. lumẽ quoddam occurrit ipsi animo. Qui dat nosse futura, unde ex somno uisis imaginibus, multi prædicunt futura: qualia fuerunt quæ de Ioseph & Danielo legimus. Plerunq; dissipatis, hoc & Aristoteles dicit quod ebrijs & crudis phantasmata perturbantur, & illorum insomnia nihil habent ueritatis. Mendax imago, id est, phantasma nihil significans. Animos mœstos, timentes sibi aliquod inde infortunium. Atra ambage, id est, obscura ænigmate: quod non possunt interpretari: cum nihil, ut diximus significent. Quem rara, id est, qui raro peccat. Nam si dixerimus quod peccatum nõ habemus, nosmetipsos fallimus, quoniam uitijs nemo sine nascitur. Vibrans hunc, id est, irradians & illuminans sic infra ècontrario gladius fulgurans pro uibrans. Impiauit impium & immundum fecit: sicut expiare est mundare sacrificio Species. imagines. Hoc patriarcha. exemplo Ioseph probat quod dixit ex Genesi capite quadragesimo. ordo est: Ioseph noster patriarcha subaudi positus sub catena carceris. Interpres. id est, somniorũ coniector approbauit hoc, id est, uerum esse probauit. Geminis ministris. id est, pincernæ & pistori regis. Quorum unus. scilicet pincerna. Alterum scilicet pistorem. Somniante perplexa ex capite xlj. Quod somnium Pharaonis nemo poterat interpretari, sed Ioseph illud explicauit. Nouit cauere. id est, arcere. Clausis aceruis. scilicet frumenti. Præsul à rege, non solum annonæ, sed & cæteris rebus præfectus, ita ut post regem esset primus. Dixit enim illi Pharao uno tantum regni solio præsidente, & quæ sequuntur. Tetrarches, unus de quatuor regibus dicitur, ut Herodes Tetrarcha, Herodis superioris filius, quia parti quartæ regni erat præfectus, sed hic tantum pro regni particip e posuit, ut Horat.1.serm. Modo reges atq; Tetrarchas Resedit aulæ dominæ, id est, præcedit in aula domini omnium rerum Aegyptiarũ. Tuenda.i.intuenda & uidenda. Quam tacẽda. ut de Paulo qui uidit secreta quę
non

non licet homini loqui. Euangelista S. Ioannes qui per angelum uidit ea quæ in Apocalypsi narrantur. Vidit autem non oculis, sed mente: neq; in somnis, sed uigilans, quanquam Sedulius uidetur innuere quod in somnis uidit Ioannes omnia illa quæ scribit. Hieronymus autem in prologo Apocalypsios ubi tria uisionum genera ponit, hanc Ioannis reuelationem: in qua reuelante angelo uel potius spiritu sancto non tantum figuras spiritu uidit, sed etiam signata mēte intellexit. Remotis nebulis. i. sine ullo impedimento ad contemplandū Quæ latebant signata in libro s. de quo Apocal. cap. 5. Et uidi, inquit, librum scriptum intus & foris, signatū sigillis septē. Ipsum tonātis agnū. i. dei patris filium, q est agnus tollens peccatū mundi. Purpurantē de cęde. de quo subdit euangelista: Et uidi, inquit, agnū stātem tāq occisum habentē cornua septē & oculos septē. Qui resignat. i. aperit. Verg. 4. Aeneid. Et lumina morte resignat, nā sic intelligendū q dat somnos. i. mortē, & adimit dans uitā, & resignat. i. aperit ex morte. Conscium futuri, in quo uētura scripta erant. Gladius anceps, de quo in Apocal. cap. 19. De ore eius procedit gladius ex utraq; parte acutus, ut in ipso percutiat gentes. Fulgurans pro uibrans, sicut supra ė contrario posuit lux serena uibrās, pro fulgurās. Quęsitor p criminū quæstor ut apud Vergil. lib. 6. Aeneid. Quæsitor Minos urnam monet ille silentū, & hoc, qa pater omne iudiciū dedit filio. Bis timēdus. i. anceps, hoc est, ab utraq; parte scindens. Prima & secunda, hoc est, naturalis & per peccatum uenit, de qua Apocalypsis capite 20. Infernus & mors missi sunt in stagnum ignis, hæc est mors secunda. Vltor. criminum uindex tamen benignus, quia misericordia & ueritas obuiauerunt simul, iustitia & pax osculatæ sunt. Retundit. reprimit, neque tantum in nos sæuit, quantum nos peccauimus paucos qui, scilicet sunt immedicabiles. Tribunal perenne. quia illi data est potestas in cœlo & in terra, Matthęi ultimo. & quod paulo ante dixit: Pater omne iudicium dedit filio. Nomen super omne nomen. ad Philippenses cap. 2. Propter qd & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen &c. Extinctor Antichri-

sti quem interfecit Iesus spiritu oris sui, de quo Paulus & Ioannes multa in Apocalypsi. Christo uero, quia Antichristus non est Christus uerus, unde ab anti, quod est pro & Christus dictus est: quasi pro Christo se gerens, Tali sopore, qualis fuit ille Ioseph, ut hic Ioannis. Iustus heros. id est, uir semi Deus, ut dicit Aristoteles septimo Ethycorum. Si ex hominibus fiunt dij propter uirtutem, talem heroicam intelligimus. Relaxat mentem. id est, soluit partem illam qua intelligimus & meminimus, ut contempletur diuina. Vt peragret cœlum, quia ut dicit Cicer. in primo Thuscu. Nulla est tanta uelocitas quæ possit cum animi uelocitate comparari, & illud Thaletis uelocissima mens omnia quum penetret. Sed heroës possunt hoc. Nos, scilicet, qui non sumus tales. Creber error. id est, qui sumus multis perturbationibus inuoluti. Nam quanquam animo sit cœlestis origo, ut dicit Vergilius in sexto Aeneid. In tantum uiget, in quantum non noxia corpora tardant: terníque hebetant artus moribundaq́ue membra hinc metuũt, cupiuntq́ue, dolent gaudẽtq́ue & cæt. Cupido concreta. Vergilius est ibidem. Nec funditus, inquit, omnes corpore excedunt pestes. Penitusq́ue necesse est Multa diu concreta modis dinoscere miris. Sat est. Sensus est, satis est nobis per quietem reficere uires deperditas, & si non meremur diuinam reuelationem, saltem non occurrent nobis insomnia quę nos deludant. Cultor Dei. id est, ô Christiane. Subijsse rorem. id est, fuisse baptizatum, & chrismate inunctum Tenebræ fugiunt. id est, dæmones, quos Paulus uocat potestates tenebrarum. Procul esto præstigiator. id est, diabolus qui per pręstigias deludit homines, maxime in somnis. Tortuose serpens. id est, sinuose, quoniam serpentes ita mouentur sinuando se, Vergilij Aeneid. Sinuantq́ue immensa uolumina terga, idem in quinto. Qualis sæpe uiæ deprehensus in aggere serpens, Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus. Per Mæandros mille, id est, per multiplices flexus & dolos; est autem Mæandrus Cariæ fluuius, qui propterea quod per plana labitur multos facit flexus, unde & res in se reuolutæ & perplexæ Mæandri dicuntur: Vergilius. v. Aeneid.

Aeneid. Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit. Hic Christus lux est, cum tusis tenebræ: quæ non possunt simul esse cum luce. Liquesce. id est, tabesce, siue languesce: ut nil possis contra me. Signum. s. crucis. Damnat tuam cateruam. id est, te atque angelos tuos. Corpus fatiscens. id est, defessum, nã fessus ab eo quod est fatisco deriuatur. Iaceat recline. id est, reclinatum in lecto. Paulo. i. ad breue tempus. Meditabimur Christum non actu quandoquidem dormimus: sed habitu & entelechia: Iuxta illud quod supra diximus: Ego dormio, & cor meum uigilat.

HYMNVS IEIVNANTIVM.

Carmen Monocolon, Iambicum, Senarium, Acatalecticum, locis imparibus habens spondæum, Anapestũ, Iambum, Tribrachum: Paribus uero Iambum, & nonnunquam Anapestum. Eius specimen, si uoles, licebit mutuari ex primo Hymno: Senex fidelis.

O Nazarene dux Bethlem, uerbum patris,
Quem partus alui uirginalis protulit,
Adesto castis Christe parsimonijs,
Festumq; nostrum rex serenus* aspice, accipes
Ieiuniorum dum litamus uictimam.
Nihil hoc profecto purius mysterio,
Quo fibra cordis expiatur* liuidi, niuidi.
Intemperata quo domantur uiscera
A ruina, putrem ne resudans crapulam
Obstrangulatæ mentis ingenium premat.
Hinc subiugatur luxus, & turpis gula,
Vini atq; somni degener socordia,
Libido sordens, inuerecundus lepos,
Variæq; pestes languidorum sensuum,
Parcam subactæ disciplinam sentiunt.
Nam si licenter diffluens potu, & cibo,
Ieiuna rite membra non coërceas,

Sequitur, frequenti marcida oblectamine
Scintilla mentis ut tepescat nobilis,
Animusq́; pigris stertat ut præcordijs
Frenentur ergo corporum cupidines,
Detersa ut intus emicet prudentia,
Sic excitato perspicax acumine,
Liberq́; flatu laxiore spiritus
Rerum parentem rectius precabitur.
Helias tali creuit obseruantia
Vetus sacerdos, ruris hospes aridi,
Fragore ab omni quem remotum & segregem
Spreuisse tradunt criminum frequentiam
Casto fruentem Syrtium silentio.
Sed mox in auras igneis iugalibus,
Curruq́; raptus euolauit præpeti,
Ne de propinquo sordium contagio
Dirus quietum mundus afflaret uirum,
Olim probatis inclytum ieiunijs.
Non ante cœli principem septemplicis
Moses tremendi fidus interpres throni
Potuit uidere, quàm decem recursibus
Quater uolutis sol peragrans sydera
Omni carentem cerneret substantia.
precãti solus Victus * precantis solus in lachrymis fuit,
Nam flendo pernox irrigatum puluerem
Humi madentis ore pressit cernuo,
Donec loquentis uoce perstrictus dei,
Expauit ignem non ferendum uisibus.
Ioannes huius artis haud minus potens,
Dei perennis præcucurrit filium,
Curuos uiarum qui retorsit tramites,
Et fluxuosa corrigens dispendia,
Dedit sequendam calle recto lineam.
Hanc obsequelam præparabat nuncius
Mox affuturo construens iter Deo,

Cliu0

Cliuosa planis, confragosa ut lenibus
Conuerterentur, neue quicquam deuium
Inlapsa terris inueniret ueritas.
Non usitatis ortus hic natalibus,
Oblita lactis iam uieto in pectore
Matris tetendit serus infans ubera,
Nec ante partu de senili effusus est,
Quàm prædicaret uirginem plenam deo
Post in patentes ille solitudines,
Amictus hirtis bestiarum pellibus,
Setis ve tectus, hispida & lanugine,
Secessit, horrens inquinari, & pollui
Contaminatis oppidorum moribus,
Illic dicata parcus abstinentia
Potum, cibumq; uir seueræ industriæ
In usq; serum respuebat uesperum,
Parum locustis & fauorum agrestium
Liquore pastum corpori suetus dare.
Hortator ille primus, & doctor nouæ
Fuit salutis, nam sacrato in flumine
Veterum piatas lauit errorum notas,
Sed tincta postquam membra defecauerat
Cœlo refulgens influebat spiritus.
Hoc ex lauacro labe dempta criminum,
Ibant renati non secus quàm si rudis
Auri recocta uena pulchrum splendeat
Micet metalli siue lux argentei,
Sudum polito prænitens purgamine.
Referre prisci stemma nunc ieiunij
Libet, fideli proditum uolumine,
Vt diruendæ ciuitatis incolis
Fulmen benigni mansuefactum patris
Pie repressis ignibus pepercerit.
Gens insolenti præpotens iactantia
Pollebat olim, quam fluentem nequiter

Corrupit

Corrupta uulgo soluerat lasciuia,
Et inde bruto contumax fastidio,
Cultum superni negligebat numinis.
Offensa tandem iugis indulgentiæ
Censura, iustis excitator motibus,
Dextram perarmat rhompheali incendio,
Nimbos crepantes, & fragosos turbines
Vibrans, tonantum nube flammarū quatit.
Sed pœnitendi dum datur diecula,
Si forte uellent improbam libidinem,
Veteresq; nugas condomare, ac frangere,
Suspendit ictum terror exorabilis,
Paulumq; dicta substitit sententia.
Ionam Prophetam mitis ultor excitat,
Pœnæ imminentis iret ut prænuncius:
Sed nosset ille cum minacem iudicem
Seruare malle, quam ferire, ac plectere
Tectam latenter uertit in Tharsos fugam.
Celsam paratis pontibus scandit ratem,
Vdo reuincta fune puppis soluitur.
*Itur per altum, fit procellosum mare, — Iter
Tunc causa tanti quæritur periculi,
Sors in fugacem missa uatem decidit.
Iussus perire solus è cunctis reus,
Cuius uoluta crimen urna expresserat,
Præceps rotatur, & profundo immergitur,
Exceptis inde beluinis faucibus,
Alui capacis uiuus hauritur specu.
Transmissa raptim præda, cassos dentium
Eludit ictus, incruentam transuolans
Impune linguam, ne retentam mordicus,
Offam molares dissecarent *uiuidi. — uiuidi,
Os omne transit, & palatum præterit.
Ternis dierum, ac noxium processibus
Mansit ferino deuoratus gutture,

Errabat

Errabat illic per latebras uiſcerum,
Ventris receſſus circumibat tortiles
Anhelus, extis intus æſtuantibus.
Intactus exin tertiæ noctis uice,
Monſtri uomentis pellitur ſingultibus,
Qua murmuranti fine fluctus frangitur
Salſosq́; candens ſpuma tundit pumices,
Ructatus exit, ſeq́; ſeruatum ſtupet.
In Niniuitas ſe coactus percito
Greſſu reflectit, quos ut increpauerat
Pudenda Cenſor imputans opprobria,
Impendet, inquit, ira ſummi uindicis,
Vrbemq́; flamma mox cremabit, credite.
Apicem deinceps ardui montis petit,
Viſurus inde conglobatum turbidæ
Fumum ruinæ, cladis & diræ ſtruem,
Tectus flagellis*multinodi germinis, multimodi
Nato & repente perfruens umbraculo.
Sed mœſta poſtquam ciuitas uulnus noui
Hauſit doloris, heu ſupremum palpitat,
Curſant per ampla congregatim mœnia
Plebs, & ſenatus, omnis ætas ciuium,
Pallens iuuentus, eiulantes fœminæ,
Placet frementem publicis ieiunijs
Placare Chriſtum, mos edendi ſpernitur
Glaucos amictus induit monilibus
Matrona demptis, proq́; gemma, & ſerico
Crinem fluentem ſordidus ſpargit cinis.
Squalent recincta ueſte pullati patres,
Setasq́; plangens turba ſumit textiles,
Impexa uillis uirgo beſtialibus,
Nigrante uultum contegit uelamine,
Iacens harenis & puer prouoluitur.
*Rex ipſe, Chaos æſtuantem murices
Lena reuulſa diſſipabat fibula Chios

Gemmas

Gemmas uirentes, & lapillos futiles,
Insigne frontis exuebat uinculum
Turpi capillos impeditos puluere,
Nullus bibendi nemo uescendi memor,
Ieiuna mensas pubes omnis liquerat,
Quin & negato lacte uagientium
Fletu madescant paruulorum cunulæ,
Succum papillæ parca nutrix denegat.
Greges & ipsos claudit armentalium
Solers uirorum cura, ne uagum pecus
Contingat ore rorulenta gramina,
Potum strepentis neve fontis hauriat
Vacuis querelæ personant præsepibus,
Mollitus his, & talibus, breuem deus
Iram refrenat, temperans oraculum,
*Prosper sinistrum, prona nam clementia
Haud difficulter supplicem mortalium
Soluit reatum, fitq; fautrix flentium.
Sed cur uetustæ gentis exemplum loquor?
Pridem caducis cum grauatus artubus
Iesus dicato corde ieiunauerit,
Prænuncupatus ore qui prophetico
Emanuel est, siue nobiscum deus.
Qui corpus istud molle naturaliter
Captumq; laxo sub uoluptatum iugo
Virtutis arcta lege fecit liberum
Emancipator seruientis plasmatis,
Regnantis ante uictor & cupidinis.
In hospitali nanq; secretus loco
Quinis diebus octies labentibus,
Nullam ciborum uindicauit gratiam,
Firmans salubri scilicet ieiunio
Vas appetendis imbecillum gaudijs.
Miratus hostis posse limum tabidum
Tantum laboris sustinere ac perpeti,

Propter habēt nonnulli ueteres codices tā̄q ꝓpere dicas.

Explorat

Explorat arte ſciſsitator callida
Deus ne membris ſit receptus terreis,
Sed increpata fraude, poſt tergum ruit.
Hoc nos ſequamur quiſq; nunc pro uiribus
Quod conſecrati tu magiſter dogmatis
Tuis dediſti Chriſte ſectatoribus,
Vt cum uorandi uicerit libidinem,
Late triumphet imperator ſpiritus.
Hoc eſt quod atri liuor hoſtis inuidet,
Mundi poliq; quod gubernator probat,
Altaris aram quod facit placabilem,
Quod dormientis excitat cordis fidem,
Quod limat ægram pectorum rubiginem.
Perfuſa non ſic amne flamma extinguitur,
Nec ſic calente ſole tabeſcunt niues,
Vt turbidarum ſcabra culparum ſeges
Vaneſcit almo trita ſub ieiunio,
Si blanda ſemper miſceatur largitas.
Eſt quippe & illud grande uirtutis genus,
Operire nudos, indigentes paſcere,
Opem benignam ferre ſupplicantibus,
Vnam, paremq; ſortis humanæ uicem
Inter potentes atq; egenos ducere.
Satis beatus quiſq; dextram porrigit,
Laudis rapacem, prodigam pecunię,
Cuius ſiniſtra dulce factum neſciat,
Illum perennes protinus complent opes,
Ditatq; fructus fœnerantem centuplex.

Hymnus ieiunantium.

O Nazarene. Carmen eſt, quale illud, Senex fidelis, canendum à ieiunantibus. Multa de ieiuniorum laudibus narrat, & quantum conferant ad animi uires erigendas atq; è diuerſo carnis libidinem domandam affertq; in exemplum Heliæ, Moſis, Ioannis

nis Baptistę,niniuitarum & tandem Christi ieiunium, cui adiũgit eleemosynam in pauperes. Itaq; in primis Christum inuocat,quasi ieiunij suo ieiunio sanctificatorem:O Nazarene dux Bethleem,duplex patria tangitur,in qua conceptus & nutritus,& in qua natus est, additur etiam ex euãgelio Capharnaum,ut dicit Hieronymus signorum Domini familiaris.Dux Bethleem ad illud respicit quod Matthæus scribit capite 2.citans testimonium Micheæ prophetæ ex capite 5. Et tu Bethleem terra Iuda,nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux qui reget populum meum Israel.Castis parsimonijs.id est,ieiunijs quę nos castos faciũt, sed parsimoniam posuit pro parco cibo, sicut & hymnographus quoque cecinit, Potus cibiq; parcitas. Rex serenus,id est,uultu placido & fauenti.Festũ nostrum,id est,ieiuniũ quo nos alicui festo præparamus, uel ipsum ieiunium per se festum uocat,ut in sequenti hymno,soluimus festum fruimurq; mensis.Litamus uictimam, quoniam in ieiunio nosmetipsos sacrificamus deo.Mysterio.id est,mystico sacrificio. Fibra cordis liuidi. id est, peccato coinquinati, sed fibra potius de iecore q̃ decorde dicitur.Ne aruina.id est,nimius luxus,qui per ruinam, hoc est,pinguitudinem designatur.Resudans etapulam.id est,uinum,quod,ut ait Hieronymus despumat in libidinem. Mentis obstrangulatæ.id est, quam strangularet si nimio cibo & potui indulgeremus.Hinc ex ieiunio. Luxus.omniũ rerum superfluitas.Gula uini.quia illa præcipue menti nocet Socordia somni.id est,quę sequitur ebrietate.Degener quæ facit homines degenerare. Lepos inuerecundus. id est,uerba impudica dum uolumus uideri lepidi. Variæ pestes. ita proprie appellantur peccata animi pestes. Sentiunt.id est,dolenter recipiunt,nam de sensu qui est cum dolore intelligit,quod incõtinentibus cõtingit.Diffluens.tu redundans.Scintilla.igniculus ille animi, nobilis mentis, ex origine quam ut sæpe ex cœlo duxit.Marcida oblectamur,id est,languens uoluptatibus. Tepescat.refrigescat ex ingenito illo calore Prudentia detersa. id est,anima rationalis mundata. Sic. scilicet per ieiunia. Spiritus perspicax. id est, qui

omnia

tia perspicit cũ ex ieiunio excitatur. Liberq; flatu laxiore. i cũ arctaretur ex nimio cibo & potu: ex illa angustia liberabitur per ieiuniũ, & utetur liberiori spacio. Helias uetus sacerdos. i. propheta. Tali obseruãtia. i. obseruatione ieiunij. Hospes ruris aridi. nã fugiens impotentiã Iezabel, ut legimus in 3. Reg. cap. 9. Profectus est in desertũ uiã unius diei cũ comedisset panẽ subcinericium ab angelo monstratũ, ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus usq; ad montem dei in Oreb, ubi mansit in spelunca. Fragore. strepitu hominũ. Frequentiam criminum. i. ubi frequentantur crimina. Silentio syrtium. i. deserti ubi nõ magis est habitatio q̃ in syrtib⁹ Aphricæ. Sed mox raptus. hic raptus in 4. lib. Reg. cap. 2. legitur: Igneis iugalib⁹, ecce, inquit, currus igneus & equi ignei diuiserunt Heliam & Eliseum. Afflaret. coinquinaret. Non ante. idem confirmat Mosis exẽplo, de quo Exod. 34. in calce. Ingressus, inquit Moyses, mediũ nebulæ, ascendit in montẽ, & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Cœli septemplicis. i. septẽ planetarum, quid non & aliorum globorũ? Decem recursibus. i. dierum reuolutionibus. Quater, hoc est, quadraginta dieb⁹. Ioãnes s. præcursor domini. Huius artis. i. uirtutis, hoc est, ieiunij. Curuos uiarũ tramites, ex eo quod scribit Marcus in principio sui euangelij citans illud ex Esaia cap. 40. Vox clamãtis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Retorsit. id est ex curuitate in rectitudinẽ reduxit. Dispendia. i. uiarum ambages. Dedit lineã. i. iter rectũ. Calle recto, sed angusto, quoniã arcta est uia q̃ ducit ad uitã. Nuncius. Ioãnes quẽ Malachias cap. 3. appellat sic: Ecce ego mitto angelum meũ, qui præparabit uiã tuã ante te. Hanc obsequelã. i. obsequiũ siue ministeriũ. Consternẽs iter. i. sternens uiã. Deo affuturo, Christo paulo post uenturo. Vt cliuosa, ex eo quod scripsit Esaias cap. 40. Erũt praua in directa, & aspera in uias planas. Leuibus. i. planis & nõ asperis. Veritas illapsa. i. Christus de cœlo descendens, qui dixit: Ego sum uia, ueritas & uita. Hic ortus s. Ioannes. Non usitatis, quia ex patre sene & matre anu. Tetendit ubera. q̃a repugnantibus ubera distendũtur

Oblita lactis. id est, quæ & propter ætatẽ & propter desuetudinem erant sicca. In pectore uieto. id est lãguido & viribus destituto, uiere apud antiquos erat uiuare. Teren. in Eunucho. Vietus, ueternosus, &c. Prædicaret cum exultauit gaudio infans in utero matris. Lucæ. i. Pellibus hirtis. bestiarum. id est. camelorum Marc. ca. i. & Matth. iij Et erat Ioannes uestitus pilis camelorũ, & zona pellicea circa lumbos eius, & locustas & mel syluestre edebat. Horrens, timens. Oppidorũ moribus, oppidanorũ, unde & de illo dixit saluator noster qui mollibus uestiuntur, in domibus regũ sunt, &c. Dicata abstinentia. i. ieiunio dedicato. Hortator, prædicãs, pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnũ cœlorũ. Matt. 3. Sacrato in flumine, in Iordane. Veterũ errorũ notas. .i. maculas: quod uero habetur pietas mendũ est, & nescio an debeat legi uietus ut supra, in pectore uieto, uel pietas interiectiue positũ est: ut apud Vergi. vi. Aeneid. Heu pietas, heu prisca fides. Quod uero dicit lauit, quomodo debeat intelligi uide. nam baptisma Ioannis nõ abluebat peccata, & quod sequitur, quod descẽdebat spiritus sanctus, de solo Christo legitur, cum fuit baptizatus à Ioãne ꝙ descendit spũs sanctus in specie colũbæ uel potius uelut columba. Vena auri recocta. i. balnea igni purgata nã ita per recoctionẽ aurum purgatur, fit obrizũ. Lux metalli argentei. i. splẽdor argẽti, quia nec uena est aurũ, nec argẽtum metallũ: sed eruũtur ex uena siue metallo. Purgamine polito. i. poliente. Sudũ. i. clarũ & serenũ, & positũ nomen pro aduerbio sudũ pro sude sicut pulchrũ pro pulchre, sic Ver. Toruumq; repẽte ꝓclamat, & sedet ęternumq; sedebit. pro torue & eterne. Referre, prosequitur de ieiunio Niniuitarum. Stẽma. i. nobilitatẽ & laudẽ ductã ab antiquitate. Proditũ. i. literis mandatũ. Volumine fideli, in Iona propheta qui est ex sacro canone. Vt diruẽdę, ordo est. Vt. i. qũo, flumẽ benigni patris. i. ira ex bonitate dei placata. Pepercerit incolis, habitatoribus Niniue. Repressis ignibus, aut quod igne uastaturus erat urbẽ aut quia hoc nõ legitur in prędicto libro, sed quod erat euersurus exponendum, potius ut suprà ignibus pro furore siue ira. Gens præpotẽs, Lucan. Et felix sic fama minus.

minus. Fluentẽ nequiter, i. lapsam in libidinẽ. Lasciuia corrupti, i. ipsi corrupti per lasciuiã. Soluerat dissolutã fecerat. Vulgo, i. cõmuniter & passim, sine differentia personarũ. Contumax, rebellis. Fastidio bruto, i. superbia bestiali. Tandem post multa illorũ ciuium crimina Censura indulgentię iugis, i. deus censor indulgentissimus iugiter, nã indulgẽtia proprie est patrũ in filios mollis & delicata educatio, ut dicit Quintil. Offensa illorũ uitijs. Excitatur motibus iustis, i. iusta ira ad puniendum illos. Incendio rhomphe ali, exponendum ut supra, id est, ense illo de quo Gene. capi. iij. Collocauit ante paradisum uoluptatis Cherubim, & flammeũ gladium atque uersatilem, est enim romphea Græce Latine gladius siue framea. Vibrans, nymbos crepantes, id est, sonoros & cum fragore uenientes. Flammarum tonantum, id est, fulminum quæ cum erumpunt, tonant nubibus ruptis. Sed pęnitẽdi, ordo est. Sed terror exorabilis, id est, deus minis territans: qui tamẽ potest exorari, hoc est, ab illo uenia impetrari. Suspendit ictum, id est, continuit manum neq; misit fulmẽ paratũ. Diecula pœnitendi, id est, in qua pœnitentiam agerent. Et sententia dicta, id est, iam lata. Substitit, id est, cessauit, paruo tempore, scilicet uno die. Vltor mitis, sicut supra fulmen mansuetum. Vertit in Tharsos fugam, uidetur significare quam scriptura uocat Tharsis esse Tharsum ciuitatem Ciliciæ: septuaginta tamen quibus assentitur Hieronymus Carthaginem interpretantur. Pontibus, quos uulgus appellat scalas, & omnia quæ sequuntur patent ex lectione ipsius prophetę. Vrna uas in quo iaciuntur sortes. Vergil. in vi. Stat ductis sortibus urna. Beluinis, balenæ. Præda, i. Ionas, qui ita uocatus est ac si esset balenæ cibus. Transmissa, id est, transglutita subito. Eludit ictus, quia non fuit dentibus læsa. Linguam, a qua etiam non est læsa, quod fecit Deus. Ne molares uiuidi, id est, acuti. Dissecarent mordicus, id est, morsu, siue mordendo. Offam, id est, carnem. Retentam, id est si inter dentes, & linguam fuisset retenta. Transit & præterit, nulla in oris inanitate facta mora. Ternis processibus pro tribus spatijs more poëtico, posito distributiuo pro numerali,

ut Vergilius primo Aenei. Bina manu lato crispans hastilia ferro. Per latebras, per tubos, hoc est, laryngam & uentrem. Recessus tortiles, id est, penetralia curua. Anhelus extis æstuantibus. q̃a cũ balenæ intestina æstuarent, necesse erat prophetam anhelare. Exin, deinde. Vice tertiæ noctis, i. cum aduenisset nox tertia postq̃ fuit deuoratus: uice autem noctis dixit, quia nox & dies inuicem sibi succedunt, unde illud Cauij: Vicissitudines noctium faciunt dies alacriores. Qua fluctus. descriptio est littoris. Qua. id est, ea parte maris qua fluctus frangitur. Fine murmuranti. id est, in termino maris, ubi fit murmur ex collisione undarũ ad saxa, nam in mari summo non fit talis fragor. Pumices salsos, id est, saxa cauernosa ex salsedine aquæ illisæ. Vergilius: Dulces latebroso in pumice nidi. Percito gressu ueloci. Censor s. Ionas quasi censor, id est, magister morum. Imputans, id est, cum reprehensione cõmemorãs. Impendit. id est, instat & imminet super uos. Apicem, uerticem. Fumum ruinæ, id est, urbis euersæ. Et struem pro stragẽ. Tectus, id est, adumbratus. Flagellis. flagella sunt summæ arborum partes, dicta ab eo quod uento flagellantur, ut ait Seruius in illud Verg. secundo Georgicorum: Neve flagella Summa pete, aut summã defringe ex arbore plãtas. Germinis multimodi. i. plãtæ illius effusę in multos ramos, sed quę fuerit illa plãta dubium est, Hieronymus hederam interpretatur, alij cucurbitam fuisse dicunt, Hebræi neutrum esse dicũt, sed suffruticem palestinæ familiarẽ, quod cica ion apud illos dicatur uulnus doloris, quod ex pœnitentia sequebatur. Palpitat supremũ, id est, tremit ad morientium similitudinem, quorum membra non mouentur sed palpitant, & posuit supremum nomen pro aduerbio. Christum, id est, Deum, ut supra diximus per Prolepsim. Mos edendi, id est, consuetus cibus. Glaucos, uirides quod in luctu etiam hodie in Italia faciunt, ut lugentes utantur uestibus eius coloris tendentis in nigrorem, & quæ ferè imitentur cupressos. Vergilius tertio Aeneid. Stant manibus aræ ceruleis mœstæ uittis atraq; cupresso. Pullati patres, id est, uestibus nigris induti. Iuuenalis: Horrida mater Pullati proceres. Re-

cincta

cincta ueste. quod etiam in summo luctu scribit Vergilius in quarto Aeneid. fecisse Dido. Vestes, inquit, in ueste recincta testatur moritura deos. Setas textiles, id est, cilicium quod texitur ex uillis caprarum. Vergilius tertio Georgicorum: Setas intensaq́; menta cinipij tondent hirci. Velamine nigrante, sicut in nuptijs utebantur flammeolo. Rex ipse Niniuitarum. Lænam uestem preciosam. Aestuantem murices, id est, purpuras quæ imitantur flagrantem ignem. Vergilius in quarto Aeneid. Tyrioq́; ardebat murice læna. Coos à Co insula prope Rhodum, unde uestes coæ dictæ. Ouidi. Hinc & auaritiæ causas & Coa puellis Vestis & erubro lucida concha gemma. & Propertius: Et tenue Coa ueste mouere sinus. Fibula, zona qua uestes cinguntur. Gemmas uirentes. Smaragdos. lapillos sutiles, uniones & margaritas dicit, quæ ideo terebrantur, ut uestibus attiaris insuantur. Vinculum frontis, id est, coronam ex gemmis & margaritis constructam. Vergilius primo Aeneid. Et duplicem gemmis auroq́; coronam. Nux parca, denegans succum infantibus. Rotulenta. gramina. Vergilius: Cum ros intenta pecori gratissimus herba est. Potum. Idē: Nulla neq́; amnem libauit quadrupes, Nec graminis attigit herbā. Vacuis. manibus & sine pabulo. Iram breuem, quia ira furor breuis est, ut dicit Horatius in 1. episto. & Psalmographus: Nunquid irascitur p singulos dies. Prosper, prosperitatē afferēs. Oraculū, q̄d per prophetā iussit prædicari. Reatū, cuius erant rei. Fit fautrix. i. fauet. Sed cur uetustæ, quasi dicat: Cum habeamus exempla recentiora: omittamus antiqua. Pridem, non multo tempore ante annos circiter trecentos. Grauatus artubus, qui & itinere defatigabatur, & sitiebat ad puteum, & esuriebat in deserto. Dicato corde. i. ad hoc ieiunium sacrum dedito. Ore prophetico. scilicet Esaię, qui dixit capite 7. Ecce uirgo cōcipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Qui s. Emanuel. i. sumpta carne factus homini familiaris. Arcta lege uirtutis. i. prædicans uirtutis uiā quæ arcta est & difficilis. Fecit liberū. i. à seruitute peccati liberauit. Corpus molle naturaliter. id est, ad mollitiem & uoluptatem procliue. Iugo laxo. non arcto,

quale est uirtutum, sed laxo, quia lata est uia quæ ducit ad perditionem. Emancipator. i. assertor & uindex plasmatis seruientis. i. hominis sub iugo peccati existẽtis. Cupidinis regnãtis ante. s. q̃ nostram carnem sumeret. Loco inhospitali, id est, in deserto. Quinis octies. i. quadraginta. Vindicauit. i. sibi assumpsit. Gratiam ciborum. i. suauitatem. Firmãs, confirmãs & firmũ faciẽs Vas imbecillum. i. corpus quod est quasi animi uas, unde apostolus, Sciẽtes unusquisq; suũ uas possidere. Imbecillũ. i. fragile alioquin & pronũ ad uoluptates quæ ut ait Arist. nobis cognatæ sunt. Limũ tabidum. i. hominem ex luto factũ atq; ex cõsequẽti mortale. Explorat, inquirit & tentat post tergum, cum dixit illi Christus: Vade retro satana, & c. Quisq; pro uiribus: Vergilius, Quisq; uiri. Liuor hostis atri. i. diabolus liuidus & inuidus, inuidet in nobis, cum uidet nos ieiunãtes. Probat, approbat & laudat. Aram altaris. i. deum propter quẽ placãdum facimus sacrificium. Limat rubiginẽ. i. abstergit peccati sordes. Perfusa, illud quod de eleemosyna scribitur, sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum, de ieiunio posse uerius dici putat autor, nihilominus tamen illã ieiunio adiungit. Seges scabra. i. spinosa & aspera quę nõ sinit bonum semen crescere. Vanescit, intermoritur. Largitas blanda id est, inite opus misericordiæ, est quippe, misericordię opera adiungit ieiunio. Inter potentes egenos ducere id est, putare omnes homines natura esse æquales, atq; ut ait Iuuenalis, paribus constare elementis. Non ut fœmina illa arrogans & immitis apud eundem clamat, ô demens, ita seruus homo. Laudis rapacẽ. id est, auaram gloriæ. Cuius sinistra. ad illud ex Matthæo cap. vj. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera. Illum fœnerãtem qui dat simplum, ut accipiat centuplum, ex Matthæo capite xix. Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, centuplum accipiet.

HYMNVS POST IEIVNIVM.

Carmen sapphicũ, endecasyllabũ, constans trochæo, spondæo, dactylo, & duobus trochæis, hoc modo:

– ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ – ∪

Quartus

Quartus uero quisque adonius est, constans dactylo & spondæo, hoc modo:

– ∪ ∪ – –

CHriste seruorum regimen tuorum,
Mollibus qui nos moderans habenis,
Leniter frenas, faciliq́ꝫ septos
Lege coërces.
Ipse cum portans onus impeditum
Corporis, duros tuleris labores,
Maior exemplis, famulos remisso
Dogmate palpas.
Nona summissum rotat hora solem,
Partibus uix dum tribus euolutis,
Quarta deuexo superest in axe
Portio lucis.
Nos breuis uoti dape uindicata
Soluimus festum, fruimurq́ꝫ mensis
Adfatim plenis, quibus imbuatur
Prona uoluptas.
Tantus æterni fauor est magistri,
Doctor indulgens ita nos amico
Lactat hortatu leuis obsequela ut
Mulceat artus.
Addit & nequis uelit inuenusto
Sordidus cultu lacerare frontem,
Sed decus uultus capitisq́ꝫ pexum
Comat honorem.
Terge ieiunans, ait, omne corpus,
Neve subducto faciem rubore
Luteus tingat color, aut notetur
Pallor in ore.
Rectius læto tegimus pudore,
Quicquid ad cultum patris exhibemus,

Cernit occultum Deus, & latentem
Munere donat.

fano Ille ouem morbo residem, gregiq́
Perditam*sanat male dissipantem
Vellus ad fixis uepribus per hirtæ
Deuia syluæ.

Impiger pastor reuocat, lupisq́
Gestat exclusis humeros grauatus,
Inde purgatam reuehens aprico
Reddit ouili.

impexis Reddit & pratis, uiridiq́ campo
Vibrat*implexis ubi nulla lappis
Spina, nec germen sudibus perarmat
Carduus horrens.

Sed frequens palmis nemus, & reflexa
Vernat herbarum coma, tum perennis
Gurgitem uiuis uitreum fluentis
Laurus obumbrat.

Hisce pro donis tibi fide pastor,
Seruitus quæ nam poterit rependi?
Nulla compensant precium salutis
Vota precantum.

Quamlibet spreto sine more pastu
Sponte confectos tenuemus artus,
Teq́ contemptis epulis rogemus
Nocte dieq́.

Vincitur semper minor obsequentum
Cura, nec munus genitoris æquat,
Frangit, & cratem luteam laboris
Grandior usus.

Ergó ne limum fragilem solutæ
Deserant uires, & aquosus albis
Humor in uenis dominetur, ægrum
Corpus eneruans.

Laxus, ac liber modus abstinendi

Ponitur

Ponitur cunctis neque nos seuerus
Terror impellit, sua quenque cogit
Velle potestas.

Sufficit quicquid facias uocato
Numinis nutu prius inchoare,
Siue tu mensam * renuas cibumq́;
Sumere tentes.

* renoues

Annuit dexter deus, & fecundo
Prosperat uultu uelut hoc salubre
Fidimus nobis fore, quod dicatas
Carpimus escas.

Sit bonum supplex precor, & medelam
Conferat membris, animumq́; pascat
Sparsus in uenas cibus obsecrantum
Christicolarum.

Hymnus post ieiunium

CHriste seruorum. Carmen sapphicum mixtum adonico. Canitur post solutum ieiuniũ hoc est post cœnam ieiunantium, canitur hic hymnus hora nona: quãdo ieiunium soluitur, hoc est, tempore cœnę. In quo primo dicit quãta indulgentia Deus Christianos tractet qui sub lege astrictis tamen habenas laxas dat permittendo illis, ut largiori cibo ieiunia soluant & faciem lauent, quanto præterea nos amore prosequatur ex eo demõstrat: quod relictis nonagintanouem ouibus hominem perditum quæ sunt deoq́; restituit pro quibus beneficijs gratias à nobis agendas esse dicit. Regimen pro rector. Frenas leniter ex eo quod euangelista scribit. Matthæi xi. Iugum meum suaue est & onus meum leue. Lege facili. non qualis fuit uetus quę iubebat ex talione pœnas luere, hoc est, oculũ pro oculo, manum pro manu. Ipse cum portans. Ordo est, cum tu ipse maior exemplis, uel maior. i. magister, uel potius maior quia omnia quæ nobis præcepit facere ipse maiorem in modum fecit & subijt omnes labores humanos ut nobis esset exemplo. corpus impeditũ, & quod animo potius est impedimento quàm auxilio.

Palpas

Palpas famulos.id est,blandiris illos molliter tractās, Iuuenalis:Quem munere palpat charus.Dogmate remisso.i.nō rigido,sed molli.Nona hora qua antiquiores soliti erant soluere ieiunium.Partibus tribus.subaudi ex quatuor, in quas dies diuiditur, quemadmodum &nox in quatuor uigilias,prima,tertia,sexta,nona.Nos soluimus festum,id est,ieiunium ut in superiori hymno,Festumq; nostrum rex serenus aspice. Breuis uoti.i.quod uouimus in obsequiū.Dape uindicata, id est,accepta. Imbuatur uoluptas.i. impleatur fames, quam euacuando sequitur uoluptas cū ipsa dolorē potius afferat,pronam appellat.i.ad quam sumus natura proni,ex Arist.ut diximus supra.Fauor magistri.id est ita fauet nobis q nō prohibet nos uesci cibo sufficienti.Sed indulgens.i.molliter & delicate nos educās, qa significat indulgere, ut supra diximus. Lactat nos. id est,nutrit quasi infantes lacte.Vt obsequela.id est,nos illi obsequentes mulceamus,id est,reficiamus membra ieiunio debilitata. Addit.subaudi ad superiora Ne qs uelit macerare frontem,ex eo quod scribitur Matthæi cap.6.Cū ieiunatis,nolite fieri sicut hypocritæ tristes. exterminant enim facies suas,ut uideātur hominibus ieiunantes.Est autem exterminare extra terminos ponere qd faciunt qui se ultra modum macerant.Inuenuste turpiter,quia uenustum est pulchrū.Sed comat decus uultus.i.ornet faciē,& exhilaret illam,ex eo quod dixit.Tu aūt cū ieiunas unge caput tuū oleo,& faciem tuā laua. Et comat honorē pexū capitis.i.ornet caput & pectat illud, unde caput maneat pulchrū,nā honor hic pro pulchritudine ponitur, ut apud Verg.1.Aenei. Et lætis oculis afflarat honores. Color luteus.i.pallidus. Tingat faciem,subducto rubore puta suffitu cymini, unde Horatius: Quod si pallerem casu biberem ex angne cyminum.i.quod sanguinē extingit,ex quo robur constat.Lęto pudore.id est,rubore quoniā quos pudet rubent,unde pud r pro rubore & ecōtrario rubor pro pudore,nā ut dixit Dio. ille est color uirtutis Cernit occultū deus, ex eo quod ibidem scribitur.Pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Ille ouem quantus sit,amor dei erga nos ostēdit, q relictis nona

ginta

gintanouē ouibus.i.nouē ordinibus angelorū hominem deperditū profectus est quæsitum ex eo q̃d scribitur Matth.16. Si fuerint alicui centū oues, & errauerit una ex eis, nónne relinqt nonaginta nouē? ouē morbo desidē.i.tardā & pigrā, qualē Verg.lib.3.Geor.describit, q̃ procul aut molli succedere sæpius umbræ Videris aut summas carpētē ignauius herbas. Extremamq́ꝫ sequi aut medio procūbere cāpo, Pascentē & seræ solam decedere nocti Continuo culpam ferro cōpesce. Gregiq́ꝫ perditā.i.à grege aberrantē. Exclusis lupis.fugatis Gestat humeros grauatus.i.ouē humeros grauantem. Purgatam s.sentibus. Ouili aprico.ecclesię aut beatorū numero. Campo uiridi.id est,paradiso. Vbi nulla spina.quæ scilicet ouium uellera imo & cutem lædat. Vibrat. crispatur. Implexis lappis. id est, inuolutis illis herbis, de quibus Vergil. primo Georgicorum: Subit aspera sylua,lappæq́ꝫ tribuliq́ꝫ. Sudibꝰ perarmat.id est, spinis erectis in modum sudium. Iuuenalis: Erectas in terga sudes. Carduus horrens.hirtus spinis. Vergilius: Segnisq́ꝫ horrerēt in aruis carduus. Coma herbarum. id est, folium emittit flores. Obumbrat. id est,incūbit fluuio uitreo,id est,pellucido & transparenti. Fluentis uiuis.id est, mobilibus & ex aqua natura scaturienti, ut Vergilius: Viuoq́ꝫ sedilia saxo. Compensant.exęquare possunt. Quamblibet.sensus est, q́ quantumcunque nos ieiunio maceremus,& oremus die noctuq́ꝫ.omnia beneficijs diuinis sunt minora. Minor cura uincitur, id est,omne illud quod curamus. Frangit ad cratem. Sed inquit,quanquam ita sit,si nos ultra modum maceremus, dissoluetur hoc figmentum. Grandior usus laborum,quia nimium utendo testaceo uase aliquando frangitur,& ita corpus nostrum quod est ex luto compositum. Cratem.quæ ex uirgis contexitur,hic pro figulino opere ponitur. Humor aquosus,qa uentre uacuo, confluent eo humores, quare cibus esurientibus imperatus. Laxus & liber.i.solutus, & ut ad saturitatem edamus, sed non ad satietatem. Neq; terror seuerus.id est,Deus seuerus & terrens, Impellit nos id est, cogit nos, subaudi ultra modum à cibo continere. Sua potestas cogit quenque uelle. id est, ut quisque ue-
lis

lit secundum suam possibilitatem. Sufficit, iuxta illud apostoli, Quicquid facitis in nomine domini nostri Iesu Christi facite. Hoc salubre. s. quod carpimus escas, &c. animum pascat, quia ex salubritate corporis sequitur animi libera contemplatio.

HYMNVS OMNI HORA.

Carmen Trochaicum, tetrametrum, monocolon, tristrophon, catalecticum: Paribus locis habet trochęum, Spondęum, & nonnunquam Anapestum: Imparibus Trochæum, Tribrachum, & Dactylum, hoc modo:

– u – – – u – –

– u – u – uu

DA puer plectrum, choreis
Vt canam fidelibus
Dulce carmen, & melodum
Gesta Christi insignia,
Hunc camœna nostra solum
Pangat, hunc laudet lyra.
Christus est, quem rex sacerdos
Ad futurum protinus
Infulatus concinebat
Voce, chorda, & tympano,
Spiritum cœlo influentem
Per medullas hauriens.
Facta nos etiam probata
Pangimus miracula,
Testis est orbis, nec ipsa
Terra, quod uidit, negat
Comminus deum docendis
Proditum mortalibus.
Corde natus ex parentis
Ante mundi exordium,

Alpha & ω cognominatur,
Ipse fons & clausula
Omnium, quæ sunt, fuerunt,
Quæq; post futura sunt.
Ipse iussit, & creata,
Dixit ipse, & facta sunt,
Terra, cœlum, fossa ponti,
Trina rerum machina;
Quæq; in his uigent sub alto
Solis, & lunæ globo.
Corporis formam caduci,
Membra morti obnoxia
Induit ne gens periret
Primo plasti ex germine,
Merserat quem lex profundo
Noxialis tartaro.
O beatus ortus ille,
Virgo cum puerpera.
Aedidit nostram salutem,
Fœta sancto spiritu,
Et puer redemptor orbis
Os sacratum protulit.
Psallat altitudo cœli,
Psallant te omnes angeli,
Quicquid est uirtutis usquam
Psallat in laudem dei:
Nulla linguarum silescat,
Vox & omnis consonet.
Ecce quem uates uetustis
Concinebant sæculis,
Quem prophetarum fideles
Paginæ spoponderant,
Emicat, promissus olim,
Cuncta collaudent eum.
Cantharis infusa lympha

Fit

Fit falernum nobile,
Nunciat uinum minister
Esse promptum ex hydria,
Ipse rex sapore tinctis
Obstupescit poculis.
Membra morbis ulcerosa,
Viscerum putredines
Mando, ut abluantur, inquit,
Fit ratum quod iusserat,
Turgidam cutem repurgant
Vulnerum piamina.
Tu perennibus tenebris
Iam sepulta lumina
Inlinis limo salubri,
Sacri & oris nectare
Mox apertis, hac medela
Lux reducta est orbibus.
Increpas uentum furentem
Quod procellis tristibus,
Vertat æquor fundo ab imo,
Vexet & uagam ratem:
Ille iussis obsecundat
Mitis unda sternitur.
Extimum uestis sacratæ
Furtim mulier attigit,
Protinus salus secuta est,
Ora pallor deserit,
Sistitur riuus, cruore
Qui fluebat perpeti.
Exitu dulcis iuuentæ
Raptum ephebum uiderat,
Orba quem mater supremis
Funerabat fletibus.
Surge dixit, ille surgit,
Matri & astans redditur,

Sole iam quarto carentem
Iam ſepulchro abſconditum
Lazarum iubet uigere
Reddito ſpiramine,
Fœtidum iecur reductus
Rurſus intrat halitus.
Ambulat per ſtagna ponti
Summa calcat fluctuum,
Mobilis liquor profundi
Pendulam præſtat uiam.
Nec fatiſcit unda ſanctis
Preſſa ſub ueſtigijs.
Suetus antro buſtiali
Sub catenis frendere,
Mentis impos efferatis
Percitus furoribus
Proſilit ruitq́ ſupplex
Chriſtum adeſſe ut ſenſerat
Pulſa peſtis lubricorum
Mille formis dæmonum
Corripit gregis ſuilli
Sordida ſpurcamina,
Seq́ nigris mergit undis,
*Vt pecus lymphaticum. *Et
Fert qualis ter quaternis
Ferculorum fragmina,
Affatim referta iam ſunt
Accubantum millia.
Quinque panibus pereſis.
Et gemellis piſcibus.
Tu cibus, panisq́ noſter,
Tu perennis ſuauitas,
Neſcit eſurire in æuum
Qui tuam ſumit dapem,
Nec lacunam uentris implet.

Sed

Sed fouet uitalia
Clausus aurium meatus
Et sonorum nescius,
Purgat ad præcepta Christi
Crassa quæque obstacula,
Vocibus capax fruendis,
Ac susurris peruius.
Omnis ægritudo cedit,
Languor omnis pellitur,
Lingua fatur, quàm ueterna
Vinxerant silentia,
Gestat & suum per urbem
Lætus æger lectulum.
Quin & ipsum, ne salutis
Inferi expertes forent,
Tartarum benignus intrat,
Fracta cedit ianua,
Vectibus cadit reuulsus
Cardo dissolubilis.
Illa prompta ad inruentes,
Ad reuertentes tenax,
Obice * retrorsum pulso — extrorsum recluso
Porta reddit mortuos
Lege uersa, & limen atrum
Iam recalcandum patet.
Sed deus dum luce fulua
Mortis antra inluminat,
Dum stupentibus tenebris
Candidum præstat diem,
Tristia squalentis æthræ
Palluerunt sydera.
Sol refugit & lugubri
*Sordidus ferrugine — sordibus
Igneum reliquit axem,
Seque mœrens abdidit,

Fertur horruisse mundus
Noctis æternæ chaos.
Solue uocem mens sonoram,
Solue linguam mobilem,
Dic trophæum passionis,
Dic triumphalem crucem.
Pange uexillum notatis
Quod refulget frontibus.
O nouum * cæde stupenda
Vulneris miraculum,
Hinc cruoris fluxit unda
Lympha parte ex altera.
Lympha nempe dat lauacrum,
Tum corona ex sanguine est.
Vidit anguis immolatam
Corporis sacri hostiam,
Vidit & fellis perusti,
Mox uenenum perdidit,
Saucius dolore multo
Colla fractus sibilat.
Quid tibi, profane serpens
Profuit rebus nouis
Plasma primum perculisse
Versipelli * astutia?
Diluit culpam recepto
Forma mortalis deo.
Ad breuem se mortis usum
Dux salutis dedidit,
Mortuosq; olim sepultos
Vt redire insuesceret,
Dissolutis pristinorum
Vinculis peccaminum.
Hunc patres, sanctiq; multi
Conditorem præuium
Iam reuertentem secuti,

* cædis stupendæ

* hortamine

Tertio demum die
Carnis indumenta sumunt,
Eq́ꝫ bustis prodeunt.
Cerneres coire membra
De fauillis aridis,
Frigidum uenis resumptis
Puluerem tepescere,
Ossa, neruos, ac medullas
Glutino cutis tegi.
Post ut occasum resoluit
Vitæ, & hominem reddidit
Arduum tribunal alti,
Victor ascendit patris,
Inclytam cœlo reportans
Passionis gloriam.
Macte iudex mortuorum,
Macte rex uiuentium,
Dexter in parentis arce
Quiduis uirtutibus
Omnium uenturus inde
Iustus ultor criminum.
Te senes, & te iuuentus,
Paruulorum te chorus,
Turba matrum, uirginumq́ꝫ
Simplices puellulę,
Voce concordes pudicis
Perstrepant concentibus.
Fluminum lapsus & undæ,
Littorum crepidines,
Imber, æstus, nix, pruina,
Sylua, & aura, nox, dies,
Omnibus te concelebrent
Sæculorum sæculis.

Hymnus

Hymnus ad omnes horas.

DA puer plectrum. Carmen Monocolon, tetrametrum, Trochaicum, catalecticum Archilochiũ constans septem pedibus, & syllaba, recipiens in locis paribus spondæos, in imparibus uero trocheos semper habet. Est carmen accommodatum quod ad omnes horas canatur. Commemorat duplicem Christi ortum, æternum à patre, & temporalem à matre, deinde miracula complura quæ fecit & passionem, descensumq́ ad inferos: & ad cœlum ascensionẽ, unde uenturus est iudex uiuorũ & mortuorũ. tandẽ hortatur omnem sexũ & ætatem ad illius laudes cõcelebrandas. Da puer, famulum suum alloquitur more poëtico, iubetq́ sibi afferri musicũ instrumentũ ut cãtet uoce & chordis Christi miracula. Plectrũ, instrumentũ quo tanguntur chordæ: sed hic pro ipso instrumento ex fidibus posuit Choreis fidelibus. i. non Aethnicis, sed Christianis. Et melodũ. s. carmẽ, neq́ enim declinatur melos melodis, ut quidam putãt, sed melos melu, ergo carmen melodum. i. dulce à meli, quod est mel, & ode cantus. Gesta insignia appositiue. Camœna. i. carmẽ per metoniñiã. Laudet lyra. i. carmen lyrę applicatum, Rex sacerdos. i. Dauid qui fuit rex, sed sacerdotẽ cur illũ uocet non uideo: quoniã sacerdotiũ cũ regno in Christum cõuenit, nisi forte quia unctus fuit. Ad futurũ protinus. i paulo post infulatus,, more põtificis infula indutus. Voce cantando chorda in psalterio decachordo aut cithara plurium chordarũ. Tympano, instrumento noto. Cęlo influente. i. qui è cęlo influebatur aspirabaturq́. Facta & probata. i. nõ solũ facta, sed etiã ueris Euangelistarum testimonijs cõprobata. Testis orbis imo inquit, oĩs terra in quã exiuit sonus Apostolorũ. Deum proditum. i. partu uirginis ædítũ. Cõminus. i. prope ad illud Baruch 3. In terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Ex parentis corde, quia queadmodum sapientia proficiscitur ex corde secundũ Platonem unde uecordes dicimus insanos: ita Christus, qui est sapiẽtia patris per ęternã generationem ortus est ex corde patris. Alpha & ω cognominatus. Apoc. 1. Ipse fons. i. principium. Et clausula. i. finis in quẽ omnia clauduntur terminãturq́.

Verg. in Buc. Ante diem clauso componet uesper olym
po. Ipse iussit, ex Psal. 48. Quia ipse dixit & facta sunt,
ipse mandauit & creata sunt. Fossa ponti. id est, maris
receptaculum siue alueũ. Cœlum pro aëre posuit, sub-
dit nãq; que'q; uigent in his sub alto globo solis, signifi
cat'q; tria elementa in quibus animalia uiuunt. Corpo
ris caduci. i. mortalis. Obnoxia. i. obligata. Primo plasti
cur non potius protoplasti ne sit compositio ex latino,
& greco. Lex noxialis, nõ quod lex nocuit nisi per acci
dens: sed q ipsi peccando cõtra legem acceperũt nocu-
mentũ. Protulit os. extulit faciẽ ex utero uirginis. Vir-
tutis. i. potestatis. Paginæ fideles quæ non poterant mẽ
tiri. Cantharis primũ signum quod fecit Iesus in Cana
Galilææ, ex Ioã. ca. ij. Falernum nobile, generosissimũ
ex Campania uinũ, ut sit species pro genere. Ipse rex, cõ
uiuij princeps, hoc est, architriclinus, rex in hac signifi
catione apud Martialem, Iuuenalẽ & Columellã sæpe.
Membra morbis ulcerosa, de hoc, Mat. 8. Ecce leprosus
adorabat eum dicens: Domine si uis potes me mũdare
& extendẽs Iesus manũ tetigit eũ, dicẽs: Volo mũdare.
Piamina uulnerum, id est, munera quæ iussus est offer
re sacerdotibus. Tu perennibus tenebris. de cæco illo
à natiuitate loquitur, quem Iesus facto luto ex terra &
sputo perunxit, statim'q; uidit. ex Ioã. ca. 9. Nectare oris
. i. saliua illa diuina, quia nectar potus est deorũ. Orbi-
bus, oculorũ finibus. Increpas uentũ furentẽ; ex eo q̊d
scriptum est, Mat. 7. Quod dormiente Christo in naui-
cula qua uehebatur cũ discipulis, cũ ingruisset tẽpestas
expergefactus ab illis in summo discrimine positis im-
perauit uẽtis, & facta est tranquillitas magna. Extimũ
uestis sacratæ, ex eo quod scribitur Mat. 8. Quod eunte
Iesu ad domũ principis synagogę: mulier quędã q̃ san-
guinis fluxũ patiebatur, accessit retro & tetigit fimbriã
uestimẽti eius, dicebat'q; intra se, si tetigero fimbriã ue-
stimenti eius salua ero, & saluata est. Exitu dulcis, de
hoc miraculo Luc. ca. 8. Ibat inquit, Iesus in ciuitatẽ quę
dicitur Naim, & ecce defunct9 efferebatur filius unicus
matri suę, & ibidẽ, q̃uo suscitatus est. Sole iã quarto, q̃uo
Lazarum à mortuis suscitauit ex Ioan. ca. 12. Vigere ui
tam & uigorẽ habere. Spiramine anima, id quod sequi
tur

tur pro eo quod ꝓcedit. Halitus redditus. eodẽ modo. i. anima. Ambulat per stagna ex Mat. ca. 14. Quod cũ discipulorũ nauicula quateretur fluctibus, uenit ad eos quarta noctis uigilia ambulãs per summos fluctus, nec unda fatiscit. i. dehiscit aut cedit: sed sustinet uestigia. Suetꝰ antro, hoc gestũ narratur in Mar. ca. 5. Quo pacto exeũte Iesu de naui, statim occurrit de monumẽtis homo in spũ immũdo, &c. In antro bestiali. i. sepulchro, ubi erãt cineres alicuius sepulti. Mẽtis impos, quia exagitabatur à dæmone, neq; quicq̃ suo arbitrio faciebat, lege ex Euãgel. Fertq; qualis, quo pacto multa hominũ millia ex quinq; panibus & duobus piscibus saturauit ex Mat. ca. 14. Qualis ter quaternis. i. duodecim cophinis: nã quali sunt canistra ex uiminibus cõtexta. Peresis. i. comestis à per & edo, gemellis pro duobus posuit Tu cibus, quia dixit tot millia saturasse &c. Nunc dicit Christũ esse uerũ cibũ uerumq; panẽ, iuxta illud. Caro mea uere est cibus. & illud eiusdẽ: Ego sum panis uiuus qui de cęlo descendi. In æuũ, ad illud, qui mãducat hũc panẽ uiuet inęternũ. Lacunã. receptacula. Vitalia. i. animi penetralia. Clausus auriũ. de illo surdo intelligendũ quẽ Iesus curauit, expuẽs in manũ, tetigit linguam eius, dicẽs: epheta, &c. ex Mar. ca. 7. Nescius sonorũ, quia surdus ille nunq̃ audierat. Crassa obstacula. i. aurium sordes. Oĩs ægritudo, oẽ genus morbi. Lingua fatur, multa miracula cõplectitur, Sed maxime de mutis Marci. 9. Luc. 12. Silentia ueterna pro inueterata posuit, aut pro torpore linguę, suũ lectulum, ut ille de quo Mar. 2. & Ioan. 5. Illa prompta ad irruẽtes. i. ad recipiendũ intrantes. Et tenax difficilis ad reuertentes. Iuxta illud. Verg. li. 6. Facilis descensus auerni, Sed reuocare gradũ &c. Recalcãdum. i. retroeũndum. Luce fulua, coloris aurei. Sydera æthræ tristia, propter Christi mortem, in qua sol Eclipsim passus est. Squallentis, lugubris. Palluerunt, in nigrorẽ uersa sunt. Ver. Pallẽtes umbras Herebi. Refugit indignatus tãtũ scelus admissum, ut Verg. in pri. Aeneid. Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab urbe. Lugubri ferrugine. Ver. 1. Georg. Cum caput obscura nitidum ferrugine texit. Fertur horruisse, ex eo quod tenebræ factæ sunt ad horam nonam, &

est imitatio ex Vergilio pri. Geor. Impiaq́ æternum timuerunt sçcula noctem. Vocem mobilem, quæ mouetur per medium spacium exte͂diturq́, quid si legas lingua mobilis, quæ ad hoc mouetur ut de fama. Verg. li. 4. Mobilitate uiget uiresq́ acquirit eundo. Tropheũ passionis, qualis describitur à Verg. in lib. 11. Ingentem quercum decisis undiq́ ramis, &c. Frontibus notatis. i. crucem in qua est altitudo latitudo, & profunditas, unda cruoris ex eo quod scribit Ioan. cap. 19. Vnus militum lancea latus aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Corona ex sanguine est, aut forte martyrij coronam significat quia effusio sanguinis pro baptismo habetur. Vidit anguis, serpens ille qui erat callidior cunctis animantibus. Fellis perusti. i. incocti, & retulit ad diaboli inuidiam. Astutia uersipelli, tractum ab Arcadibus qui traiecto flumine in lupos se transfigurabãt, & rursus ex lupis in homines, itaq́ proprijs qui nunc hoc, nunc illud faciunt, dicũtq́ ut decipiãt, Plau. In Amphitryone, Versipelle͂ se facit quãdo lubet. Forma mortalis. i. homo. Ad breue͂ usum, per quadraginta horarũ spaciũ. Insuesceret, p assuefaceret, aut pro impersonali ponitur. Mortuos sepultos. i. peccatores qui in peccato erant. Redire, subaudi ad uitam. Tunc patres, ad illud refertur quod scribit Euangelista, Mat. 27. Et multa corpora mortuorũ qui dormierant surrexerunt, & c. Glutino cutis, quia cute membra quodã modo conglutinantur cõtinenturq́. Resoluit occasum. i. morte͂ dissipauit. Cœlo. i. ad cœlum, ut Verg. It cœlo clamorq́ uirum, clangorq́ tubarum. Dexter. i. ad dexteram patris sedens. Te senes, omnia ad Dei laudes exhortatur.

HYMNVS IN EXEQVIIS defunctorum.

Carmen monocolon Anapæsticum, dimetrum, Catalecticum, constat tribus Anapęstis & syllaba. Quamuis Prudentius promiscue duabus prioribus sedibus, Anapæsto & Spondæo utatur, tertia uero Anapæsto est peculiaris, hoc modo.

⏑⏑– ⏑⏑– ⏑⏑– –
–– –– ––

Deus

DEus ignee fons animarum,
Duo qui ſocians elementa
Viuum ſimul ac moribundum
Hominem pater effigiaſti.
Tua ſunt, tua recta utraq;,
Tibi copula iungitur horum,
Tibi dum uegetata cohærent,
Spiritus ſimul & caro * uiuit. *ſeruit
Reſciſſa ſed iſta ſeorſum
Proprios reuocantur in ortus,
Petit alter æthera feruens,
Humus excipit arida corpus.
Reſciſſa ſed iſta ſeorſum
Soluunt hominem, perimuntq;,
Humus excipit arida corpus,
Animę rapit aura liquorem.
Quia cuncta creata neceſſe eſt
Tabefacta ſeneſcere tandem,
Compactaq; diſſociari,
* Et diſſona texta retexi. *Vt
Hanc tu deus optime mortem
Famulis abolere paratus,
Iter inuiolabile monſtrans,
Quo perdita membra reſurgant.
Vt dum generoſa caducis,
Ceu carcere clauſa ligantur,
Pars illa potentior extet,
Quæ germen ab æthere traxit.
Si terrea forte uoluntas
Luteum ſapit, & graue captat,
Animus quoq;, pondere uictus,
Sequitur ſua membra deorſum.
At ſi generis memor ignis
Contagia * nigra recuſet, *pigra
Vehit hoſpita uiſcera ſecum,

Pariterq; reportat ad astra,
Nam quod requiescere corpus
Vacuum sine mente uidemus,
Spacium breue restat, ut alti
Repetat collegia sensus.
Venient cito sæcula, cum iam
Socius calor ossa reuisat,
Animataq; sanguine uiuo
Habitacula pristina gestet.
Quæ pigra cadauera pridem
Tumulis putrefacta iacebant,
Volucres rapientur in auras,
Animas comitata priores.
Hinc maxima cura sepulchris
Impenditur, hinc resolutos
Honor ultimus accipit artus,
Et funeris ambitus ornat.
Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos est,
Aspersaq; myrrha Sabæo
Corpus medicamine seruat.
Quid nam sibi saxa cauata?
Quid pulchra uolunt monumēta?
Res quod nisi creditur illis
Non mortua, sed data somno?
Hoc prouida Christicolarum
Pietas studet, utpote credens
Fore protinus omnia uiua,
arcet Quæ nunc gelidus sopor * urget
Qui iacta cadauera passim
Miserans tegit aggere terræ
Opus exhibet ille benignum
Christo pius omnipotenti.
Quia lex eadem monet omnes
Gemitum dare sorte sub una,

Cognata

Cognataq́; funera nobis
Aliena in morte dolere,
Sancti sator ille Tobiæ,
Sacer ac uenerabilis heros
Dapibus iam rite paratis
Ius prætulit exequiarum.
Iam stantibus ille ministris,
Cyathos & fercula liquit,
Studioq́; accinctus humandi,
Fletu dedit ossa sepulchro.
Veniunt mox præmia cœlo,
Preciumq́; rependitur ingens,
Nam lumina nescia solis
Deus inlita felle serenat.
Iam tunc docuit pater orbis,
Quàm sit rationis egena,
Mordax, & amara medela,
Cum lux animum noua uexat.
Docuit quoque non prius ullum
Cœlestia cernere regna,
Quàm nocte & uulnere tristi
Tollerauerit aspera mundi.
Mors ipsa beatior inde est,
Quod per cruciamina lęthi
Via panditur ardua iustis,
Et ad astra doloribus itur.
Sic corpora mortificata
Redeunt melioribus annis,
Nec post obitum recalescens
Compago fatiscere nouit
Hæc quæ modo pallida tabo
Color albidus inficit ora,
Tunc flore uenustior omni,
Sanguis cute tinget amœna,
Nam nulla deinde senectus

Frontis decus inuida carpet,
Macies neq; sicca lacertos
Succo tenuabit adeso.
Morbus quoq; pestifer artus
Qui nunc populatur anhelos,
Sua tunc tormento resudans
*Luct * Lucet inter uincula mille.
Hunc eminus aëre ab alto
Victrix caro, iamq; perennis
Cernet sine fine gementem
Quos mouérat ipse dolores.
Quid turba superstes inepta
Clangens ululamina miscet?
Cur tam bene condita iura,
Luctu dolor arguit amens?
Iam mœsta quiesce querela,
Lachrymas suspendite matres,
Nullus sua pignora plangat,
Mors hæc, reparatio uitæ est.
Sic semina sicca uirescunt
Iam mortua, iamq; sepulta,
Quæ reddita cespite ab imo
Veteres meditantur aristas.
Nunc suscipe terra fouendum,
Gremioq; hunc concipe molli,
Hominis tibi membra sequestro,
Generosa & fragmina credo.
Animæ fuit hæc domus olim
Factoris ab ore creatæ,
Feruens habitauit in istis
Sapientia principe Christo.
Tu depositum tege corpus,
Non immemor ille requiret
Sua munera autor, & autor,
Propriiq; ænigmata uultus.

Veniant

Veniant modo tempora iusta,
Cum ſpem deus impleat omnem
Reddas patefacta neceſſe eſt,
Qualem tibi trado figuram.
Non ſi carioſa uetuſtas
Diſſoluerit oſſa fauillis,
Fueritq́ ciniſculus arens
Minimi menſura pugilli.
Nec ſi uaga flumina, & auræ
Vacuum per inane uolantes,
Tulerint cum puluere neruos,
Hominem periſſe licebit.
Sed dum reſolubile corpus
Reuocas deus, atq reformas,
Qua nam regione iubebis
Animam requieſcere puram?
Gremio ſenis abdita ſancti
Recubabit, ut eſt Eleazar
Quem floribus undiq ſeptum
Diues procul aſpicit ardens.
Sequimur tua dicta redemptor,
Quibus atra morte triumphans
Tua per ueſtigia mandas
Socium crucis ire latronem.
Patet ecce fidelibus ampli
Via lucida iam paradiſi,
Licet & nemus illud adire,
Homini quod ademerat anguis
*Illud precor optime ductor, *illic
Famulam tibi præcipe mentem
Genitali in ſede ſacrari,
Quam liquerat exul, & errans.
Nos tecta fouebimus oſſa
Violis, & fronde frequenti,
Titulumq́, & frigida ſaxa

Liquido

Liquido spergemus odore.

Hymnus in exequijs mortuorum.

DEus ignee fons animarum. Carmen est monocolon, anapesticum, partheniacum, dimetrum catalecticum, constans tribus pedibus & syllaba, recipit autem in duab⁹ primis sedibus, anapestum & spondæum indifferēter, in tertia autē semper anapestum & syllabam. Canitur in exequijs mortuorū & in primis dicit hominem à deo compactum ex anima cœlesti & corpore caduco, sed cū in morte anima dissolui tur à corpore, quodlibet illorū suam repetit originem, deinde subiungit multa de resurrectione, & ꝙ propter illam spem debemus mortuos sepelire & colere cineres illorum, quod probat exēplo Tobiæ, dicit præterea quod mortui ex ea causa non sunt lugēdi. Fons ignee ex opinione antiquorum dicit, qui deum & omnia cœlestia ignea esse dixerunt, & ipsum animum ex natura ignis esse putauit. Cicero in primo Tusculanarum, & Verg. 6. Aeneid. cū dixit igneus est ollis uigor & cœlestis origo. Duo elementa. s. uiuū, hoc est, animā igneam Et moribundum s. corpus, unde Vergilius ibidem moribundaq; membra dixit. Vtraq;. corpus & anima. Tua sunt. iure creationis. Copula. i. homo ex his duobus copulatus. Spiritus & caro. unde canit ecclesia regē cui omnia uiuūt. Ista s. duo elementa. Liquorem animæ, id est, animam ex elemento liquido & puro constantem, aura rapit in sublime. Et texta dissona. ex contrarijs elemētis composita. Retexi. id est, resolui in ea ex quibus texta, id est, composita sunt, ut Ouidius: Tela retexta dolo. Hanc tu deus. sensus est, quod deus mōstrat nobis uiam qua possimus resurgere in uitā æternam, nam impij non resurgunt in iudicium ut uitam illam uiuant, sed potius resurgent in mortem æternam. Iter inuiolabile. id est, incorruptū & rectum. Vt dū hæc est uia quā dixit, ut ꝗdiu sumus in hac uita mortali, cogamus partem illam irrationalem quę luctatur aduersus spiritum obtemperare rationi, quod est philosophari, hoc est, animum à corpore separare per contemplationem. Generosa caducis. id est, anima immortalis cum corpore

corpore mortali. Clausa ceu carcere, secundũ Platonis opinionem, atq; illud etiam significat Apostolus, cum dicit: Miser ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius. Pars illa. scilicet, animus. Extet. emineat, & dominetur parti illi appetitiuæ. Si terrea, sensus, quod si ratio sequitur appetitum uinciturq; ab eo: uterq; descendet in gehennam ignis. Voluntas terrea, id est, appetitus irrationalis: qui corpus & terrena sapit, quæ ponderosa sunt. Si sapit luteum, non obediens rationi. Et captat graue. id est, ea quæ se habent ex parte carnis. Animus uictus, à parte illa irrationali. Sequitur sua membra, quum alioqui ex natura sua quæ est ignea tendere debuerit in sublime. Ignis generis. id est, à quo ducit genus, ut supra diximus. Contagia nigra, ab effectu, quæ illum reddunt pice nigriorem. Viscera hospita, id est, carnem cuius natura est deorsum tendere, quæ in cœlo hospes erit, animus autem indigena. Spacium breue comparatione æternitatis. Collegia alti sensus. id est, societatem animi qui altum sentit: & profunde intelligit. Calor socius. id est, animus ad cuius præsentiam in corpore sequitur calor. Gestet habitacula. id est, corpus quod est suum domicilium. In auras uolucres. id est, quas uelociter penetrabit. Priores. id est, quas prius habuerant. Hinc. id est, propter resurrectionis spem. Vltimus honor. Vergilius, Et cineri nigrato suprema ferebat munera. Funeris ambitus. id est, funus ambitiosum, hoc est, quod honoris causa paratur: Lintea, uelamina quibus mortui inuoluuntur, aut quæ super iniiciuntur. Myrrha. Martialis. Et olentem funera myrrham. Sabæo, Thureo. Data somno, unde in sacris literis mortui dormire dicuntur, ut non est mortua puella, sed dormit. & illud, Amicus noster Lazarus dormit. Sopor gelidus, mors. Frigida, ab effectu, Vergilius in quarto Aeneidos: Et quum frigida mors, anima subduxerit artus. Opus benignum, unum ex septem operibus misericordiæ. Prius, hoc est, imprimis: quia opera misericordiæ, quæ pauperibus exhibentur, sibi imputanda Christus fatetur. Gemitum dare sub una sorte. id est, in morte alicuius, ut gemamus.

mus. Iuuenalis: Mollissima corda humano generi dare se natura fatetur, quæ lachrymas dedit. Natura imperio gemimus cum funus adultæ uirginis occurrit. Cognata nobis. id est, eiusdem speciei quam omnes homines ex æquo participant. Sator Tobiæ. Ex uolumine ipsius. Tobiæ. capi. 7. ubi hoc narratur. Prætulit quia relicto prandio mortuum detulit in domum, ut sub tempus uespertinum sepeliret. Stantibus, ut inferrent fercula pransuro. Lumina nescia solis. id est, oculos excæcatos. Illita felle ex pisce. ut scribitur eiusdem libri capite undecimo. Mordax & amara, quale est fel ex quo Tobias uisum recepit. Lux noua. quæ non potest accipi nisi ex amaritudine. Cœlestia regna, ubi est illa lux inaccessibilis. Nocte & uulnere. id est, ex tenebris uulnere factis, sicut Tobias ex stercore hirundinis cæcatus. Astra itur doloribus. Vergilius: Disce puer ex me uirtutem, ueros'q; labores, quia sic itur ad astra. Redeunt melioribus annis. id est, in ætatem plenitudinis Christi, ut ait Apostolus. Fatiscere. quia post resurrectionem non erit alia mors. Color albidus. qui sequitur cadauera. Sanguis uenustior. pulchrior. Tinget, colorabit, unde dicti tinctores. Cute amœna, id est, quę infectio faciet cutem hilarem. Senectus inuida, id est, quę nobis inuidens cito uenit, unde Gallus: Aemula quid cessas finem properare senectus? Decus frontis, id est, pulchritudinem faciei. Macies sicca, sicut econtrario corpulentia succi plena. Succo adeso, id est, consumpto ab ă & edendo. Morbus pestifer, quasi de deo morborum præside dicit, de quibus Vergilius in sexto: Pallentes'q; habitant morbi tristis'q; senectus. Resudans sua tormenta, id est, qui nos torquet & sudare cogit. Lucet inter uincula, id est, regnat inter nos impediens operationes membrorum. Caro uictrix, id est, corpora nostra iam glorificata & uoti sui compos, aut quæ uicit mundum. Gementem. quasi Deum, ut dixi, more poëtico illum fingit. Quid turba. inuehitur in eos qui mortuos lugent, quoniam uidentur de resurrectione desperare. Clangens. clamitans, aut ad tubarum clangorem retulit, quibus in funeribus utebantur, Vergilius

gilius: Insequitur clamorq; uirûm clamorq; tubarum. Condita iura, id est, leges à deo & natura bene & iuste latas. Sua pignora. id est, suos filios. Reparatio uitę, quia per hanc mortem itur ad illã uitam. Sic semina sicca. Ioannis capite duodecimo: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. Meditantur. an imitantur imo uero referunt. Nunc suscipe. terram alloquitur, quasi defuncti matrem. Membra nominis. id est, partem minimam totius, quæ retinet tantum nomen, ut dicatur: Hic est sepultus Antonius aut Ioannes. Sequestro. id est, ad tempus depono. Fragmina. id est, frusta & partem. Generosa. quia fuit ut statim dicit habitaculum animæ. Ab ore factoris. qui spirauit in hominem spiraculum uitæ. Sapientia feruens. quia sapuit & uiguit, unde & illa dicuntur feruere, quæ frequentantur, ut Vergilius primo Aeneidos: Feruet opus. sicut econtrario frigere quæ torpescunt. In istis subaudi membris. Principe Christo. qui fuit Christianus, & in baptismate accepit salem sapientiæ. Tu. ô terra. Tege depositum. quod summa fide reddendum est. Ille fictor. id est, deus hominis plasmator, nam fictor dicitur qui ex luto format fictilia. Requiret sua munera. id est, suum opus in die resurrectionis omnium hominum. Et ænigmata proprij uultus. id est, figuram ad imaginem suam factam, quid si legas schemata. Tempora iusta. quæ pater posuit in potestate sua. Impleat omnem spem. id est, resurrectionem quam speramus & expectamus, ut in symbolo canimus. Patefacta. id est, tu ô terra aperta. Qualem trado. id est, non solum quantum ad corporis lineamenta, sed etiam quantum ad qualitates, modo non sint ad imperfectionem. Non si. sensus est, quod etiã si homo dilapsus fuerit in cineres, & cinis ipse dissipatur, non tamen neque capitis capillus ex eo peribit ut scribitur. Fauillus. id est, fauillas. Ciniſculus arens. quod proprium cineris est, unde & plurimum humoris bibit. Vergilius sexto Aeneid. Postquam collapsi cineres et flamma quieuit Relliquias uino et bibulam lauere fauillam. Mensura pugilli. id est, quem posſit

possit capere pugillus. Vaga flamina. id est, uenti. Sed dū id est, inter diem mortis & diem iudicij. Animam puram. peccatis non inquinatam. Gremio sancti senis. id est, in sinu Abraam. Vbi est Eleazar. id est, Lazarus, de quo in euangelio. Et Eleazar nomen est integrum à quo est abscissus Lazarus. Floribus septum, alludit ad paradisi, hoc est, horti nomen. Diues qui induebatur purpura & bysso. Morte atra. id est, de morte. Socium crucis. id est, qui etiam in cruce passus est tecum, cum illi dixisti: Hodie mecum eris in paradiso. Patet ecce. ex eo tempore. Illud precor, quid si legas illic precor. In sede genitali, id est, unde duxit originem. Exul propter peccatum inde pulsa. Nos uiui scilicet colemus ossa defunctorum. Violis. quod hodie faciūt mahumetis sectatores.

HYMNVS OCTAVO KALENdas Ianuarias.

Carmen iambicum, dimetrum, acatalecticum, recipiens locis imparibus spondæum & nonnunquam anapestum, paribus uero Iambum, hoc modo:

υ – υ – – – υ –

QVid est quod arctum circulum
Sol iam recurrens deserit?
Christus ne terris nascitur
Qui lucis auget tramitem?
Heu quàm fugacem gratiam
Festina uoluebat dies,
Quam penè subductam facem
Sensim recisa extinxerat.
Cœlum nitescat lætius
Gratetur & gaudens humus,
Scandit gradatim denuo
Iubar priores lineas.
Emerge dulcis pusio,

Quem

Quem matris ædit castitas.
Parens & expers coniugis
Mediator,& duplex genus.
Ex ore quamlibet patris
Sis ortus,& uerbo æditus,
Tamen paterno in pectore
Sophia calebas prius.
Quæ prompta cęlum condidit,
Cœlum,diemq́;,& cætera,
Virtute uerbi effecta sunt
Hæc cuncta:nam uerbum deus
Sed ordinatis sęculis,
Rerumq́; digesto statu,
Fundator ipse & artifex
Permansit in patris sinu.
Donec rotata annalium
Transuoluerentur millia
Atq; ipse peccantem diu
Dignatus orbem uiseret.
Nam cæca uis mortalium
Venerans inanes næniaS,
Vel æra, uel saxa algida,
Vel ligna credebat deum.
Hec dum sequuntur, perfidi
Prędonis in ius uenerant,
Et mancipatum fumido
Vitam barathro immerserant.
Stragem sed istam non tulit
Christus cadentum gentium
Impune, ne forsan sui
Patris periret fabrica.
Mortale corpus induit,
Vt excitato corpore
Mortis catenam frangeret,
Hominemq́; portaret patri.

Hic ille natalis dies,
Quo te creator arduus
Spirauit, & limo indidit,
Sermone carnem glutinans.
Sentis ne uirgo nobilis
Matura per fastidia
Pudoris intactum decus
Honore partus crescere?
O quanta rerum gaudia
Aluus pudica continet,
Ex qua nouellum sæculum
Procedit, & lux aurea.
Vagitus ille exordium
Vernantis orbis prodidit,
Nam tunc renatus sordidum
Mundus ueternum depulit.
Sparsisse tellurem reor
Rus omne densis floribus
Ipsasq; harenas Syrtium
Fragrasse nardo, & nectare.
Te cuncta nascentem puer
Sensere dura, & barbara,
Victusq; saxorum rigor
Obduxit herbam cotibus.
Iam mella de scopulis fluunt,
Iam stillat ilex arido
Sudans amomum in stipite,
Iam sunt myricis balsama.
O sancta præsepis tua
Aeterne rex cunabula,
Populisq; per sæclum sacra
Mutis & ipsis credita.
Adorat hæc brutum pecus,
Indocta turba scilicet,
Adorat excors natio,

Vis cuius in pastu sita est.
Sed cum fideli spiritu
Concurrat ad præsepia
Pagana gens, & quadrupes,
Sapiatq; quod brutum fuit,
Negat patrum prosapia,
Perosa præsentem deum,
Credas uenenis ebriam
Furijsve lymphatam rapi.
Quid prona per scelus ruis?
Agnosce, si quicquam tibi
Mentis resedit integræ,
Ducem tuorum principum.
Hunc quem latebræ & obstetrix
Et uirgo fœta, & cunula,
Et imbecilla infantia,
Regem dederunt gentibus.
Peccator intueberis
Celsum coruscis nubibus,
Deiectus ipse & inritis
Plangens reatum fletibus.
Cum uasta signum buccina
Terris cremandis miserit,
Et scissus axis cardinem
Mundi ruentis soluerit,
Insignis ipse, & præminens
Meritis rependet congrua
His lucis usum perpetis,
Illis gehennam & tartarum.
Iudæa tunc fulmen crucis
Experta, qui sit senties,
Quem te furoris præsule.

IOANNES SICHARDVS.
QVEM TE FVRORIS PRAESVLE.

Vetus exemplar non præsule, sed præside habebat quod Prudentio magis conuenit.

Mors hausit, & mox reddidit.

Hymnus octauo Kalendas Ianuarij.

QVid est quod arctũ. Carmen est quale illud ales diei nuncius, canitur in die natalis Christi, in quo multa de utraq; illius generatione, hoc est æterna & tẽporali & de ijs quæ contigerũt circa Christi natalem: quẽ dicit tandẽ esse uenturũ iudicẽ bonorũ & malorum. Nam de utroq; eius aduentu ecclesia facit mentionẽ eo tempore, atq; addit etiam de quotidiano aduentu per gratiam. Quid est, phantasia est poëtę qui fingit se mirari quid illud est quod dies qui ante illud tempus decrescebant nascente Christo incipiunt crescere? ut possit commodissime aptari quod de illo Ioãnes dixit: Oportet illum crescere, me autẽ minui. Nam Ioannes natus est sole peragrante cancri principium quo die incipiunt dies decrescere Christum uero satis constat natum sole intrante primum punctum capricorni quo die incipiũt dies crescere. Arctum circulum .i. tropicum capricorni quem sole describẽte relinquit supra horizontem minimam portionem, unde dies est breuis, de quo Verg. 1. Aene. Quid cantum oceano properent se tingere soles hiberni. Sol recurrens .i. retro & uersus nos currens, cum antea procurrisset à nobis. Deserit subaudi arctũ circulum. Tramitẽ lucis .i. facit dies longiores, & incipit in dies minuere tenebras noctis. Festina dies .i. quæ breuis erat iam properabat ad occasum. q. d. Omnia iam prope erant tenebris inuoluta cũ natus est Christus. Gratiam fugacem .i. diem ab effectu gratiosa oĩa faciens qui tũc breuis erat. Et recissa .s. dies diminuta luce, quã pene extinxerat. Facẽ .i. lucem. Subductam sensim .i. subtractam paulatim. Iubar .i. sol, aut lucifer. Vergilius. It portis iubare exorto delecta iuuentus. Scãdit priores lineas, id est, circulos siue paralellos contrariores breuioresq;. Pusio, puer nascere. Mater castitas per emphasim, hoc nõ solum casta sed ipsa castitas. Parẽs & ipse, subaudi qui est filius, est pater matris. Nam quod legitur parens, & Christus cõ-

iugis

iugis: non potest uersus stare, coniugis uero pro æternus cum patre, à con & iugis iuge compositum. Mediator. dei scilicet, & hois qui Græce dicitur mesotes. Et duplex genus. id est, ex duplici natura constans. scilicet humana & diuina. Ex ore significantius supra ex corde uerbum fuisse genitum dixit: quam nunc ex ore sed hæ translationes in diuinis recipiuntur. Et uerbo æditus, imo uerbum ęditum: ut supra dixit uerbigena. In pectore. id est, in corde sicut supra. Sophia, sapientia & produxit penultimam quum sit breuis. Callebas, id est, eras sapiens, nam illud est callere. Quæ. scilicet, Sophia. Prompta, id est, ex corde patris ædita. Condidit, quia per illum pater omnia condidit. Iuxta illud Psal. xxij. Verbo domini cœli firmati sunt. Verbum, Deus. Ioannes primo. Et deus erat uerbum. Ordinatis sęculis. id est, mundi series ex qua dependent sęcula. Digesto. id est. rebus in suo loco dispositis. Fundatur ipse, scilicet. rerum status. Artifex, scilicet, patris uerbum eiusdémque filius. In sinu, ut supra in corde, siue in pectore, hoc ęst, in patre. Iuxta illud, Nescis quod ego in patre, & pater in me est. Annalium, pro annorum cum sint annales historiæ, per annos singulos digestæ. Nam cæca, hæc causa est cur uenit: quia ignorabant mortales uerum dei cultum. Nænias, id est, res inanes quales sunt næniæ muliercularum. Aera, statuas æreas. In ius, in potestatem. Lucanus, Iúsque datum sceleri. Mancipatam, obnoxiam, & subiectam. Impune, quia ultus est uicem humanam spoliando inferos, & uindicando nos à potestate diaboli. Fabrica patris, homo factus ad illius imaginem. Excitato corpori, id est, ascito, & assumpto. Hic ille natalis Christum alloquitur, dicens: Hic est ille natalis dies, in quo pater. Arduus creator. id est, summus pater. Spirauit te, progenuit te, nam filius generatur, Spiritus sanctus spiratur. Et indidit limo, id est, immisit in carnem humanam ex limo compactam. Glutinans carnem sermone, id est, hominem uerbo coniungens, sed illud non est factum die in quo natus est: sed in instanti, conceptionis autor, tamen alludit ad illud psalmi secundi: Dominus dixit ad me, filius meus

tu, & ego hodie genui te. Per fastidia, nō quod uirgini contigerint fastidia, quæ prægnantibus solent, de quibus dixit Vergilius in Bucolicis: Matris longa decē tulerāt fastidia menses. sed loquitur ex more aliarū fœminarū, sicut quod dicitur enixa est puerpera, & alibi, enixa puerpera regem, non quod in partu fuerit ille nixus cum doloribus qui alijs fœminis contingit, sed quod salua integritate peperit, quemadmodum & cæteræ mulieres. Decus pudoris. id est, uirginitatis intactæ. Crescere honore partus. id est, Christi nati, quasi dicat: Non solum uirginitas permansit eadem quæ prius, sed etiam aucta est honore, quoniā uirgo & mater. Quanta gaudia s. non solum matris, sed omnium mortalium. Nouellum sęculum, quia omnia renouata sunt iuxta illud Esaię 43. Ecce ego noua facio omnia, & nūc orientur. & Vergilius in Bucolicis: Toto surget gēs aurea mundo. Vagitus ille s. qui in reliquis mortalibus est auspicium futuræ calamitatis. In Christo fuit exordium orbis uernantis. id est, renascentis. Plinius libro septimo in principio: Nā illud significat uernare, quoniam flos ætatis ueri assimulatur, unde subdit: Mūdus depulit ueternū pro uetustatem, alioqui ueternus est torpor, q contingit hydropę laborantibus, unde Verg. libro 1. Georg. Nec torpore graui passus sua regna ueterno. Floribus. æmulatio est Vergiliana in Bucolicis: At tibi prima puer nullo munuscula cultu, Florētes hederas passim cum baccare tellus. Primaq; ridenti colocasia fundet acantho. & infrà: Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. Syrtiū harenas. Syrtes in Aphrica loca ab ipsa natura, ut ait Lucanus lib. nono, ad sterilitatem damnata, tūc factæ sunt fertiles. Fragrasse. id est, odorem spirasse, ut Vergilius: Redolentq; thymo fragrātia mella. Sensere: quia mollita sunt, & rigorem deposuerunt. Obduxit herbam cotibus. id est, texit cotes herbis. Vergil. in Bucolicis: Obducat pascua iunco. Sudans amomum. ad illud Vergilij respicit. Assyrium uulgo nascetur amomum. Myricis. & hoc ad illud: Pinguia corticibus sudēt electra myricis. Mutis & ipsis credita. Quia etiam ipsa animalia muta crediderunt in præsepibus illis iacere Christum Deum & hominem,

nem, unde subdit: Adorat hęc &c. Quod autem dicitur bouem & asinum fuisse in præsepi alligatos, non dicit euangelista, sed sumptum est ex eo quod scribitur Lucæ capite secundo. quod mater reclinauit infantem recens natum in præsepio, & ex eo quod legitur Esaię 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Excors natio. Quę per asinum intelligitur & bouem. In pastu, quia nihil habent rationis, sed causa uentris mouentur. Sed cum. Sensus est, q Pagani, hoc est, Magi qui erant, per se uenerunt adoraturi Christum, & quadrupedes etiam cognouerunt possessorem suũ. Sed prosapia patrum. id est, posteritas patriarcharum. Perosa Deum præsentem. quia in Bethleem natus est, quasi diceret, in media Iudæa. Ebriam uenenis. id est, quasi ueneficio mentem alienatam habere. Lymphatam. id est, furiosam, tractum à canibus rabie percitis: qui lympham, id est, aquã fugiũt, unde à Græcis Hydrophobi uocãtur. i. aquam timentes. Resedit. i. remansit, hoc est, si tota non abijsti in insaniã. Ducẽ principũ. ex eo quod supra dixit ex autoritate prophetę. Matth. 5. Ex te, inquit, exiet dux qui regat populum meum Israel. Obstetrix. Atqui nulla legitur obstetrix interfuisse in ortu Christi: sed ipsa uirgo sibijpsi obstetricata est. Gentibus. aut peculiariter gentilibus aut cunctis: Fletibus irritis. i. nihil proficientibus. Buccina. ut Apostolus dicit 1. Cor. 15. Omnes quidẽ resurgemus in momento in ictu oculi, in nouissima tuba & 1. Thes. 4. Ipse dominus in tuba dei descendet de cœlo. Scissus axis. non quod mundus soluendus est, sed quod in aliã formam mutandus. Meritis. bonis aut malis, nam demeritum latine nõ dicitur ꝓ eo quod opponitur bene merito. Senties. non simpliciter, sed cum maximo dolore. Quem. scilicet Christum. Mors hausit & reddidit. quia de eo dixit propheta: Ero mors tua ò mors, morsus tuus inferne, & illud quod ecclesia canit. Qui mortẽ nostram moriendo destruxit &c. Te præsule furoris. subaudi ò Iudæa quæ per furorem Christum crucifixisti.

HYMNVS EPIPHANIAE.

Ratio carminis huius conuenit cum superiori.

QVicunque Christum quæritis,
Oculos in altum tollite,
Illic licebit uisere
Signum perennis gloriæ.
Hæc stella, quæ solis rotam
Vincit decore, ac lumine,
Venisse terris nunciat
Cum carne terrestri deum.
Non illa seruit noctibus
Sequuta luna menstruam,
Sed sola cœlum possidens,
Cursum dierum temperat.
Arctoa quamuis sydera
In se retortis motibus
Obire nolint, attamen
Plærunque sub nimbis latent.
Hoc sydus æternum manet,
Hæc stella nunquam mergitur,
Nec nubis occursu abdita
Obumbrat obductam facem
Tristis cometa intercidat,
Et si quod astrum Sirio
Feruet uapore, iam dei
Sub luce destructum cadat.
En Persici ex orbis sinu,
Sol unde sumit ianuam,
Cernunt periti interpretes
Regale uexillum Magi.
Quod ut refulsit, cæteri
Cessere signorum globi,
Nec pulcher est ausus suam
*flamma Conferre * formam lucifer.
Quis iste tantus, inquiunt,
Regnator, astris imperans,
Quem sic tremunt cœlestia,

Cui lux, & æthra inseruiunt?
Illustre quiddam cernimus,
Quod nesciat, finem pati,
Sublime, celsum, interminum,
Antiquius cœlo, & Chao.
Hic ille rex est gentium,
Populiq; rex Iudaici,
Promissus Abrahæ patri,
Eiúsque in æuum semini.
Aequanda nam stellis sua
Cognouit olim germina,
Primus sator credentium,
Nati immolator unici.
Iam flos subit Dauidicus
Radice Iessæa æditus,
Sceptriq; per uirgam uirens,
Rerum cacumen occupat.
Exin sequuntur perciti
Fixis in altum uultibus,
Qua stella sulcum traxerat,
Claramq; signabat uiam.
Sed uerticem pueri supra
Signum pependit imminens,
Pronaq; submissum face
Caput sacratum prodidit.
Videre quod postquàm Magi,
Eoa promunt munera,
Stratiq; uotis offerunt.
Thus, myrrham, & aurum regium,
Agnosce clara insignia
Virtutis, ac regni tui
Puer ô, cui trinam pater
Prædestinauit indolem.
Regem, deumq; adnunciant,
Thesaurus, & flagrans odor

Thuris

Thuris Sabæi, ac myrrheus
Puluis sepulchrum prædocet.
Hoc est sepulchrum quo deus
Dum corpus extingui sinit,
Atq; id sepultum suscitat
Mortis refregit carcerem.
O sola magnarum urbium
Maior Bethlem, cui contigit
Ducem salutis cœlitus
Incorporatum gignere.
Altrice te summo patri
Hæres creatur unicus,
Homo ex tonantis spiritu,
Idem'q; sub membris deus.
Hunc & prophetis testibus,
Iisdem'q; signatoribus,
Testator, & sator iubet
Adire regnum, & cernere.
Regnum quod ambit omnia
Dia, & marina, & terrea
A solis ortu ad exitum,
Et tartara, & cœlum supra.
Audit tyrannus anxius
Adesse regum principem,
Qui nomen Israël regat,
Teneat'q; Dauid regiam.
Exclamat amens nuncio,
Successor instat, pellimur,
Satelles i, ferrum rape,
Perfunde cunas sanguine,
Mas omnis infans occidat,
Scrutare nutricum sinus,
Inter'q; materna ubera
Ensem cruentet pusio,
Suspecta per Bethlem mihi

Puerperarum est omnium
Fraus, ne qua furtim subtrahat
Prolem uirilis indolis,
Transfigit ergo carnifex
Mucrone districto furens
Effusa nuper corpora,
Animasq́ rimatur nouas.
Locum minutis artubus
Vix interemptor inuenit,
Quo plaga descendat patens,
Iuguloq́ maior pugio est.
O barbarum spectaculum,
Inlisa ceruix cautibus
Spargit cerebrum lacteum,
Oculosq́ per uulnus uomit.
Aut in profundum palpitans,
Mersatur infans gurgitem,
Cui subter arctis faucibus,
Singultat unda & halitus.
Saluete flores martyrum,
Quos lucis ipso in limine
Christi insecutor sustulit,
Ceu turbo nascentes rosas.
Vos prima Christi uictima,
Grex immolatorem tenet,
Aram ante ipsam simplices
Palma, & coronis luditis.
Quid proficit tantum nefas?
Quid crimen Herodem iuuat?
Vnus tot inter funera
Impune Christus tollitur.
Inter coæui sanguinis
Fluenta, solus integer
Ferrum, quod orbabat nurus,
Partus fefellit uirginis

Sic stulta Pharaonis mali
Edicta quondam fugerat,
Christi figuram præferens
Moses, receptor ciuium.
Cautum & statutum iusserat,
Quo non liceret matribus
Cum pondus alui absolueret,
Puerile pignus tollere.
Mens obstetricis sedulæ
Pie in tyrannum contumax,
Ad spem potentis gloriæ
Furata seruat paruulum.
Quem mox sacerdotem sibi
Assumpsit orbis conditor,
Per quem notatam saxis
Legem tabellis traderet.
Licétne Christum noscere
Tanti per exemplum uiri?
Dux ille cæso Aegyptio
Absoluit Israël iugo.
At nos subactos iugiter
Erroris imperio graui,
Dux noster hoste saucio
Mortis tenebris liberat.
Hic expiatam fluctibus
Plebem marino in transitu
Repurgat undis dulcibus,
Lucis columnam præferens.
Hic præliante exercitu,
Pasсis in altum brachijs,
Sublimis Amalech premit
Crucis quod instar tunc fuit.
Hic nempe Iesus uerior,
Qui longa post dispendia,
Victor suis tribulibus

Promissa soluit iugera.
Qui ter, quaternas denique
Refluentis amnis alueo
Fundauit,& fixit petras,
Apostolorum stemmata.
Iure ergo se Iudæ ducem
Vidisse testantur Magi,
Cum facta priscorum ducum
Christi figuram pinxerint.
Hic rex priorum iudicum,
Rexere qui Iacob genus,
Dominæq; rex ecclesiæ,
Templi & nouelli,& pristini.
Hunc posteri Effraim colunt,
Hunc sancta Manasse domus,
Omnesq; suspiciunt tribus
Bissena fratrum semina.
Quin & propago deneger
Ritum sequuta inconditum,
Quæcunq; dirum feruidis
Baal caminis coxerat.
Fumosa auorum numina
Saxum,metallum,stipitem,
Rasum,dolatum,sectile,
In Christi honorem deserit.
Gaudete quicquid gentium est,
Iudæa,Roma & Græcia,
Aegypte, Thrax, Persa & Scytha,
Rex unus omnes posidet.
Laudate uestrum principem
Omnes beati ac perditi,
Viui,imbecilli ac mortui,
Iam nemo posthac mortuus.

Hymnus in Epiphania Domini.

Quicunq;

QVicunque Christum. Carmen est quale illud. Ales diei, & superior. Canendũ est in festo Epiphaniæ. Multa in laudem stellæ dicit, ex quâ Magi cognouére Christum esse natum, & qua duce ut illum adorarent in Bethleẽ uenerunt, quẽ locũ laudibus efferet, ꝙ fuerit Christi genitale solum, deinde infantiũ occisionem prosequitur. Et Christum in Mose dicit fuisse figuratum, ponitq; utriusq; multas conuenientias. Et tandem omnes ad Christi laudes hortatur indifferenter. Quæritis. sicut magi quærebant. Signum scilicet stellã gloriæ perennis, id est, Christi qui est gloria patris. Rotam solis. id est, currũ. Secuta lunam. id est, cursum noctis cui luna præest, nam ad hoc creata est, ut præesset nocti, & quemadmodum luna sequitur solem, ita & illam stellæ. Arctoa sydera .i. duæ arcti, hoc est, maior & minor. Motibus retortis, quia rotantur circa polum mundi. Obire nolint. i. occidere, unde & obitus stellarũ sæpe pro occasu illarum ponitur, stellæ autem illæ siue constellationes nunquam occidunt nobis, sed quanuis non occidãt, tamẽ per diem non uidentur, subtrahẽte illa solis luce, & per noctem aliquando non apparent, quia subducuntur nubibus, stella autem Christi index & per diem & per noctem semper lucebat. Aeternum, nomen pro aduerbio, sed hic non proprie ponitur, sed pro perpetuo dum ea fuit opus, nam postea in ea est resoluta ex quibus fuit composita elementis, nunquam mergitur sicut aliæ stellæ. Obductam facem .i. splendorem. Tristis cometa. quia tristis aliquid semper minatur cum apparet. Intercidat. i. pereat siue cedat. Sirio uapore. Sirius stella est in ore canis pestilens, de qua Vergilius tertio Aeneidos: Tunc steriles exurere Sirius agros. Sub luce dei. i. stella quæ deum natum demõstrat. Magi Persici. nam Magi & nomen est patriæ & nomen professionis. Sunt enim Magi Persarum populi arti magicæ deditissimi. Vexillum. signum quasi uexillum. Cæteri globi. quia, ut Mathematici probant stellæ globosæ siue sphericæ sunt. Lucifer pulcher, quem, ut Vergilius inquit, Venus ante alios astrorum diligit ignes, & Aristoteles 5. Ethicorum, Neque Lucifer neq; Hesperus ita ad

mirabilis

mirabilis ut est iustitia quam iri pulcherrime comparat. Lux & æthra. idem propè significant, nam æthra splendor ætheris est. Vergilius 3. Aeneid. Et lucidus æthra syderea polus. Cernimus illustre. id est, stellam quæ designat deum immortalem. Et Chao. ex quo Anaxagoras dixit Deum cuncta creasse. Eius semini. id est, posteritati, cum dixit illi Deus: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Sua germina. id est, suos nepotes. Aequanda stellis. ex Genesi capite decimoquinto: Suspice cœlum & numera stellas si potes, sic erit semen tuum & cætera. Primus sator credentium. id est, qui primus Deo credidit. Radice Iessæ. ex eo quod scribitur Esaię capite undecimo: Egredietur uirga de radice Iessæ. Stella sulcum traxerat. Vergilius 2. Aeneid. Tum longo limite sulcus dat lucem. Signum .i. stella. Prona facie. i. splendore stellæ submisso. Prodidit. ostendit. Aurum regium. i. coronarium & quod regibus offertur. Indolem trinam. i. tria insignia futuræ uirtutis tuæ, nam signum est indoles futuræ probitatis, nam Christus homo, deus, rex & mortalis erat. Maior magnarum urbium. i. maxima, ut sit comparatiuum pro superlatiuo, ex eo quod scribitur Mic. quinto. & citatur ab euangelista Matth. secundo: Tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël. Incorporatum cœlitus. i. humanatum, ut dicunt gręci, à spiritu sancto Te altrice. te procreante. Hunc & prophetis. ordo est: Testator. i. deus pater qui testimoniũ filio perhibuit, dicens: Hic est filius meus dilectus &c. Et sator. i. genitor. Iubet hunc. i. Christum. Adire regnum, iuxta illud Marci ultimo: Mihi data est omnis potestas in cœlo & in terra. Et cernere. id est, discernere & iudicare, ex eo quod scribitur Ioannis quinto: Pater omne iudicium dedit filio. Prophetis testibus & signatoribus. ad illud alludit quod testes qui adhibebantur testamento, signabant illud, Iuue. Me prior ille signabit. Dia. aërea, unde & sub dio & sub Ioue dicimus aliquid fieri. i. sub aëre uel sub cœlo, & non sub tecto. Ad exitum. i. occasum, qua parte sol exit à nobis, hoc est, à nostro hemispherio. Tartara & cœlum, nam eo usq; regnũ Christi penetrat,

penetrat, dicente Apostolo ad Philip. cap. 2. ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum. Nomen Israel. i. populum Iudaicum, & diximus ex Michea, Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël. Amens Herodes. prorumpit in exclamationē, dicēs: Ego nūcio uobis ó Iudæi. Successor, in regno. Pellimur s. ex regno. Pusio. puer, & sunt casus singulares pro pluralibus figurate, usitata etiam in sacris literis, ut Exod. 8. Venit musca grauissima in domos. Per Bethleem. unde Christus erat oriturus, quasi diceret: Et si in Bethleem natus est quem ego timeo mihi successurum, tutius tamē est, ut oēs pueri adimantur & infra pereāt. Districto mucrone. i. euaginato ense. Nuper effusa. i. paulo ante parta. Rimatur. quasi per rimas eruit & extrahit. Animas nouas. i. nuper in corpora effusas. Minutis artubus, qui adeo erant parui, ut uix esset locus uulneri. Iugulo. i. parte colli anteriori qua erat iuglandus. O barbarum. i. ó crudele spectaculum. Cerebrum lacteum, id est, lactantium infantium. Vomit oculos, id est, reiectat. Arctis faucibus, per quas spiramus & respiramus. Vnda & halitus singultat, quia loco halitus succedebant aqua ex quo necesse erat singultus fieri. Flores martyrum. i. primitiæ. In limine lucis. id est, introitu uitę. Vergilius libro sexto: Continuo auditæ uoces uagitus & ingens. Infantumq́; animæ flentes in limine primo. &c. Turbo tempestas. Palma & coronis, quibus uictores donabantur. Inter coæui, ordo est: Solus partus uirginis integer fefellit ferrum, id est, frustratus est. Inter fluēta, id est, fluxus sanguinis. Coęui. id est, eiusdem ætatis. Sic stulta, hoc figuratum fuisse dicit in Mose, qui ut scribitur Exodi capite 2. à filia Pharaonis educatus est: cum rex præcepisset quicquid masculini sexus natum esset in flumen proijci. Moses receptor. id est, assertor siue recuperator ex Aegyptia seruitute. Mens obstetricis, aut mater Mosis quę pariēs sibiipsi obstetricata est, aut alicuius obstetricis quę noluit prodere Pharaoni ortum pueri, ut Exod. capit. 1. legitur. Mens obstetricis sedulæ. id est, obstetrix sedulę mentis. Contumax in tyrannum. id est, non obediens illi quod fuit pietatis opus. Ad spem gloriæ potentis. id est,

id est, qui seruabatur ut per illũ fierent dei mirabilia. Sacerdotem, qui res diuinas tractaret, & per quem populo legem daret, alioqui Aaron peculiaris erat Dei sacerdos. Cæso Aegyptio, de quo Exodi capite secundo: Vidit, inquit, Moses uirum Aegyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus suis, quem percussum abscondit in sabulo. Absoluit iugo, id est, expediuit ex Aegyptia seruitute. Hoste saucio. id est, diabolo uicto. Hic expiatam. scilicet Moses qui populum per mare rubrum traiecit, per quod significabatur Christi baptisma quod in dulcibus Iordanis aquis est postea consecratum. Præferens columnam lucis, de qua luce Esaiæ capite 9. Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucẽ magnam, & alludit ad columnam quæ præcedebat Hebræos Exodi 13. & 33. Hic præliante. Exodi capite 17. legitur quod Israël pugnante contra Amalech in Raphidim cum leuaret Moses manus, uincebat Israël, sin autem paululum remisisset, superabat Amalech. quod significabat Christum, qui expansis brachijs in cruce reportaturus erat uictoriam suis. Verior Iesus. id est, saluator, quia & alij saluatores populi dicebantur, sicut Iosue, qui æque dicebatur saluator, sed illic à seruitute corporis, hic à seruitute animi liberauit. Post longa dispendia. id est, multos annos tandem peperit ueram libertatem. Suis tribulibus. quia uenit ad saluandos qui perierant de domo, uel qui erant ex gente sua siue tribu, nam tribules dicuntur ex eadem tribu. Iugera promissa. id est, terram promissionis quod Iosue fecit, ut in libro Iosue legimus, sed per terram promissionis nos terram uiuentium intelligimus, hoc est, uitam æternam. Qui ter quater. id est, duodecim lapides quos Iosue iussit poni in medio Iordanis cũ traiecit flumen de quo Iosue capite 4. per quos designantur duodecim apostolorum nomina, stemmata, quia omnis ecclesiæ nobilitas inde emanauit. Iure ergo. id est, merito Magi intellexerunt illum esse regem mundi, cum uiderent omnia dicta & facta sunt ꝑ prophetas in illo cõplere. Rex iudicũ. rex regũ & dñs dominantiũ. Tẽpli nouelli. id est, ecclesiæ & synagogæ. Effraim, literaturã sequitur græcam, cũ ab Hebræis Ephraim dicatur. Ephraim

& Manasse filij Ioseph, quibus Iacob portiones æquas iussit distribui cum reliquis filijs suis, qui erant duodecim, ut legitur Gene. quadragesimonono. Suspiciunt. id est, uenerantur, sicut econtrario despiciunt pro contemnũt. Quin & propago. non solum Iacob posteritas Christum colit, sed & gentes qui colebant idola cessesunt illi. Ritum inconditum, id est, religionem falsam dæmonum propago illa deserit. Quæcunque coxerat durum, id est, metallum aliquod in effigiem idoli conflauerat in caminis feruidis. Baal. id est, honorem & cultum dæmonum. Numina fumosa, id est, statuas antiquas Iuuenalis: Fumosos equitum cum dictatore magistros. Iudæa. Roma, totum orbem intelligit per has nationes. Laudate om̃e genus hominum. ad Christi laudem inuitat. Nemo posthac mortuus. id est, cui omnia uiuunt ut canit ecclesia.

CATHEMERINON FINIS.

AVRELII

PRVDENTII CLEMENTIS VIRI consularis περὶ στεφάνων, id est de coronis.

HYMNVS IN HONOREM SANctorum martyrum Hemetrij & Chelcedonij Calagurritanorum.

Carminis ratio eiusmodi est qualis hymni omnium horarum, Da puer plectrum.

— ᴗ — — — ᴗ — ᴗ

— ᴗ — ᴗ — ᴗ ᴗ



Cripta sunt cœlo duorum
Martyrum uocabula,
Aureis quæ Christus illic
Annotauit literis.
Sanguinis notis eadem
Scripta terris tradidit.
Pollet hoc felix per orbem
Terra Hibera stemmate.
Hic locus dignus tenendis
  Ossibus uisus deo,
  Qui beatorum pudicus
  Esset hospes corporum.
Hic colentes hausit undas
  Cæde tinctus duplici,
  Illitas cruore sancto
  Nunc arenas incolæ.
Confrequentant obsecrantes
  Voce, uotis, munere.
  Exteri necnon & orbis
  Huc colonus aduenit.

Fama nam terras in omnes
Præcucurrit proditrix,
Hic patronos esse mundi
Quos precantes ambiant.
Nemo puras hic rogando
Frustra congessit preces,
Lætus hinc tersis reuertit
Supplicator fletibus.
Omne quod iustum poposcit
Impetratum sentiens.
Tanta pro nostris periclis
Cura suffragantium est.
Non sinant, inane ut ullus
Voce murmur fuderit,
Audiunt, statimq́ ad aurem
Regis æterni ferunt.
Inde larga fonte ab ipso
Dona terris influunt,
Supplicum causas petitis
Quæ medelis inrigant,
Nil suis bonis negauit
Christus unquam testibus,
Testibus quos nec catenæ
Dira nec mors terruit.
Vnicum deum fateri
Sanguinis dispendio
Sanguinis sed tale damnum
Lux rependit longior.
Hoc genus mortis decorum est,
Hoc probis dignum uiris,
Membra morbis excdenda
Texta uenis languidis.
Hostico donare ferro,
Morte & hostem uincere,
Pulchra res ictum sub ense

Persequutoris pati.
Nobilis per uulnus amplum
Porta iustis panditur,
Lota mens in fonte rubro
Sede cordis exilit.
Nec rudem crudi laboris
Ante uiam duxerant
Milites, quos ad perenne
Cingulum Christus uocat.
Sueta uirtus bello & armis
Militat sacrarijs,
Cęsaris uexilla linquunt,
Eligunt signum crucis.
Proq; uentosis draconum
Quod gerebant pallijs,
Præferunt insigne lignum,
Quod draconem subdidit.
Vile censent expeditis
Ferre dextris spicula,
Machinis murum ferire,
Castra fossis cingere.
Impias manus cruentis
Inquinare stragibus
Forte tunc atrox secundos
Israëlis posteros.
Ductor aulę mundialis
Ire ad aram iusserat,
Idolis litare nigris,
Esse Christi refugas.
Liberam succincta ferro
Pestis urgebant fidem.
Illa uirgas, & secures
Et bisulcas ungulas.
Vltro fortis expetebat,
Christi amore interrita,

Carcer inligata duris
Colla baccis impedit.
Barbaras forum per omne
Tortor exercet manus,
Veritas crimen putatur,
Vox fidelis plectitur.
Tunc & ense cæsa uirtus
Triste percussit solum,
Et rogis ingesta mœstis,
Ore flammas sorbuit.
Dulce tunc iustis cremari,
Dulce ferrum perpeti,
Hic duorum chara fratrum
Conualescunt pectora
Fida, quos per omne tempus
Iunxerat sodalitas,
Stant parati ferre quicquid
Sors tulisset ultima.
Seu foret præbenda ceruix
Ad bipennem publicam,
Verberum post uim crepantum
Post catastas igneas.
Siue pardis offerendum
Pictus, aut leonibus
Nos ne Christo procreati
Mammonæ dicabimur?
Et dei formam gerentes
Seruiemus sęculo?
Absit ut cœlestis ignis
Se tenebris misceat.
Sit satis quod capta primo
Vita sub chirographo,
Debitum persoluit omne,
Functa rebus Cæsaris.
Tempus est deo rependi

Quicquid

Quicquid est proprium dei.
Ite signorum magistri,
Et uos tribuni assistite,
Aureos auferte torques
Sauciorum præmia
Clara nos hinc angelorum
Iam uocant stipendia.
Christus illic canditatis
Præsidet cohortibus,
Et throno regnans ab alto,
Damnat infames deos.
Vosq; qui ridenda uobis
Monstra diuos fingitis,
Hæc loquentes obruuntur
Mille pœnis martyres.
Nexibus manus utrasq;
Flexus inuoluit rigor,
Et chalybs attrita colla
Grauibus ambit cicdis.
O uetustatis silentis
Obsoleta obliuio,
Inuidentur ista nobis,
Fama & ipsa extinguitur.
Chartulas blasphemus olim
Nam satelles abstulit,
Ne tenacibus libellis
Erudita sæcula.
Ordinem, tempus, modumq;
Passionis proditum
Dulcibus linguis per aures
Posterorum spergerent.
Hoc tamen solum uetusta
Subtrahunt silentia,
Iugibus longum catenis
An capillum pauerint

Quo uiros dolore tortor
Quáve pœna ornauerit,
Illa laus occulta non est,
Nec senescit tempore.
Missa quod sursum per auras
Euolarunt munera,
Quæ uiam patere cœli
Præmicando ostenderent,
Illius fidem figurans,
Nube fertur anulus,
Hic sui dat pignus oris,
Vt ferunt, orarium.
Quæ superno rapta flatu
Lucis intrant intimum,
Per poli liquentis axem
Fulgor auri absconditur.
Ac diu uisum sequacem
Textilis candor fugit.
Subuehuntur usque in astra,
Nec uidentur amplius.
Vidit hoc conuentus adstans,
Ipse uidit carnifex,
Et manum repressit hærens
Ac stupore oppalluit.
Sed tamen peregit ictum,
Ne periret gloria.
Iam ne credis bruta quondam
Vasconum gentilitas,
Quam sacrum crudelis error
Immolarit sanguinem?
Credis in deum relatos
Hostiarum spiritus?
Cerne quàm palam feroces
Hic domantur dæmones,
Qui lupino capta ritu

Deuorant præcordia.
Strangulant mentes & ipſas,
Seq; miſcent ſenſibus,
Tunc ſuo iam plenus hoſte
Siſtitur furens homo
Spumeas efflans ſaliuas
Crudi torquens lumina,
Expiandus quæſtione
Non ſuorum criminum.
Audias, nec tortor adſtat,
Eiulatus flebiles,
Scinditur per flagra corpus,
Nec flagellum cernitur.
Creſcit & ſuſpenſus ipſe
Vinculis latentbus,
His modis ſpurcum latronem
Martyrum uirtus quatit.
Hæc coërcet, torquet, urit,
Hæc catenas incutit,
Prædo uexatus relictis
Se medullis exuit.
Linquit inlæſam rapinam,
Faucibus ſiccis fugit,
Vngue ab imo uſque ad capillum
Salua reddit omnia.
Confitens ardere ſeſe,
Nam gehennæ eſt incola,
Quid loquar, purgata longis
Alba morbis corpora?
Algidus cum decoloros
Horror artus concutit,
Hic tumor uultum relinquit,
Hic color uerus redit.
Hoc bonum Saluator ipſe,
Quo fruamur, præſtitit,

Martyrum cum membra nostro
Consecrauit oppido.
Sospitant quæ nunc colonos
Quos Hiberus alluit.
State nunc hymnistæ matres
Pro receptis paruulis.
Coniugum salute læta
Vox maritarum strepet,
Sit dies hęc festa nobis,
Sit sacratum gaudium.

Hemiterij & Chelidonij martyrum.

HOs duos martyres Calaguritanos fuisse, satis constat, ex hymno cuius initium est. Bis nouem noster, ubi legitur Calaguris ambos quos uenerantur. Nam quod in quadam historia illorum legitur fuisse Legionarios, id est, ex Legione ciuitate, ex errore ortum est, quoniam fuerunt milites, ex quadam imperatoria legione, uocati sunt autem Emiterius & Chaledonius, siue ut in recentioribus libris legimus, Hemiterius, & Cheledonius, siue Chelidonius. Scripta sunt cœlo, ode monocolos qualis est illa, Da puer plectrum. prima pars huius carminis continet laudes martyrum, & loci in quo eorum corpora sunt sepulta qui mira multorum populorum ueneratione frequentatur, propter miracula quæ ibi fiunt, deinde ponit ipsorum uitam, & martyrium, tum postea redit ad miracula. Cœlo, iuxta illud Lucæ capite decimo. Nomina uestra scripta sunt in cœlo, duorum martyrũ quorum nõ ponit nomina sicut neq; posuit in hymno duodeuiginti martyrum Cæsaraugustanorum. Notis sanguinis, id est, literis ex sanguine martyrij scriptis. Terra Ibera, aut Hispana quæ à Græcis dicitur Iberia, aut proprie Ibera ubi est Calaguris, unde sunt hi duo martyres, ut nostra gestabit Calaguris ambos quos ueneramur. Stemmate. i. corona, ut in Romano dicemus uel nobilitate posuit. Hic locus. s. Calaguris Cœltiberorum urbs. Pudicus, castus & mundus. Hospes, qui reciperet,

asperet, aliàs, qui recipitur. Calentes undas cæde. id est sanguine duorum martyrum effuso. Confrequentant concelebrant. Incolæ Calaguritani. Colonus exteri orbis, id est, peregrinus. Fama proditrix. i. manifestatrix, nam prodere est procul dare in hac significatione. Ambiant. id est, ambitiose obseruẽt, sumptum uerbum ab ijs qui suffragatores affectantur ad obtinendos magistratus. Puras preces. i. honestas, nam tales esse debent, si uolumus aliquid à deo impetrare, ut etiam Persius, & Iuuenalis dicunt. Tersis fletibus, nam uenerat flens, & redit lætus lachrymis absterfis & exiccatis. Suffragãtium. id est, martyrum qui sunt nobis apud Deum suffragatores. Non sinant, ordo est. Audiuit, scilicet, preces supplicum, & statim ferunt preces ad deum, ut non sinant inane. i. uanum. Murmur, id est, preces, subaudi, quas ullus fuderit uoce non alta, sed suppressa, iuxta illud Persij, Murmur humilesq́ susurros Tollere de templis. Ab ipso fonte, à Deo, quia ut Iacobus in Canonica scribit, cap. pri. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est descendens à patre luminum, quæ dona scilicet, à deo profecta. Irrigant causas, id est, fouent & recreant & sanant morbos, unde causarij dicuntur ualetudinarij, ut digestorum libro de re militari, Causaria missio est quæ propter ualetudinem laboribus militię soluit. Suis testibus. id est, martyribus, nam martyr interpretatur testis. Dispendio sanguinis. id est, iactura & damno mortis. Lux longior, id est, uita immortalis. Rependit. id est, recompensat. Membra, ordo est. Donare ferro hostili membra texta & compacta. Venis languidis. id est, ægrotantibus, quæ aliàs erant consumenda morbis. Nobilis porta, per quam intratur ad cœli aulam. Fonte rubro. id est, in sanguinis baptismate, quod est unum de tribus quæ dant testimonium in terris. De sede cordis, quia ex corde exeunt cogitationes, Matthæi capite. 15. Nec rudem. Incipit uitam martyrum narrare, nam anteaq̃ militarent Christo, militauerant Cæsari. Ad perenne cingulum. Nam antea erãt ornati baltheo, id est, cingulo militari, quod erat insigne militiæ, nunc uero sunt ornati baltheo siue cingulo æternitatis, quod est in.

est insigne militum Christi. Virtus sueta bello. id est, fortitudo exercitata bello sęculari. Militat armis sacrariis. id est, sacratis, hoc est, Christo. Signum crucis pro signis & uexillis Cæsaris. Palliis, id est, uelis, siue uexillis & signis. Ventosis, id est, quæ uento agitantur, uel potius uentosis, id est, uanis & superbis. Draconum, quæ erant insignia uexillorum cum aquilis. Vnde signiferi & ante signarii, tum aquiliferi, tum draconarii dicebantur. Vegetus autor est, libro primo. Quid, inquit, ipsi draconarii atque signiferi, qui sinistra manu hastas gubernant. Claudianus in Epithalamio. Stent bellatrices aquilæ sæuiq; dracones. Idem de tertio consulatu Honorii. In uolucres tollunt aquilas hi picta draconum colla leuant. Insigne lignum, scilicet crucis. Quod, Per Christi passionem. Draconem, id est, diabolum, qui sub specie serpentis Euam decepit. Vile censerit, id est, turpe negotium, exercere officia militaria quæ subdit. Forte, ordo est. Ductor atrox, id est, crudelis princeps. Aulæ mundialis, id est, imperii Romani, quod erat sęculare, ut more religionis nostræ loquamur. Iusserat posteros Israëlis, id est, Christianos, qui in locum filiorum Israël substituti sunt ex Gentilibus, ideóque dixit secundos, quia primis successerunt. Litare, id est, sacrificare impropriè, nam litare, est sacrificio impetrare. Et iubebat etiam, Esse defugas Christi, id est, perfugas siue transfugas: sunt autem qui se ad hostes in bello transferunt. Pestis succincta ferro, id est, persequutor armatus. Fidem liberam, quæ facit homines liberos uera libertate, sicut econtrario, qui facit peccatum, seruus est peccati. Illa fortis, scilicet fides Christianorum. Vngulas bisulcas, id est, bidentatas. Duris baccis. Bacca quod genus sit uinculi, non legi, forte legendum est, boiis, est autem boia genus uinculi, tam lignea, q̃ ferrea. Plautus in Asina. neruos, catenas, carceris numelas, pedicas, boias, usus est eodem uocabulo in prologo Psychomachiæ, dicens: Attrita baccis colla liber erigit. Barbaras manus, crudeles. Veritas, id est, Christiana religio. Virtus cæsa, id est, fidelis cæsus. Solum triste percussit, scilicet, cadens in terram, quod triste spectaculum præbebat.

bat. Et ingesta, scilicet, uirtus illa. Focis: quia multi ex martyribus ustulati sunt. Hic duorum, id est, in persequutione illa. Hi duorum, ergo hi duo martyres fratres erant. Ad bipennem publicam, quia consulum & prætorum insignia erant uirgarum, & securium fasces. Post uim uetberum, id est, post uirgarum uerbera. Crepantum, id est, sonantium, quum plagas inferunt. Post catastas igneas, quum sit catasta carcer ubi uenales serui sunt expositi uenditioni, dicta à catastao, quod est, expono, in uita martyrum ponitur pro quodam genere tormenti siue uinculi, & forte pro igneas legendum est, ligneas. Pardis, sunt mares in genere Pantherarum. Pardi, sicut fœminę dicuntur uarie. Nos ne uerba sunt martyrum. Christo, id est, cultui Christiano geniti, Mammonæ, id est, diabolo rebusque mundanis. Est autem mammona lingua Syrisca siue Aramça, pecunia aut diuitię, quarum dominus uidetur esse diabolus, uideturq́; Poëta alludere ad illud Matthæi capite sexto. Non potestis Deo seruire & Mammonæ. Cœlestis ignis. secũdo Corinthiorum sexto. Quę participatio lucis ad tenebras. Vita capta, forte legendum, cœpta. Sub primo chirographo. i. sub militari sacramento quo eramus addicti prius imperatori Functa rebus Cæsaris, id est, officio debito Cæsari. Rependi, id est, reddi & restitui, iuxta illud Matthæi. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo. Magistri signiferi & draconarij. Tribuni. s. militum, qui erant pręfecti legionum. Absistite. i. discedite. Aureos torques. i. insignia militaria, quę dãtur pro uulneribus in prœlio acceptis pro munere. Stipẽdia, quę dãtur militibus, quia nemo militat suis stipẽdijs. Candidatis. i. ueste cãdida indutis, unde & ecclesia canit. Te martyrum candidatus laudat exercitus. Rigor & calybs flexus. i. rigidum ferrum & durũ flexum in catenas & uincula. Inuoluit. i. impedit. Grauibus circulis. i. catenarum annulis. O uetustatis, dicit poëta, ꝙ multa sunt martyres perpessi, quæ scripta fuerunt de miraculis, quæ in eorum morte sunt facta, sed obliterata sunt à satellitibus & ministris, ne proderentur in ipsorũ confusionẽ. Obliuio obsoleta. i. quę facit res obsolescere, & in desuetudinem

nem tendere. Inuidentur nobis. i. illi iniuiderunt nobis tantam gloriam, ideo concremauerunt scripta. Tenacibus libellis, scilicet memoriæ rerum gestarum. Spargerent. id est, diuulgarent. Iugibus. id est, non constat quo mortis genere sint affecti: mortui sunt in catenis, & nutrierunt longum capillum & barbam. Restituimus autem ordinem uersuum qui erant confusi, & turbabant sensum. Subtrahunt. id est, quanq̃ cætera obsoleuerunt, hoc unum miraculum quod statim subiũgit, non potuit obliterari. Hęrens. i. dubitãs, an gladio percuteret, prępeditus stupore. Sed peregit ictũ. i. percussit trũcauitq; martyres, quod est contrariũ ei, quod supra dixerat, sed illic fortasse loquebatur de tormentis citra mortẽ, hic uero de mortis genere. Vasconũ, quia Calaguris in uasconibus Celtiberis est sita. Crudelis error, quia per errorẽ hoc fecerũt quia dicit Apostolus. Si dominũ glorię cognouissent nunq̃ illũ crucifixissent. Spiritus hostiarũ. i. horũ martyrũ animas qui se deo obtulerunt hostias immolatas. Cerne. i. si nõ credis hoc crede saltẽ miraculis. Deuorãt pręcordia. i. torquẽt hoies. Miscent sensibus, illos perturbando. Homo plenus hoste suo, id est, à dæmone possessus. Sistitur, ponitur ante martyrum sepulchra. Cruda lumina. id est, oculos toruos. Expiandus, homo, scilicet dæmoniacus purgandus & liberandus à dæmonis potestate. Non suorum criminum, quia illud crimen non est hominis, sed dæmonis. Eiulatus. s. dæmonum cum torquentur uirtute martyrum, ut inde exeant cum non uideatur tortor. Crescit, id est, extenditur suspensus. Latronem dæmonem. Illæsam rapinam, translatio est sumpta ex lupis: qui relinquunt rapinam incruentam, & abeunt faucibus siccis. Vergilius secundo Aeneidos. Lupi ceu raptores, catulique relicti Faucibus expectant siccis. Vngue ab imo, id est, pedum. Confitens, quia non potest dissimulare. Corpora alba. i. pallida qualia sunt ægrotantium. Persius: Atq; albo uentre lauatur. Horror algidus, id est, febrem præcedens horribilium. Decoloros artus, quia correptis frigore color mutatur. Tumor, id est, pingue illud nõ solidum, sed inane quo ægrotantes tument. Nostro oppido, id est. Calaguri, sed quomo-

quomodo nostro si Prudentius Cæsaraugustanus est, an nostro.i. Hispano, an Celtibero, ad quod Calaguris à Cæsaraugusta non multum distat. Sospitant à morbis liberant. Hymnistæ.i. hymnum cantantes, pro salute filiorum & maritorum. sed hymnistas dixit matres sicut in Psychomachia sodomita libido.

Hymnus ad honorem Diui Laurentij constantissimi martyris.

Mensura Carminis huius conuenit cum Hymno matutino, Ales diei.

ANtiqua fanorum parens
Iam Roma, Christo dedita,
Laurentio uictrix duce
Ritum triumphas barbarum.
Reges superbos uiceras,
Populos frenis presseras,
Nunc monstruosis idolis
Imponis imperij iugum.
Hæc sola deerat gloria
Vrbis togatæ insignibus,
Feritate capta gentium
Domaret ut spurcum Iouem.
Non turbulentis uiribus,
Cossi, Camilli, aut Cæsaris.
Sed martyris Laurentij
Non in cruento prælio.
Armata pugnauit fides,
Proprij cruoris prodiga,
Nam morte mortem diruit.
Ac semet impendit sibi.
Fore hæc sacerdos dixerat,
Iam Xistus, adfixus cruci,

IOANNES SICHARDVS.

IAM Xistus adfixus cruci. Hic est Xistus qui sextus à Petro episcopatum Romæ sortitus erat post Alexandrum, temp. re Hadriani Cæsaris, anno ab hinc millesimo quadringentesimo quinto, ut testatur Eusebius in chronicis.

Laurentium flentem uidens
Crucis sub ipso stipite.
Desiste discessu meo
Fletum dolenter fundere,
Præcedo frater, tu quoque
Post hoc sequeris triduum.
Extrema uox episcopi
Prænunciatrix gloriæ
Nihil fefellit, nam dies
Prædicta palmam præstitit.
Qua uoce, quantis laudibus
Celebrabo mortis ordinem?
Quo passionem carmine
Digne retexens concinam?
Hic primus è septem uiris
Qui stant ad aram proximi,
Leuita sublimis gradu,
Et cæteris præstantior.
Claustris sacrorum præerat,
Cœlestis arcanum domus
Fidis gubernans clauibus,
Votasque dispensas opes.
Versat famem pecuniæ
Præfectus urbis regiæ,
Minister insani ducis
Exactor hauriet sanguinis.
Qua ui latentes eruat
Nummos, operta existimans

Talenta

Talenta sub sacrarijs,
Cumulosq́ congestos tegi.
Laurentium sisti iubet,
Exquirit arcam ditibus
Massis refertam & fulgidę
Montes monetæ conditos.
Soletis, inquit, conqueri,
Sæuire nos iusto amplius,
Cum Christiana corpora
Plus q̃ cruente scindimus.
Abest atrocioribus
Censura feruens motibus,
Blande & quiete efflagito
Quod sponte obire debeas.
Hunc esse uestris orgijs
Moremq́, & artem proditum est,
Hanc disciplinam fœderis,
Libent ut auro antistites.
Argenteis scyphis ferunt
Fumare sacrum sanguinem
Auroq́ nocturnis sacris
Adstare fixos cereos.
Tunc summa est cura fratribus
Vt sermo testatur loquax,
Offerre fundis uenditis
Sestertiorum millia.
Addicta auorum prædia
Fœdis sub auctionibus
Successor exhæres gemit
Sanctis egens parentibus,
Hæc occuluntur abditis
Ecclesiarum in angulis,
Et summa pietas creditur
Nudare dulces liberos.
Deprome thesauros, malis

Suadendo quos præstigijs
Exaggeratos obtines,
Nigrante quos claudis specu.
Hoc possit usus publicus,
Hoc uiscus, hoc ærarium,
Vt dedita stipendijs
Ducem iuuet pecunia.
Sic dogma uestrum est audio
Suum quibusq; reddito,
En Cæsar agnoscit suum
Nomisma numis inditum.
Quod Cæsaris scis, Cæsari
Da, nempe iustum postulo,
Ni fallor, haud ullam tuis
Signat deus pecuniam.
Nec cum ueniret, aureos
Secum Philippos detulit,
Præcepta, sed uerbis dedit
Inanis à marsupio.
Implete dictorum fidem,
Quam uos per orbem uenditis,
Numos libenter reddite,
Estote uerbis diuites.
Nil asperum Laurentius
Refert ad ista, aut turbidum
Sed ut paratus obsequi,
Obtemperanter annuit.
Est diues, inquit, non nego,
Habetq; nostra ecclesia
Opumq;, et auri plurimum
Nec quisq̃ in orbe ditior.
Is ipse tantum non habet
Argenteorum ęnigmatum
Augustus, arcem possidens
Cui numus omnis scribitur.

Sed

Sed nec recuſo prodere
  Locupletis arcam numinis,
  Vulgabo cuncta, & proferam
  Precioſa quæ Chriſtus tenet.
Vnum ſed orans flagito,
  Induciarum paululum,
  Quo fungar efficacius
  Promiſsionis munere.
Dum tota digeſtim mihi
  Chriſti ſupellex ſcribitur,
  Nam calculanda primitus,
  Tunc ſubnotanda eſt ſummula.
Lætus tumeſcit gaudio,
  Præfectus, ac ſpem deuorat,
  Aurum uelut iam conditum
  Domi maneret geſtiens.
Pepigere tempus tridui,
  Laudatus inde abſoluitur.
  Laurentius ſponſor ſui,
  Et ſponſor ingentis lucri.
Tribus per urbem curſitat
  Diebus, infirma agmina,
  Omneſq; qui poſcunt ſtipitem,
  Cogens in unum, & congregans.
Illic utriſq; obtutibus
  Orbes cauatos præferens
  Baculo regebat præuio,
  Errore nutantem gradum.
Et Claudius infracto genu,
  Vel crure trunco ſemipes,
  Breuiorve planta ex altera,
  Greſſum trahebat imparem.
Eſt ulceroſis artubus
  Qui tabe corrupta fluat,
  Eſt cuius arens dextera

Neruos in ulnam contrahat.
Tales plateis omnibus
Exquirit, assuetos ali
Ecclesiæ matris penu.
Quos ipse primus nouerat.
Recenset exin singulos,
Scribens uiritim nomina,
Longo & locatos ordine
Adstare pro templo iubet.
Præscriptus & iam fluxerat
Dies, furebat feruido
Iudex auarus spiritu,
Promissa solui efflagitans.
Tum martyr, assistas uelim,
Coramq; dispostas opes
Mirere, quas noster deus
Prædiues in sanctis habet.
Videbis ingens atrium
Fulgere uasis aureis,
Et per patentes porticus
Structos talentis ordines.
It ille, nec pudet sequi,
Ventum ad sacratam ianuam
Stabant cateruæ pauperum,
Inculta uisu examina.
Fragor rogantum tollitur,
Præfectus horrescit stupens,
Conuersus in Laurentium,
Oculis turbatis minax.
Contrà ille, quid frendens, ait,
Minitaris? aut quid displicet
Num sordida hæc aut uilia?
Num despuenda existimas?
Aurum quod ardenter sitis
Effossa gignunt rudera.

Et de metallis squalidis
Pœnalis excutit labor.
Torrens *uel amnis turbidis
Voluens arenis implicat,
Quod terrulentum ac sordidum,
Flammis necesse est decoqui.
Pudor per aurum soluitur,
Violatur auro integritas,
Pax occidit, fides perit,
Leges & ipsæ intercidunt.
Quid tu uenenum gloriæ
Extollis, & magni putas?
Si quæris aurum uerius,
Lux est, & humanum genus.
Hi sunt alumni luminis,
Quos corpus arctat debile,
Ne per salutem uiscerum
Mens insolescat turgida.
Quum membra morbus *dissecat,
Animus uiget robustior,
*Mentis uicissim fortibus
Vis sauciatur sensuum.
Nam sanguis in culpam calens
Minus ministrat uirium,
Si feruor effœtus malis
Elumbe uirus contrahat.
Si forte detur optio,
Malim dolore asperrimo
Fragmenta membrorum pati,
Et pulcher intus uiuere.
Committe formas pestium,
Et confer alternas lues,
Carnis ne morbus fœdior
An mentis & morum ulcera?
Nostri per artus debiles

*&

*dissicit

*membris

Intus decoris integri,
Sensum uenusti innoxium
*Laboris experti gerunt.
Languoris Vestros ualentes corpore
Interna corrumpit lepra,
Errorq; mancum claudicat
Et cæca fraus nihil uidet.
diuitum Quemuis tuorum *principum,
Qui ueste & ore prænitet,
Magis probabo debilem,
Quàm quis meorum pauperum.
Hunc qui superbit serico,
Quem currus inflatum uehit,
Hydrops aquosus lucido
Tendit ueneno intrinsecus.
Ast hic auarus contrahit
Manus recuruas & uolam
Plicans aduncis unguibus
Laxare neruos non ualet.
Istum libido fœtida
Per scorta tractum publica
Luto & cloacis inquinat,
Dum spurca mendicat stupra.
Quid ille feruens ambitum,
Sitimq; honoris æstuans,
Mersisne anhelat febribus,
Atq; igne uenarum furit.
Quisquis tacendi intemperans
Silenda prurit prodere,
Vexatur, & scalpit iecur,
Scabiemq; cordis sustinet.
Quid inuidorum pectorum
Strumas retexam turgidas?
Quid purulenta, & liuida
Malignitatum uulnera?

Tu

Tu & ipse qui Romam regis
Contemptor æterni dei,
Dum dæmonum sordes colis,
Morbo laboras regio.
Hi quos superbus despicis,
Quos execrandos iudicas,
Breui ulcerosos exuent
Artus, & incolumes erunt.
Quum carne corruptissima
Tandem soluti, ac liberi,
Pulcherrimo uitæ statu
In arce lucebunt patris,
Non sordidati aut debiles,
Sicut uidentur interim,
Sed purpurantibus stolis
Clari, & coronis aureis
Tum si facultas suppetat,
Coram tuis obtutibus
Istos potentes sęculi
Velim recensendos dari,
Pannis uideres obsitos,
Et muculentis naribus,
Mentum saliuis uuidum,
Lipposq́ palpebra putri.
Peccante nil est tetrius,
Nil tam leprosum aut putridum
Cruda est cicatrix criminum,
Oletq́ ut antrum tartari.
Animabus inuersa uice
Corrupta forma infligitur,
Quas pulcher aspectus prius
In corpore oblectauerat.
En ergo nummos aureos,
Quos proxime spoponderam,
Quos nec fauillis obruat

Ruina, nec fur subtrahat.
Nunc addo gemmas nobiles,
Ne pauperem Christum putes,
Gemmas corusci * numinis,
*luminis Ornatur hoc templum quibus,
Cernis sacratas uirgines,
Mireris intactas anus,
Primiq; post damnum thori
Ignis secundi nescius.
Hoc est monile ecclesiæ,
His illa gemmis comitur,
Dotata sic Christo placet,
Sic ornat altum uerticem.
Eccum talentum suscipe,
Ornabis urbem Romulam.
Ditabis & rem principis,
Fies & ipse ditior.
Ridemur, exclamat furens
Præfectus, ac miris modis
Per tot figuras ludimur,
Et uiuit insanum caput.
Impune tantas furcifer
Strophas cauillo mimico
Te nexuisse existimas
Dum scurra saltas fabulam?
Concinna uisa urbanitas
Tractare nosmet ludicris?
Egón cachinnis uenditus
Acroma festiuum fui?
Adeo ne nulla austeritas,
Censura nulla est fascibus?
Adeón securim publicam
Mollis retundit lenitas?
Dicis, libenter oppetam,
Votiua mors est martyri.

Est ista uobis nouimus
  Persuasionis uanitas.
Sed non uolenti impertiam,
  Præstetur ut mortis citæ
  Compendiosus exitus,
  Perire raptim non dabo.
Vitam tenebo, & differam
  Pœnis morarum iugibus,
  Et mors inextricabilis
  Longos dolores protrahet.
Prunas tepentes sternite,
  Ne feruor ignitus nimis
  Os contumacis occupet,
  Et cordis intrat abdita.
Vapor senescens langueat
  Qui fusus afflatu leui
  Tormenta sensim temperet,
  Semustulati corporis.
Bene est quod ipse ex omnibus
  Mysteriarches incidat,
  Hic solus exemplum dabit
  Quid mox timere debeant.
Conscende * constratum rogum, *cõstructũ
  Decumbe digno lectulo,
  Tunc, si licebit, disputa
  Nil esse Vulcanum meum.
Hæc fante præfecto, truces
  Hinc inde tortores parant
  Nudare amictu martyrem,
  Vincire membra, & tendere.
Illi os decore splenduit,
  Fulgorq; circunfusus est,
  Talem reuertens legifer
  De monte uultum detulit.
Iudæa quem plebs aureo

Bone inquinata, & decolor
Expauit, & faciem retro
Detorsit impatiens dei.
Talemq́ue & ille prætulit
Oris corusci gloriam
Stephanus per imbrem saxeum
Cœlos apertos intuens.
Illuminatum hoc eminus
Recens piatis fratribus,
Baptisma quos nuper datum
Christi capaces fecerat.
Ast impiorum cæcitas
Os oblitum noctis situ
Nigrante sub uelamine
Obducta, clarum non uidet.
Aegyptiæ plagæ in modum,
Quæ cum tenebris babaros
Damnaret Hebræis diem,
Sudo exhibebat lumine.
Quin ipsa odoris qualitas
Adusta quam reddit cutis,
Diuersa utrosque permouet,
His nidor, illis nectar est.
Idemq́ue sensus dispari
Variatus aura, aut adficit
Horrore nares uindice
Aut mulcet oblectamine,
Sic ignis æternus deus
Nam Christus ignis uerus est,
Is ipse complet lumine
Iustos, & urit noxios.
Postquam uapor diutinus
Decoxit exustum latus,
Vltro è catasta iudicem
Compellat affatu breui.

Conuerte

Conuerte partem corporis
Satis crematam iugiter,
Et fac periclum, quid tuus
Vulcanus ardens egerit.
Præfectus inuerti iubet:
Tunc ille, coctum est, deuora
Et experimentum cape
Sit crudum, an assum suauius.
Hæc ludibundus dixerat,
Cœlum deinde suspicit,
Et congemiscens obsecrat
Miseratus urbem Romulam.
O Christe numen unicum
O splendor, ô uirtus patris,
O factor orbis, & poli,
Atq; autor horum mœnium.
Qui sceptra Romæ in uertice
Rerum locasti, sanciens
Mundum Quirinali togæ
Seruire, & armis cedere.
Vt discrepantum gentium
Mores & obseruantiam,
Linguasq; & ingenia & sacra,
Vnis domares legibus.
En omne sub regnum Remi
Mortale concessit genus,
Idem loquuntur dissoni,
Ritus idipsum sentiunt.
Hoc destinatum quo magis
Ius Christiani nominis
Quodcunq; terrarum iacet
Vno illigares uinculo.
Da Christe Romanis tuis
Sit Christiana ut ciuitas,
Per quam dedisti, ut cæteris,

Mens

Mens una sacrorum foret.
Confœderentur omnia
Hinc inde membra in symbolum
Mansuescat orbis subditus,
Mansuescat & summum caput,
+abiunctas Aduertat +adiunctas plagas
Coire in unam gratiam,
Fiat fidelis Romulus,
Et ipse iam credat Numa.
Confundit error Troicus.
Adhuc Catonum curiam
Venerantur occultis focis
Phrygum penates exules.
Ianum bifrontem & Sterculum
Colit senatus, horreo
Tot monstra patrum dicere
Et festa Saturni senis.
Absterge Christe hoc dedecus,
Emitte Gabriel tuum,
Agnoscat ut uerum deum
Errans Iulica cæcitas.
Et iam tenemus obsides
Fidissimos huius spei,
Hic nempe iam regnant duo
Apostolorum principes.
Alter uocator gentium,
Alter cathedram possidens
+Primam, recludit creditas
+primus Aeternitatis ianuas.
Discede adulter Iuppiter
Stupro sororis oblite,
Relinque Romam liberam,
Plebemq́ iam Christi fuge.
Te Paulus hinc exterminat,
Te sanguis exturbat Petri,

Tibi id, quod ipse armaueras
Factum Neronis officit.
Video futurum principem
Quandoq; qui *seruos dei * seruus
Tetris sacrorum sordibus
Seruire Romam non sinat.
Qui templa claudat uectibus,
Valuas eburnas obstruat,
*Ne fasta damnet limina, * Nefando
Obdens ahenos pessulos.
Tunc pura ab omni sanguine
Tandem nitebunt marmora,
Stabunt & æra innoxia,
Quæ nunc habentur idola.
Hic finis orandi fuit,
Et finis *idem uinculi * item
Carnalis, erupit uolens
Vocem sequutus spiritus,
Vexere corpus subditis
Ceruicibus quidam patres.
Quos mira libertas uiri
Ambire Christum suaserat.
Repens medullas indoles
Afflarat, & coëgerat
Amore sublimis dei
Odisse nugas pristinas.
Refrixit ex illo die
Cultus deorum turpium,
Plebs in sacellis rarior,
Christi ad tribunal curritur,
Sic dimicans Laurentius
Non ense præcinxit latus
Hostile, sed ferrum retro
Torquens in autorem tulit.
Dum dæmon inuictum dei

Testem lacessit prælio,
Perfossus ipse concidit,
Et stratus æternum iacet;
Mors illa sancti martyris;
Mors uera templorum fuit;
Tunc Vesta Palladios lares
Impune sensit deseri.
Quicquid Quiritum sueuerat
Ornare res uanas Numæ
Christi frequentans atria,
Hymnis resultat martyrem.
Ipsa & senatus lumina
Quondam Luperci, aut Flamines
Apostolorum & martyrum
Exosculantur limina.
Videmus illustres domos,
Sexu ex utroq; nobiles
Offerre uotis pignora
Clarissimorum liberum;
Vittatus olim pontifex
Accitur in signum crucis;
Aedemq; Laurenti tuam
Vestalis intrat Claudia.
O ter quaterq;, & septies
Beatus Vrbis incola,
Qui te ac tuorum comminus
Sedem celebrat ossium.
Cui propter aduolui licet,
Qui fletibus spargit locum,
Qui pectus in terram premit
Qui uota fundit murmure.
Nos Vasco Hiberus diuidit
Binis remotos alpibus
Trans Cottianorum iuga,
Trans & Pyrenas ninguidos

Vix fama nota est, abditis
  Quàm plena sanctis Roma sit
  Quàm diues urbanum solum
  Sacris sepulchris floreat.
Sed qui caremus his bonis,
  Nec sanguinis uestigia
  Videre coràm possumus,
  Cœlum intuemur eminus.
Sic sancte Laurenti tuam
  Nos passionem quęrimus,
  Est aula nam duplex tibi,
  Hic corporis, mentis polô.
Illic inenarrabili
  Allectus urbi municeps
  Aeternæ in arce curiæ
  Gestas coronam ciuicam.
Videor uidere illustribus
  Gemmis coruscantem uirum,
  Quem Roma cœlestis sibi
  Legit perennem consulem.
Quæ sit potestas credita,
  Et muneris quantum datum
  Probant Quiritum gaudia,
  Quibus rogatus annuis.
Quod quisq; supplex postulat
  Fert impetratum prospere,
  Poscunt,* litantur, indicant, iocātur
  Et tristis haud ullus redit,
Ceu præsto semper adsies,
  Tuosq; alumnos urbicos
  Lactante complexus sinu
  Paterno amore nutrias.
Hos inter ô Christi decus
  Audi & poëtam rusticum
  Cordis fatentem crimina,

Et

Et facta prodentem sua.
Indignus agnosco & scio,
Quem Christus ipse exaudiat,
Sed per patronos martyres
Potest medelam consequi.
Audi benignus supplicem
Christi reum Prudentium,
Et seruientem corpori,
Ablue uinclis sęculi.

ANtiqua fanorum parens. Carmen est quale illud, ales diei nuncius. In prima carminis parte Prudentius gratulatur Romæ, quod Laurĕtio duce expulerit deos gentilium. Deinde à Xisto martyriū sibi prædictum narrat, & quomodo spe thesaurorum Ecclesiæ pręfectum urbis delusit: & tandem igni impositus animam exhalauit, tum demum iterū gratulatur urbi & celebritatem cū ossa martyris cōmemorat. Parens fan⸗rum. i. templorum dijs dicatorū fabricatrix. Iam Christo dicata, lego dedita, ut stet uersus, Sensus tamen idem. Ritum barbarū. i. religionem deorum falsam. Reges superbos, sensus est quod prius sub falsa religione uicit orbē terrarū, nunc sub Laurentio uincit deos falsos. Insignibus uictorijs de orbe totæ partis. Vrbis togatæ: ex Vergil. Romanos rerum dominos gentemq; togatam. Capta feritate, i. post barbaros domitos & captos. Viribus Cossi. Cornelius Cossus tribunus militum bello cum Verentibus habito, Tolumnium eorum regem occidit spoliaq; opima de eo Ioui Feretrio detulit, secundus post Romulum. Camilli. M. Furius Camillus qui Capitoliū à Gallis Senonibus obsessum liberauit, de quo Vergil. Referentem signa Camillum, & Cęsaris qui singularem obtinuit dictaturam Non incruento, quia fuso sanguine peperit sibi uictoriam. Prodiga cruoris. sic Horat. Animæq; magnæ prodigum Paulum superante pœno. Semel impendit sibi .i. uitam præsentē, ut uiueret uitā immortalem. Xistus Episcopus, qui martyrio præcessit Laurentium, appellaturq; Xistus, non ut uulgo scribit Sixtus, literis inuer-

inuersis. Sub stipite crucis, ubi Xistus pendebat. Discessu meo, quo à te diuellor per mortem. Qua uoce Poëta dicit se imparē ad describendam tā grandem materiā. Retexens, pangens & cōponens carmen. Primus è septem uiris, ex consuetudine primitiuę & incipientis Ecclesiæ, in qua fuerunt electi septem uiri Leuitæ qui altari ministrarēt: quorū princeps fuit Stephanus ut legitur Actuum capi. vi. Cæteris, aut Leuitis collegis, aut cæteris in rebus puta martyrio. Claustris sacrorum, erat enim æditŭus & ærarij sacri custos. Arcanū domus cœlestis, id est, thesaurū secretū ecclesiæ. Votas opes, & hoc more primitiuæ ecclesiæ: ut ex communi uictitantes, omnia namq; uendebant: & ponebant ante pedes discipulorum. Præfectus urbis, erat ab imperatore urbi præpositus, cujusmodi potestatem habent, qui hodie dicuntur uicereges. Insani ducis. id est, imperatoris qui talem pręposuit. Exactor hauriet sanguinis, lege, Exactor hausti sanguinis. i. qui acerbe exigebat uectigalia usq; ad effusionem sanguinis. Iuuenal. Ossa uides regum uacuis exhausta medullis. Qua ui, repete à superioribus, & uersat qua ui, &cęt. Cumulos auri & argenti. Montes monetæ, ut uulgo dicimus montones. Soletis inquit. hæc uerba sunt præfecti blādientis Laurentio dum pecunias extorqueat, & est sensus, non sumus adeo crudeles ut uos Christiani dicitis. Sed censura feruens. id est, censor iratus. Abest. i. non sæuit. Quod debeas obire. idest, exequi ut obeo munus legationis, id est, exequor. Vestris orgijs, id est, sacris, nam orgia sunt omnia sacra, sed Bacchi præcipue. Fœderis, id est, religionis. Sanguinem sacrum, non quod Christiani sanguinem hostiarum funderent: sed quod hic ignarus religionis putat illos ita facere. Auroque. id est, candelabris aureis. Fratribus. i. eiusdem religionis socijs, sicut diximus factū fuisse in ecclesiæ initio. Millia. sub. multa. Addicta, id est, uendita, ut sæpe in libris digestorum. Vnde est & titulus, de in diem addictione uel uenditione. Fœdis auctionibus, quia ex eis liberi relinquuntur exhæredes. Sanctis parentibus id est, quos appellatis sanctos. Hæc, scilicet, quæ ex distractione illa bonorum rediguntur. Creditur, à no-

P bis Chri-

bis Christianis, cum sit potius impietas. Malis præstigijs. id est, artibus quibus miseros deludis faciens illis apparere quod non est: quæ ars planorum & circulatorum & præstigiatorum est. Specu nigrante, id est, obscuro & tenebroso. Vsus publicus, quia respubl. habet his opus. Fiscus & ærarium, hæc distant inter se: quoniam Fiscus est ipsius principis ærarium reipub. pecuniæ destinatæ. Pecunia dedita. i. decreta & attributa stipendijs militum. Dogma uestrum, ad illud saluatoris refert cum dixit: Reddite quę sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo. Suum nouissima, id est, nummum in quo est impressa imago sua, dixerat namque saluator, Cuius est imago hæc, & circunscriptio, dicunt ei, Cæsaris. Tuus Deus, id est, Dei tui imago in nullis nomismatis est impressa. Cum ueniret ad Euangeliũ prędicandum. Philippos, monetam quam Philippus Macedonum Rex, & Alexandri pater percuti iussit, Horatius. Retulit acceptos regale nomisma Philippos. Inanis à marsupio. id est, uacuus, hoc enim multis in locis saluatcr discipulis interminatut. Fidem dictorum. id est. facitę quod dicitis. Venditis. id est, diuulgatis, quasi dicat, uenditis falsa pro ueris, nisi facitis quod prædicatis. Diuites uerbis. id est, non pecunia, eo modo quo Stoici dicunt, sapientes diuites esse. Obtemperanter, obedienter. Argenteorum ænigmatum lege emblematum. i. uasorum emblematis insignatorũ Possidens arcem, scilicet imperij. Nummus scribitur. id est, cuius imago imprimitur, & titulus circunscribitur. Iuuenalis. Scripto radiat Germanicus auro. Locupletis numinis, id est, dei mei qui locuples est. Christi, subaudi arca. Paululum induciarum, id est, in certam diem dilationem, quasi gesturus postea bellum cum præfecto, inducias uocat. Digestim, dirigendo nummorum genera, Spem deuorat, id est, concipit. Plautus in Asinaria. Mea dicta deuorate, id est, auide accipite: & Martialis, Deuorat draucos. Laudatus, scilicet, à præfecto, quòd tam benigne sit pollicitus illos thesauros. Sponsor sui, & sponsor lucri, scilicet, quod redditurus ipse cum omni supellectile Ecclesiastica. Agmina infirma, scilicet, pauperum ualetudinariorum.

rum. Cauatos utrisque obtutibus, id est, uacuos utrisque oculis, hoc est, cæcos quos ipse ducebat. Nutantem gradum, id est, passum uacillantem. Claudus tria clauditatis genera exponit, aut fracto, aut amputato, aut breuiori crure. Tabe corrupta. id est, pure ex ulcere defluenti. In ulnam contrahat, id est, in brachiorum ambitum incuruet. Penu, id est, alimentis, quæ in penario solent adseruari, ut in digestis, titulo de penu legata. Recenset, id est, recognoscit. Viritim, per singulos uiros. Prædiues in sanctis, ambigue loquitur, ut præfectus putaret in sacrarijs. Ille autem intelligebat in pauperibus. Structos talentis ordines, id est, talenta ordinibus distributa. Ad sacratam ianuam, ad templum. Fragor rogantum, id est, clamor mendicantium. Sordida, aut uilia, quasi dicat, hæc uasa preciosa sunt. Rudera effossa, nam uenæ auri & argenti eruderantur à metallarijs. Eruderare autem est purgare, & rudera ipsa purgamenta quæ ex scrobibus effodiuntur. Ex metallis, quæ uulgus appellat mineralia. Pœnalis labor eorum, scilicet, qui damnabantur in metalla effodienda. Amnis turbidus, puta in Lydia Hermus, & Pactelus, in Hispania Tagus & Minius. Iuuenalis. Omnis arena Tagi quodq; in mare uoluitur aurum. Terrulentum, cum est in balnea, nam postea igni purgatur. Pudor per aurum. Ouid. primo. Metam. Effodiuntur opes irritamenta malorum, & Vergil. tertio. Aeneid. Quid nō mortalia pectora cogis Auri sacra fames. Intercidunt, quia omnia corrumpuntur auro. Venenum gloriæ. i. aurum, quo uera gloria perit, aut more loquitur Christianorum, qui gloriam appellāt sanctorum beatitudinem. Lux & humanum genus, id est, Christus qui est lux mundi. Ioannis capite octauo. Homines ab eo redempti: unde subdit: Hi sunt alumni luminis, de quo lumine Ioannes præbuit testimonium. Ioannis primo. Corpus debile, iuxta illud Apostoli, secundo Corinth. xij. Cum infirmor, fortior sum. Mentis uicissim, ordo & sensus est. Vicissim, id est, rursus, & e diuerso. Vis sensuum mentis sauciatur fortibus, subaudi membris. Sanguis in culpam cadens, id est, incitans ad culpam, cum calidus est. Si est effœtus, id est,

debilitatus & exhaustus. Malis.id est,morbis. Contrahat uirus elumbe, id est, quod eneruat, & debilitat. Minus ministrat uirium. id est, non habet tantas uires ad peccandum. Detur optio.id est,electio. Fragmēta,id est,facturam. Intus.id est, in parte animæ. Committe.id est,compara. Lues alternas.id est,alternatim subeuntes. Nostri,subaudi,pauperes. Debiles per artus truncatis membris debilitati. Intus.id est, in anima. Expertes laboris. id est, morbi & doloris. Venusti gerunt sensum integri decoris. id est,habent mentem integram & decoram. Vestros gentiles, infideles. Lepra interna. id est, animi pestis. Claudicat mancum. id est, ad modum mancorum & truncatorum, & est aduerbium, sicut intonat horrendum, & ridet sardonicum. Probabo magis debilem,subaudi esse. Hydros aquosus id est,aqua intercus. Tendit.id est, extendit & inflat. Veneno lucido. Sic Horatius dixit: Turgescit uitrea bilis. Et Persius: Et splendida bilis. Mendicat stupra,id est,interpellando pueros, & puellas & huiusmodi procaces à precando,& petulantes à petendo dicuntur. Sitim honoris æstuans.id est,quodam feruore petens honores,& comparatur ambitiosus febricitanti.id est,luxuriosus spurco, auarus manco,superbus hydropico, maledicus quoque comparatur hepatico, uel potius splenetico,de quo dixit Persius. Sed sum petulanti splene cachinno. Prodere silenda,ut ad risum moueat auditores. Prurit, & scalpit, & scabies ad eos pertinet, qui non possunt animi secretum retinere,sed dicacitate quadam laborant: sicut qui habet scabiem, non potest ungues continere. Strumas turgidas: strumosos comparat inuidis, est autem struma, ut inquit Celsus: Tumor glandulosus, maxime circa fauces & alas, & inguina. Morbo regio. id est, iterico, qui aurigo dicitur,ab auri colore,dictus regius quod huiusmodi morbo laborantes,delicatè debeant & regum more curari Sicut uidentur interim,id est,nunc in hac uita. Si suppetat facultas.id est, si detur tibi ad hoc copia. Recensendos.id est,recognoscendos. Obsitos pannis. Terentius,Pannis annisque obsitus.id est,pannosos, qui nūc sunt purpurati. Palpebra putri, qualis est in uinosis.

Cicatrix

Cicatrix cruda. id est, non consolidata, sed purulenta, & pure manans. Antrum tartari, id est, sulphur olet. Versa uice. id est, econtrario, quia, ut inquit Aristoteles, libro tertio Ethicorum: Pœnæ medicinæ quædam sunt, quæ per contraria fieri debent, ut qui dum uiuerent, erant ornatus studiosi, in morte sint deformati, contrarium ei quod Vergilius. vi. Aene. scribit. Quisq; suos patimur manes. Ruina obruat, ad illud spectat quod saluator dicit. Lucæ. 12. Thesaurizate uobis thesauros. Gemmas nobiles, uirgines dicit & continentes Intactas anus, post primas nuptias, alias intacta, est uirgo. Vergil. pri. Aenei. Cui pater intactam dederat primisq; iugarat Ominibus. Ignis secundi. id est, secundarum nuptiarum. Verticem. id est, caput, hæc est illa noua Hierusalem, descendens de cœlo, quasi sponsa ornata uiro suo, de qua in Apocaly. cap. 21. Rem principis .i. patrimonium. Horati. Rem quocunq; modo, rem si possis recte. Et uiuit. q d. & non occiditur. Furcifer. ignominiæ causa sic appellabantur serui. Strophas. i. tergiuersationes, utitur Martialis sæpe, & ex nostris Hieronymus. Cauillo mimico. id est cauillatione, quali utuntur Poëtæ comici, & mimographi. Saltas fabulam nam erant poëmata quæ saltabantur, ut Silenus Vergilianus, quem ipse Vergilius saltasse dicitur. Concinna uisa. id est, adeo ne uisus tibi sum idoneus, ut mihi illuderes. Acroama siue acroma, interpretatur auditio ab acroaome audio, Nepos in uita Attici, nemo in conuiuio ejus aliud acroma audiuit. Sueton. in Augusto, acroamata & histriones & triuiales ex circo ludos, sunt ergo acroamata fabulæ, quæ ad delectationem narrari solent. Adeon, sensus est, adeo ne nos censores debemus esse faciles, ut hæc & talia patiamur? Fascibus. i. consulibus & prætoribus, quorũ insignia sunt fasces. Securim. quę fascibus uirgarũ adiungebatur. Retundit lenitas. i. clementia hebetat, ut non sęuiat in hu iusmodi delusores. Libenter oppetam. i. moriar. Mors uotiua. i. quæ à uobis optatur. Volenti. s. tibi optanti mortẽ. Compẽdiosus. i. breuis. Raptim, uelociter, sed dabo ut lente pereas. Inextricabilis i. qui non extricabit, resoluet animã à corpore, nam extricare, est explicare,

care & dissoluere. Tepentes, ne.s. uapore ignis strãgu-letur. Abdita cordis,& sic pereat. Senescẽs.i. propemodũ extinctus. Temperet tormẽta.i. nõ acuat. Semustulatus.i. semustus. Lucanus. in.8. Semusta rapit resolutaq; nondum. Mysteriarches.i. mysteriorũ & sacrorũ princeps, sicut mystarches sacerdotum. Exemplum dabit.s. cæteris eiusdem sectæ. Vulcanũ meũ.i. quẽ ego dico esse meũ numen,& quem tu irrides. Et tendere.i. distendere funibus. Legifer.i. Moses, cum secundo legem ex mente detulit, ut legitur Exod.34. Aureo boue uitulo, quem sibi conflauerat, ut est in Exo.32. Decolor, degenerans. Expauit, uidentes, inquit, Aaron, & filij Israel cornutam Mosi faciem, timuerunt prope accedere Ille Stephanus, protomartyr, de quo Act. capi. vi. Viderunt faciẽ eius, tanq̃ faciẽ angeli, & capite.7. Cum autem Stephanus esset plenus spiritu sancto, intendens in cœlum, uidit gloriam dei &c. Per imbrem saxeum.i. cum lapidaretur. Illuminatum hoc eminus, forte aliter legendum est, est tamen sensus, quod baptizati cernebant Stephanum habentem faciem angeli, aut legẽdum, quod baptizati à Laurentio illuminati cernebant illum fulgore circunfusum, eminus.i. à longe. Recens piatis, per baptisma, in initio nascentis Ecclesiæ cũ per baptisma fiebant spiritus sancti capaces. Cæcitas impiorum, qui torquebãt Laurentiũ. Oblitum.i. obscuratum. Noctis situ.i. quasi umbra & tenebris, in quibus est rerum situs.i. squalor. Obducta, operta. Sub nigro uelamine. id est, sub umbra. Aegyptiæ plagę, de qua in Exodo capite.x. Tribus diebus in tenebris nemo uidit fratrem suũ, ubicunq; habitabãt filij Israel, lux erat, sic in Laurentij martyrio baptizati fideles uidebant illum fulgentẽ, tortores autem nihil tale uidebant, sed quasi nube obductum. Barbaros Aegyptios, ut in psalmo. In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro. Sudo lumine.i. sereno. Vergil.8. Aene. Per sudum rutilare uidet, dictũ sudum.i. sine humido. Qualitas diuersa odoris, quia à Christianis iudicatur nectar odoratum, à tortoribus nidor, qui ex concoctis cibis euaporatur. Idem sensus.s. odoratus. Aura uaria, quia in aëre fundatur odor. Horrore uindice.i. ultrice in tortores

tores

tores, aut oblectamine in Christianos. Christus ignis de quo Malach.3. Ipse enim quasi ignis conflans, & sedebit cõflans & emũdans argentum, & purgabit filios Leui. Complet lumine & urit, qui tamẽ sunt cõtrarii effectus ex eadẽ causa profecti. E catasta, ut supra ex tormẽto. Fac periculũ.i. experire. Crudũ ceu assum, quod utrũq; erat in Laurẽtio. Ludibũdus.i. per ludũ iocũmq; hæc dicebat. Vrbẽ Romulam, à Romulo conditam. Horat. in carmine sęculari. Romulæ genti date rem prolemq;. Numẽ unicũ, quia pater & filius & spũs sanctus unus deus sunt. O splendor & uirtus patris. Heb.1. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantię eius, & in hymno, Splendor paternæ gloriæ. Virtus patris.i. fortitudo, unde Esa.63. Et brachiũ dñi cui reuelatũ est. Autor horũ mœnium, quorũ Romulus dicitur esse conditor, quia ideo fecisti ut Roma esset caput orbis, ut omnes gentes obedirent unis legibus, nam quod Vergil. primo Aenei. scribit. His ego nec metas rerũ, nec tempora pono, ad imperium ecclesiæ potius q̃ ad sæculare pertinet. Quirinali togæ, quia Romulus post consecrationem Quirinus est cognominatus, & Romana gens togata à Vergilio dicitur: ut, Romanos rerum dominos gentemq; togatam. Obseruantiam. id est, religionem. Ingenia quæ apud diuersas nationes uaria sunt, & ad diuersa studia inclinata. Regnum Remi, pro Romuli. Nam & ille particeps regni fuit. Dissoni ritus, id est, diuersi mores, & homines diuersorum studiorum. Idem loquuntur & sentiunt: quia idem credunt & confitentur.s. fidem Christianam, uel potius ad linguã latinã referendum ad leges Romanorũ. Hoc destinatum, à Deo ut quemadmodũ omnes tenentur uno imperio, teneantur etiam una religione. Mens una sacrorũ, quia cum imperio propagata est religio Christiana. In symbolũ .i. in conuenientiã: nã symbolum est, in quo plura conueniunt. Mansuescit orbis, non totus, sed ecclesia orientalis & Græca, unde incepit religio nostra. Caput, Roma. Verg. Quæ alias inter caput extulit urbes. Aduertat, Roma uideat. Abiunctas plagas, id est, disiũctas regiones. In unã gratiã, i. amorem religionis conuenire. Romulus & Numa, per quos intelligit Romano-

rum principes. Error Troicus. i. Romani, qui à Troianis acceperunt religionem, hoc est, Vestam & Penates, & Palladium. Curiã Catonũ. i. nobiliũ Romanorũ, quales fuerũt Catones. Occultis focis. ignem uestalem qui in abditis seruabatur. Verg. 2. Aene. Aeternũq; adytis effert penetralibus ignem. Penates. exules. Vergil. Victosq; penates. Ianum bifrontem. Ouid. 1. Fastorum. Ianus bifrons anni tacite labentis, origo Solus de superis, qui tua terga uides. Sterculum. Macrobius in primo Satu. Cyrenenses mellis & fructuum repertorem Saturnum existimant, hunc Romani Sterculũ uocant. Gabriel recte, non est ausus declinare sub hac terminatione. Cæcitas Iuli. id est, eorum qui ab Ascanio Iulo Aeneæ filio descendunt, à quo Iulius Cæsar ducebat originem. Vergilius: Iulius à magno demissus nomen Iulo. Vocator gentium. s. Paulus, qui præ cæteris prędicator gentium dicitur. Recludit. id est, aperit. Aeternitatis. id est, cœlorum & uitæ æternæ. Stupro sororis. Iunonis, quæ Iouis dicitur & soror & coniunx. Exturbat eijcit. Ouidius 15. Metamorphos. exturbare animas posuit pro eijcere. Factum Neronis. qui Petrum & Paulum martyrio coronauit. Quod tu armaueras. id est, molitus eras, quod cessit in perniciem tuam. Futurum principem. Constantinum intelligit, cuius edicto, ut inquit Hieronymus, gentilium templa subuersa sunt. Obdens pessulos. i. ianuarum repagula. Marmora templorum scilicet idola, id est, sanctorum imagines, quia idola deorum noxia erant. Vincula carnalia. quibus anima in corpore tenetur. Erupit. pro rupit, pro simplici compositum. Libertas uiri. id est, Laurentij, nam patres illi cũ uidissent martyrẽ tanta libertate apud urbis præfectum fuisse usum, cœperunt & ipsi Christum quęrere. Indoles. probitas illa martyris. Repens medullas. illorum patrum inflãmarat. Nugas pristinas. id est, uanitates gentilicas. In sacellis. deorum gentilium. Rarior, cum antea esset frequentior. Curritur. plerique omnes currunt. Retro torquens. pro retorquens, nã moriens hostem superauit, sic enim indies crescebat ecclesia. Stratus æternum. æternaliter nomen pro aduerbio. Vergilius sexto Aeneid. Sedet æternumq; sedebit.

Vesta

Vesta.id est,ignis uestalis. Ouid. Nec aliud Vestam quã uiuam intellige flammam. Lares Palladios.id est,templum ubi erat Palladium. Impune,quia si negligentia uirginum uestalium ignis extingueretur,capitale erat illis,sed tunc impune ille ignis extinctus est. Res uanas Numæ,qui religionem Romanis tradidit & sacra. Resultat martyrem.i.Resultando concinit. Luperci. sacerdotes Panos dei pastorum. Et flamines,sacerdotes collegiorum. Lumina senatus .i. ex senatoribus illustrissimi. Ex utroq; sexu, ex patre & matre & matre fulgentes sanguine. Pignora clarissimorum liberum,pro liberorum,id est,ipsos liberos,qui sunt pignora parentibus. Pontifex uittatus.qui fuit apud gentiles in summa ueneratione. Claudia uestalis. per quam intelligit quemlibet uirginem sacerdotem ex collegio Vestæ, hæc est illa Claudia, quæ cum accusaretur pollutæ castitatis,purgans innocentiam suã,angulo traxit nauẽ, quæ neq; uelo,neque remis promoueri poterat. Ter'q; quater'q; & septies.ex Verg.1. Aeneid. O ter'q; quater'q; beati. sed septies conflatur ex ternario & quaternario qui numerus ex certa quadam ratione perfectus est. Te.ò Laurenti. Comminus .i. prope,& in eadem urbe. Aduolui propter .i.prope. Ver. in Bucol. Propter aquæ riuum uiridi procumbit in herba. Nos uasco Iberus. sensus est:Ille dicitur felix,cui licet Romæ uisitare cineres beati Laurentij,sed nos Hispanos. Iberus uasco. id est,fluuius qui Vascones alluit. Diuidit. id est,separat nos, non q; Iberus appelletur Vasco, cũ præterfluit Cæsaraugustam urbem,sed q; ortus in Vasconibus fluit per illos,& deinde per Celtiberos. Binis alpibus. quod ipse declarat,trans alpes Cotianas & trans Pyreneum. Dictæ sunt autẽ Coctiæ alpes à Coctio Gallorũ rege, qui cum Augusto amicitiam fecit,Coctianæ dicuntur à Cornelio Tacito. Ninguidos. id est,niuosos,nam ninguis pro nix dicebãt antiqui,& inde ninguidus a um. Sidonius:Iani Numæ'q; ninguidos menses. Vix fama.i. nescitur. Vrbanum solum.i.urbis quæ per excellentiã sic dicitur. Cœlum intuemur, ubi est certior sedes martyrum. Sic. f.intuentes cœlum. Allectus urbi. Ierusalẽ cœlesti, de qua in Apoc. cap. 21. Inenarrabili.i.cuius

opulentia narrari non potest. Coronam ciuicam, quæ dabatur illi qui ciuē in prælio seruasset, sed quia Laurentius multos hoc modo reduxit ad Christum, merito donatur corona ciuica Roma cœlestis, sicut Hierusalem cœlestis. Quæ sit potestas, quod in uita aliorū martyrum facit, & in hac facit, ut enarret huius martyris quemadmodum & aliorum potestatem. Gaudia Quiritum. consequentium petita. Litantur. pro litant, hoc est, impetrant quod poscunt. Adsies. antiquum pro adsis. Alūnos urbicos. id est, tuos ciues. Lactante sinu. more matrum quæ filios lactant. Quem exaudiat. quia peccatores deus non exaudit. Ioan. cap. 9. Medelam. id est, peccatorum ueniam. Reum Christi. id est, quem Christus potest accusare peccatorem. Cicero pro Milone: Reus Milonis, lege plotia fuit Clodius. Seruientem corpori. dum est in hoc sæculo.

HYMNVS IN LAVDEM Eulaliæ uirginis,

Carmen monocolon, alcmanicum, dactylicum, hypercatalecticum, constans tribus dactylis & semipede, hoc modo:

– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪

GErmine nobilis Eulalia,
Mortis & indole nobilior,
Emeritam sacra uirgo suam
Cuius ab ubere progenita est
Ossibus ornat, amore colit.
Proximus occiduo locus est,
Qui tulit hoc decus egregium,
Vrbe potens, populis locuples,
Sed mage sanguine martyrij,
Virgineoq; potens titulo.
Curriculis tribus atque nouem
Tris hyemes quater attigerat,

Cum

Cum crepitante pyra trepidos
Terruit aspera carnifices
Supplicium sibi dulce rata.
Iam dederat prius indicium
Tendere se patris ad solium,
Nec sua membra dicata thoro
Ipsa crepundia reppulerat,
Ludere nescia pusiola.
Spernere succina, *flere rosas, *flare
Fulua monilia respuere,
Ore seuera, modesta gradu,
Moribus & nimium teneris,
Caniciem meditata senum.
Ast ubi se furiata lues
Excitat in famulos domini,
Christicolasq; cruenta iubet
Thura cremare, iecur pecudis
Mortiferis adolere deis.
Infremuit sacer Eulaliæ
Spiritus, ingeniiq; ferox
Turbida frangere bella parat,
Et rude pectus, anhela deo.
Fœmina prouocat arma uirûm.
Sed pia cura parentis agit
Virgo animosa domi ut lateat,
Abdita rure & ab urbe procul,
Ne fera sanguinis in pretium
Mortis amore puella ruat.
Illa perosa, quietis opem
Degeneri tolerare mora,
Nocte fores sine teste mouet,
Septaq; claustra fugax aperit,
Inde per inuia carpit iter.
Ingreditur pedibus laceris,
Per loca senta situ, & uepribus,

Angeli

Angelico comitata choro,
Et licet horrida nox sileat,
Lucis habet tamen illa ducem.
Sic habuit generosa patrum
Turba columniferum radium,
Scindere qui tenebrosa potens,
Nocte uiam face perspicua
Præstitit, intereunte Chao.
Non aliter pia uirgo uiam
Nocte sequuta diem meruit,
Nec tenebris adoperta fuit,
Regna Canopica quum fugeret,
Et super astra pararet iter.
Illa gradu cita peruigili,
Millia multa prius peragit,
Quàm plaga pandat Eoa polum,
Mane superba tribunal adit,
Fascibus adstat & in medijs
Vociferans, rogo quis * pudor est
furor Perdere præcipites animas,
Et male prodiga corda sui
Sternere rasilibus scopulis,
Omnipatremq́ negare deum?
Quæritis ô miseranda manus
Christicolûm genus? En ego sum
Dæmoniacis inimica sacris,
Idola protero sub pedibus,
Pectore & ore deum fateor.
Isis, Apollo, Venus nihil est,
Maximianus & ipse nihil.
Illa nihil, quia facta manu
Hic, manuum quia facta colit:
Friuola utraque, & utraq; nihil,
Maximianus opum dominus,
Et tamen ipse cliens lapidum,

Prostituat

Proſtituat, uoueatq́ ſuis
Numinibus caput ipſe ſuum,
Pectora cur generoſa quatit?
Dux bonus, arbiter egregius
Sanguine paſcitur innocuo.
Corporibusq́ pijs inhians
Viſcera ſobria dilacerat,
Gaudet & excruciare fidem.
Ergo age tortor adure, ſeca,
Diuide membra coacta luto.
Soluere rem fragilem facile eſt,
Non penetrabitur interior
Exagitante dolore animus.
Talibus excitus in furias
Prætor, ait, rape præcipitem
Lictor, & obrue ſupplicijs,
Sentiat eſſe deos patrios,
Nec leue principis imperium.
Quàm cuperem tamen, ante necem
Si potis es reuocare tuam
Torua puellula nequitiam,
Reſpice gaudia quanta metas
Quæ tibi fert genialis honor.
Te lachrymis labefacta domus
Proſequitur, generisq́ tui
Ingemit anxia nobilitas,
Flore quod occidis in tenero,
Proxima dotibus & thalamo.
Non mouet aurea pompa thori.
Non pietas ueneranda ſenum,
Quos temeraria debilitas,
Ecce parata miniſteria
Excruciabilis exitij.
Aut gladio feriere caput,
Aut laniabere membra feris,

Aut facibus data fumificis
Flebiliterq́ue ululanda tuis
In cineres resoluta flues.
Hæc, rogo, quis labor est fugere?
Si modicum salis eminulis,
Thuris & exiguum digitis
Tangere uirgo benigna uelis,
Pœna grauis procul abfuerit.
Martyr ad ista nihil, sed enim
Infremit, inq́ue tyranni oculos
Sputa iacit, simulacra dehinc
Dissipat, impositamq́ue molam
Thuribulis pede pro subigit.
Nec mora, carnifices gemini
Iuncea pectora dilacerant,
Et latus ungula uirgineum
Pulsat utrinque, & ad ossa secat
Eulalia numerante notas.
Scriberis ecce mihi domine,
Quàm iuuat hos apices legere,
Qui tua Christe trophæa notant,
Nomen & ipsa sacrum loquitur
Purpura sanguinis eliciti.
Hæc sine fletibus & gemitu
Læta canebat & intrepida,
Dirus abest dolor ex animo
Membraq́ue picta cruore nouo
Fonte cutem recalente lauant.
Vltima carnificina dehinc
Non laceratio uulnifica
*Cratetenus, nec arata cutis, (Ore tenus)
Flamma, sed undique lampadibus
In latera, stomachumq́ue furit.
Crinis odorus & in iugulos
Fluxerat, inuolitans humeris

Quo

Quo pudibunda pudicitia,
Virgineusq; lateret honos,
Tegmine uerticis opposito.
Flamma crepans uolat in faciem,
Perq; comas uegetata caput
Occupat, exuperatq; apicem.
Virgo citum cupiens obitum,
Appetit & bibit ore rogum.
Emicat inde columba repens,
Martyris os niue candidior
Visa relinquere, & astra sequi:
Spiritus hic erat Eulaliæ
Lacteolus, celer, innocuus.
Colla fluunt abeunte anima,
Et rogus igneus emoritur,
Pax datur artubus exanimis,
Flatus in æthere plaudit ouans,
Templaq; celsa petit uolucer.
Vidit & ipse satelles auem
Fœminæ ab ore meare palam,
Obstupefactus, & attonitus
Prosilit, & sua gesta fugit,
Lictor & ipse fugit pauidus.
Ecce niuem glacialis hyems
Ingerit, & tegit omne forum
Membra tegit simul Eulaliæ
Axe iacentia sub gelido,
Pallioli uice linteoli.
Cedat amor lachrymãtum hominũ
Qui celebrare suprema solent,
Flebile cedat & officium,
Ipsa elementa iubente deo
Exequias tibi uirgo ferunt.
Nunc locus emerita est tumulo
Clara Colonia Vettoniæ,

Quam memorabilis amnis Ana
Præterit, & uiridante rapax:
Gurgite, mœnia pulchra lauat.
Hic ubi marmore perſpicuo
alta Atria luminat * alma nitor,
Et peregrinus, & indigena
Reliquias, cineresq́ ſacros
Seruat humus ueneranda ſinu.
Tecta coruſca ſuperrutilant
De laquearibus aureolis,
Saxaq́ cæſa ſolum uariant
Floribus ut roſulenta putes
Prata rubeſcere multimodis.
Carpite purpureas uiolas,
Sanguineosq́ crocos metite,
Non caret his genialis hyems,
Laxat & arua tepens glacies,
Floribus ut cumulet calathos.
Iſta comantibus è folijs
Munera uirgo, puerq́ date,
Aſt ego ſerta choro in medio
Texta ferant pede dactylico
Vilia, marcida, feſta tamen.
Sic uenerarier oſſa libet,
Illa dei ſita ſub pedibus
Oſſibus altar & impoſitum,
Proſpicit hæc populosq́ ſuos
Carmine propitiata fouet.

GErmine nobilis Eulalię, carmen eſt, quale illud, O crucifer bone, principio commendat illam à nobilitate patriæ, deinde nobilitate generis, & quod ab ineunte ætate dedit ſpecimen futuræ religionis, deinde proſequitur ordine beatæ martyris paſſionem, tum demum proſequitur miracula quæ in morte

te illius uisa sunt, & celebritatem omnium ad eius tumulum. Indole mortis. id est, uirtutis, id quod pręcedit pro eo quod sequitur, nam indoles uirtutem pręcedit. Cuius ab ubere. id est, fertilitate. Vergil. 1. Aeneid. Potens armis atq; ubere glebæ. Occiduo. id est, occidenti soli, nam emerita non multũ distat à sacro promontorio quæ est totius Europæ locus, maxime omnium occidentalis. Curriculis tribus, atq; nouem. i. solis duodecim reuolutionibus, hoc est, duodecim annis. Attigerat quater tris hyemes. i. duodecim annos, accipiendo partẽ annorũ pro toto anno. Pyra crepitãte. i. lignorũ strue incensa, crepitat autem ignis, cum ligna comburuntur, quod aiunt, ut inquit Aristoteles, Vestam ridere, & notat quo mortis genere passa est martyrium. Aspera. in seipsam talia perpetrando. Dulce sibi. id est, rem dulcem. Vergilius: Dulce satis humor. Indiciũ. indolem, ut supra dixit. Ad solium patris. ad regnum cœleste, in quo dei sedes est. Dicata toro. subaudi fore, id est, dederat indicium se nemini nuptum ire. Crepundia. diximus fuisse crepitacula, quæ pusionibus & puellis dantur ad cohibẽdos fletus, & in quibus ludunt. Pusiola. id est, puellula, nam pusio paruus est puer. Succina, quæ græce dicuntur electra, uulgo ambar; gummi arborum notissimum. Flere rosas. i. cum fletu abijcere; cum aliæ soleant flere ut dentur. Fulua monilia. id est; aurea colore. Moribus teneris, iuxta illud Sapien. 2. Cani hominis sapientia illius. Furiata lues. id est, persecutio in Christianos. Cruenta. id est cruorem minitans, nisi sacrificent thura & iecora deis. Parat frangere, ordo est: Et rude pectus, & ferox ingenio parat frangere id est, superare. Bella turbida. id est, perturbationẽ alijs afferentia, id est, parabat se martyrio patiendo, sed hoc uolebant parentes prohibere, occultando illã in agro. Fera puella. efferata amore martyrij. Prouocat arma uirum. pro uirorũ. i. instrumenta quæ sæuiant in ipsam. Quietis. i. pacis & tranquillitatis. Mora degeneri. quia uidebatur sibi degenerare si nõ rueret in martyrium. Septa claustra. id est, domus sepimenta, quib⁹ erat clausa. Ingreditur. uadit. Per loca senta situ, id est, loca spinosa & inculta. Vergilij est in 6. Aenei. Sileat. id est, sit

noctis silentiū. Ver. Per amica silētia noctis. Sic habuit ex Exod. cap. 13. Dominus, inquit, praecedebat filios Israël, ad ostendendam uiam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. Patrum. id est, filiorum Israël. Intereunte chao. id est, dissipatis tenebris. Meruit diem. i. diei lucem. Regna Canopica. id est Aegyptia: nam Canopus ciuitas est Aegypti, quae nunc Damiata dicitur: sed per regna Canopica intelligit regna mundi huius, quae martyr fugiebat, ut Hebraei Aegyptia. Gradu peruigili, quia totam noctem uigilauerat. Plaga eoa. id est, regio orientalis. Pandat polum. id est, cœlum aperiat sol oriens. Vergil. Panditur interea domus omnipotentis olympi. Adit tribunal, ubi erat iudex. In medijs fascibus. id est, lictoribus, qui fasces praeferebant magistratibus. Perdere animas. s. uestras, praecipitando illas ad inferos. Scopulis rasilibus. id est, uiscera uestra radientibus. Male prodiga sui. quia male impenditis mortem. Christicolum. id est, Christicolarum. Isis, Apollo, qui sunt ex magnis & consentientibus deis. Maximiani, qui particeps imperij cum Diocletiano fuit, anno salutis, circiter trecentesimo, quo tempore persecutio ualida in Christianos fuit. Cliens lapidum. id est, cultor idolorum. Nam cliens à colendo dicitur. Prostituat. uerbum turpe sumptum, ab illis qui se prostituunt libidini publicae, & in sacris literis uerbum est frequens mœchari, de ijs qui idola colunt. Generosa. qualem me profiteor. Quatit. id est, persequitur. Dux bonus. per ironiam est legendum. Sanguine innocuo. id est, martyrum. Corporibus pijs. id est, religiosis. Inhians. sumptum à pullis hirundinis qui cibis inhiant. i. auidè cupiunt. Seneca in Hercule fur. Nullo fine beata componit opes gazis inhians. Fidem. i. fideles Christianos. Coacta. i. composita & cōpacta. Rem fragilem. corpus frangibile cito. Obrue supplicijs. i. onera, uel lacera. Sentiat. nunc cū dolore est hic sensus. Teren. Sentiet qui uir sim. Nequitiam. peccatum siue malum. Quanta gaudia metas. i. colligas: unde messores dicti. Genialis honor. nuptiae, unde lectus genialis in aula est apud Horatium: est enim genius generationis deus. Domus. parentum familia. Nobilitas, aut parentū, aut omniū nobiliū. Pōpatori. i.

thalami,iã tibi parati ad nuptias.Senſ. patris & matris. Debilitas.i.hoc tuo facto temerario cruciãs Miniſteria pro miniſtris, ſicut ſeruitia pro ſeruis. Apul. Tunc me uelut quandam uictimã publice miniſteria perducũt. Feriere caput.laniabere mẽbra,ſynecdoche per uerbũ paſſiuum.Flues in cineres.i cremaberis. Vlulãda tuis. more fœminarũ quæ in fletu ululant.Ver. Et fœmineo ululatu.Fugere hæc.i.tanta mala quę tibi ſunt parata. Eminulis digitis.i.eminentibus & ſummis. & eſt ſenſus,pœna grauis aberit à te,ſi ſummis digitis uelis tangere modicum ſalis,& exiguũ thuris. ad ſacrificandũ. ſcilicet,dijs.ſalis autẽ dicit, propter molã quæ ſale ſpargebatur.Vergil.Et ſalſæ fruges & circum tẽpora uittę. Varro de Re ruſtica ſcribens,de canibus, ſpina neque eminula,neque curua.Impoſitam molam quæ erat parata ad ſacrificium.Proſubigit.id eſt, proculcat.Vergi. iij.Georgicor.Et pede proſubigit terram.Pectora iuncea.id eſt, pulchre deducta & compoſita. Terentius in Eunucho. Reddunt curatura iunceas. Numerante notas.id eſt,ſigna quæ faciebant ungulæ Scriberis.alluſit ad notas quæ aliquando ſignificant literas, ideo dicit: O domine tu ſcriberis mihi.id eſt,in me. Hos apices.qui literis imponi conſueuerunt, in literis præſertim Hebræis & Græcis. Notant, id eſt, per notas repręſentant.Sanguinis eliciti.ex uulneribus meis expreſſi.Lucanus in.nono. Virus & elicitum ſacrum nomen.id eſt,Chriſtum.Fonte recalente.id eſt,recentante ſanguinem.Verg.iij.Georg.Lauit ater corpore ſanguis. Vltima carnificina. id eſt,ignis,quod fuit ultimũ tormentum.Laceratio.ut antehac. Crate tenus. id eſt, quæ non penetrabat niſi uſq; ad coſtas quæ ſunt quaſi quædam crates ipſius corporis. Crinis odorus non tunc,ſed qui ſolebat odoribus ſuffici. Vergil. Ambroſiæque comæ diuinum uertice odorem ſpirauere.Vt in iugulos. id eſt, in partem colli anteriorem.Inuólitans humeris. id eſt, in humeros, & eſt ſenſus: quód uirgo deduxit capillos in faciem & humeros,ut abſconderet pudorem ſuum quum moreretur. Tegmine.i.capillis. Flamma crepans.Vergil.1.Georg.Atq; leuem ſtipulam crepitantibus urere flammis.Volat in faciem, quia capilli

pilli sunt igne correpti. Vegetata, nutrita. Exuperat apicem. s. capitis. Vergil. ij. Aeneid. Fundere lumen apex. Columba repens, pro repente sicut recens pro recenter. Lacteolus, candidus. Flatus. id est. spiritus. Templa celsa. i. cœlum quod proprie templum dicitur, nam hæc nostra in terra per translationem dicũtur templa. Meare pro uolare. Sua gesta fugit. i. cęde quam uirgini fecerat. Lictor, qui præferebat prætoris insignia. Sub axe gelido. i. sub cœlo, pars pro toto, ut intonuere poli: nam polus & axis partes sunt cœli. Vice pallioli linteoli. id est, ad similitudinem pallij lintei. Cedat amor sensus, quod est, exequiæ uirginis huius magis honorificæ sunt: quàm eorum qui in funere deflentur. Locus in quo martyr est passa. Emerita, Colonia Romanorum in prouincia Lusitania. Vectoniæ: nam Vectones populi sunt Lusitaniæ, de quibus Lucanus, libro. iiij. Vectonesq; leues. Amnis Ana. fluuius qui diuidit Bæticam à Lusitania, & inde nobilis. Gurgite uiridante. propter arbores aut herbas adiacentes ripis quod illius fluminis est proprium. Hic ubi, ordo est. Hic humus ueneranda, propter uirginis martyrium. Seruat in sinu, id est, gremio reliquias & cineres sacros. Vbi nitor luminat, id est, illustrat. Atria alma. id est, templa. Marmore perspicuo. id est, pellucenti & splendido. Super rutilant de laquearibus, ordo est, desuper rutilant. Saxa cęsa, id est, secta in pauimẽta uermiculata uariata arte musceaca, qualia nunc emerita multa conspiciũtur. Rosulenta. i. plena rosis. nam erant in pauimento lapillis formatæ rosæ & uiolæ, & huiusmodi flores. Carpite hoc ad laudem picturæ quod pertinet, flores picti erãt quàm simillimi ueris, quare inuitat ad carpendos illos Genialis hyems: ex Vergil. ij. Georgic. Inuitat genialis hyems. id est, uoluptuosa, ex eo quòd tunc omnes uacant ocio, uel potius disiungendus locus à superiori inuitatq; ad carpendos flores, quos spargunt in templo Diuæ Eulaliæ, & tunc sequitur: Non caret his hyems; quia emerita in tali situ cœli est, qui propter aëris clementiam per mediam hyemem flores parturit. Ideo dicit glacies tepens. id est, hyems tepida & clemẽs. Cumulet. i. impleat canistra. Comantibus, florentibus. Pedẽ

dactyli-

dactylico, cuiusmodi est præsens Ode. Vilia. parui estimanda. Festa. id est, festo uirginis conuenientia. Altar. altare, sicut cochlear & cochleare declinatur. Propiciata. id est, propicia & beneuola facta.

HYMNVS IN LAVDEM DECEM ET octo martyrum Cæsaraugustanorum.

Ode dicolos tetrastrophos, tres uersus sunt sapphici hendecasyllabi, quartus Adonius, eius modi cuius hymnus post ieiunium, Christe seruorum.

BIs nouem noster populus sub uno
Martyrum seruat cineres sepulchro,
Cæsaraugustam uocitamus urbem
Res cui tanta est.
Plena magnorum domus angelorum
Non timet mundi fragilis ruinam,
Tot sinu gestans simul offerenda
Munera Christo.
Quum deus dextram quatiens coruscam
Nube subnixus ueniet rubente,
Gentibus iustam positurus æquo
Pondere libram.
Orbe de magno caput excitata
Obuiam Christo properanter ibit,
Ciuitas omnis pretiosa portans
Dona canistris.
Afra Carthago tua promet ossa
Ore facundo Cypriane doctor
Corduba Aciscium dabit & Zoëllum,
Tresq́ coronas.
Tu tribus gemmis diadema pulchrum
Offeres Christo genetrix piorum
Tarraco, intexit cui fructuosus
Sutile uinclum.
Nomen hoc gemmæ strophio illigatum est.

Emicant iuxta lapides gemelli,
Ardet & splendor paribus duorum
Igne corusco.
Parua Felicis decus exhibebit
Artubus sanctis locuples Gerunda,
Nostra præstabit Calagurris ambos
Quos ueneramur.
Barcilon *Barchinon claro Cucufate freta
Surget,& Paulo speciosa Narbo,
Teq; præpollens Arelas habebit
Sancte Genesi.
Lusitanorum caput oppidorum
Vrbs adoratæ cineres puellæ
Obuiam Christo rapiens ad aram
Porriget ipsam.
Sanguinem iusti cui pastor hæret,
Ferculum duplex, geminumq; donum
Ferre complutum gremio iuuabit
Membra duorum.
Ingeret Tingis sua Cassianum
Festa, Massylum monumenta regum
Qui cinis gentes domitas coëgit
Ad iuga Christi.
Singulis paucæ tribus aut duobus
Forsan & quinis aliquæ placebunt,
Testibus Christi prius hostiarum
Pignore functæ.
Tu decem sanctos reuehes & octo
Cæsaraugusta studiosa Christi,
Verticem flauis oleis reuincta
Pacis honore.
Sola in occursum numerosiores
Martyrum turbas domino parasti,
Sola prædiues pietate multa
Luce frueris.

Vix

Vix parens orbis populosa Pœni,
Ipsa uix Roma in solio locata,
Te decus nostrum superare in isto
Munere digna est.
Omnibus portis sacer immolatus
Sanguis exclusit genus inuidorum
Dæmonum, & nigras pepulit tenebras
Vrbe piata.
Nullus umbrarum latet intus horror.
Pulsa nam pestis populum refugit,
Christus in totis habitat plateis
Christus ubique est.
Martyrum credas patriam coronis
Debitam sacris chorus unde surgens
Tendit in cœlum niueus togatæ
Nobilitatis.
Inde Vincenti tua palma nata est,
Clerus hinc tantum peperit triumphum
Hinc sacerdotum domus infulata
Valeriorum.
Sæuus antiquis quoties procellis
Turbo, uexatum tremefecit orbem,
Tristior templum rabies in istud
Intulit iras.
Nec furor quisquam sine laude nostrum
Cessit, aut clari uacuus cruoris,
Martyrum semper numerus sub omni
Grandine creuit.
Nónne Vincenti peregre necandus
Martyr, his terris tenui notasti
Sanguinis rore speciem futuri
Morte propinqua?
Hoc colunt ciues, uelut ipsa membra
Cespes includat suus, & paterno
Seruet amplectens tumulo beati

Martyris oſſa.
Noſter eſt, quamuis procul hinc in urbe
Paſſus ignota, dederit ſepulchro
Gloriam uictor, prope littus altæ
Forte Sagunti.
Noſter & noſtra puer in palæſtra
Arte uirtutis, fideiq; oliuo
Vnctus, horrendum didicit domare
Viribus hoſtem.
Nouerat templo celebres in iſto
Octies partas, deciesq; palmas
Laureis doctus patrijs, eadem
Laude cucurrit.
Hic & Encrati recubant tuarum
Oſſa uirtutum, quibus efferati
Spiritum mundi uiolenta uirgo
Dedecoraſti.
Martyrum nulli remanente uita
Contigit terris habitare noſtris,
Sola tu morti propriæ ſuperſtes
Viuis in orbe.
Viuis, ac pœnæ ſeriem retexis,
Carnis & cæſæ ſpolium retentans,
Tetra quam ſulcos habeant amaros
Vulnera narras.
Barbarus tortor latus omne carpſit,
Sanguis impenſus, lacerata membra,
Pectus abſciſſa patuit papilla
Corde ſub ipſo.
Iam minus mortis pretium peractæ eſt,
Quæ uenenatos abolens dolores,
Concitam membris tribuit quietem
ſoporo Fine * ſupremo.
Cruda te longum tenuit cicatrix,
Et diu uenis dolor hæſit ardens,

Dum

Dum putrescentes*tenuat medullas tenuit
Tabidus humor.
Inuidus quamuis obitum supremum
Persequutoris gladius negarit,
Plena te martyr tamen ut peremptam
Pœna coronat.
Vidimus partem iecoris reuulsam,
Vngulis longe iacuisse pressis
Mors habet pellens aliquid tuorum
Te quoque uiua.
Hunc nouum nostræ titulum fruendum
Cæsaraugustæ dedit ipse Christus,
*Iuge uiuentis domus ut dicata Tumba
Martyris esset.
Ergo ter senis sacra candidatis
Diues optato simul & Luperco
Perge conscriptum tibimet senatum
Pangere psalmis.
Ede Successum, cane Martialem,
Mors & Vrbani tibi concinatur,
Iuliam cantus resonet, simulq;
Quintilianum.
Publium pandat chorus, & reuoluat
Quale Frontonis fuerit trophæum,
Quid bonus Felix tulerit, quid acer
Cecilianus.
Quantus * Euenti tua bella sanguis Heuuanti
Tinxerit, quantus tua Primitiue,
Quum tuos uiuax recolat triumphos
Laus Apodemi.
Quattuor posthinc superest uirorum
Nomen extolli, renuente metro,
Quos Saturninos memorat uocatos
Prisca uetustas.
Carminis leges amor aureorum*
Nominum

Nominum paruifacit, & loquendi
sumtiosa Cura de sanctis, otiosa non est
Nec rudis unquam.
Plenus est artis modus, annotatas
Nominum formas recitare Christo,
Quas tenet cœli liber, explicandus
Tempore iusto.
Octo tunc sanctos recolet decemq;
Angelus, coram patre filioq;,
Vrbis unius regimen tenentes
Iure sepulchri.
Quin ad antiquũ numerũ trahentur
Viua post pœnæ specimen puella,
Morsq; Vincẽti, cui sanguis hinc est
Fons & honoris.
Additis Gaio, nec enim silendi,
Teq; Crementi quibus incruentum
Ferre prouenit decus, ex secundo
Laudis agone.
Ambo confessi Dominum steterunt
Acriter contra fremitum latronum,
Ambo gustarunt leniter saporem
Martyriorum.
Hæc sub altari sita sempiterno,
Lapsibus nostris ueniam precatur
Turba quã seruat procerũ creatrix
Purpureorum.
Nos pio fletu, date, perluamus
Marmorum sulcos quibus est operta
Spes, ut absoluam retinaculorum
Vincla meorum.
Sterne te totam generosa sanctis
Ciuitas mecum tumulis, deinde
Mox resurgentes animas, & artus
Tota sequeris.

In

IN SANCTORVM DVODEVIGINTI Martyrum Cæsaraugustianorum.

Carmen est Sapphicum mixtum adonico, quale illud, Christe sanctorum. Celebrat Poëta patriam suam narrando duodeuiginti martyres & Vincentiũ & Eucraten, duosq; confessores Gaium & Crementiũ eiusdem ciuitatis indigenas.

BIs nouem. id est, duodeuiginti. Noster populus, quia ut in Prudentii uita diximus, Cæsaraugustanus fuit. Res tanta. i. tanto precio ęstimanda. Mundi ruinam. quippe tanta sanctorum præsentia est munita. Sinu. translatio sumpta ab iis qui plenos muneribus sinus offerunt. Nube rubente, ad illud respicit quod scribit Euãgelista, uidebitis filiũ hominis uenientẽ in nubibus cœli. Librã iustam. i. iustitiã quę librę oĩa adæquãti cõuenit. Oĩs ciuitas. quia oẽs uenturi sunt ad Judiciũ. Excitata caput i. habens caput excitatũ, perinde ac si ciuitas sit una quędã persona. Dona preciosa. i. martyres indigenas, & quod dixit in genere explicat per partes. Aphracartagho, ad differentiã Carthaginis Spartariæ siue nouę quæ est in Hispania. Cyprianũ. qui fuit Carthaginensis, & solam hanc posuit ex urbibus peregrinis cũ reliquæ oẽs sint in Hispania. Corduba. ciuitas Beticæ nobilissima. Acisclum cuius festum Ecclesia celebrat. xv. Kalendas Decembris. Zoëllum. huius quoq; festum celebrat. v. Kalendas Iulij: sed noĩe paululum immutato Zoilũ pro Zoëllo nuncupãs, cũ alioqui Zoilus nomen sit magis celebre. Tres coronas. i. alios tres martyres, quorũ nomina nõ sunt comperta. Tarraco ciuitas Hispaniæ citerioris. Tribus gemmis. i. Augurio & Eulogio & Fructuoso, de quibus peculiarẽ odam paulo post cãtaturus est. Cui tarraconi. Fructuosus qui fuit Tharraconensis Episcopus. Intexit pro intexuit, aut intexet. Vinclum sutile. i. coronã contextã. Hoc nomen gemmæ, opinor legendum esse nouæ gẽmæ. Strophio. i. coronæ, Vergil. in Capod. Necte caput strophio. Lapides gemelli. i. Augurius & Eulogius qui fuerunt. Leuitę fructuosi. Splẽdor. parilis, quia ambo erãt eiusdẽ ordinis. Gerunda. ciuitas quoque Hispaniæ citerioris

conuen-

conuentus Tarraconensis ubi concilium fuit celebre quod Gerundense dicitur. Felicis. quo nomine & alij quoq; martyres fuerunt. Ambos. Emeterium & Chalcedonium, de quibus suprà scripsit oden. Barcinon. ciuitas quoq; eiusdem prouinciæ Colonia Romanorũ Fauentia cognominata. Narbo. à qua dicta est prouincia Narbonensis, dicitur autẽ Narbo martius, nũc est Narbona urbs. Emerita. quæ est caput Lusitanię, hæc est ciuitas Metropolis. Puellæ adoratæ. i. Eulaliæ quam omnes uenerãtur. Ad aram ipsam. i. quasi munus offerendum Christo ad aram sanguinem iusti. Complutum. ciuitas est Tarraconensis prouinciæ fortasse Alcala quia id omnes opinantur, & est ordo: Iuuabit ferre sanguinem iusti & pastoris, appositiue ferculũ. i. donũ siue uasculũ, in quo fertur donũ, nã utrũq; significat ferculũ. Tingis. ciuitas Mauritaniæ Boechi, quæ quondam fuit Hispaniæ contributa, quanq̃ terminis Hispaniæ nõ cõtineatur. Cassianus. hic Tingitanus non uidetur esse is de quo paulo post exponetur martyriũ, & per appositionẽ ad Cassianũ subdit monumẽta. Festa regũ Massylum pro Massylorũ qui sunt populi in eo tractu. Verg. 4. Aeneid. Massyliq; ruunt equites. Qui cinis. non cinis, sed ille cuius erat cinis. i. Cassianus. Paucæ. s. ciuitates placebunt singulis aut duobus, & aliquæ quinq; testibus. i. martyribus, nã martyr testis interpretatur. Pignore hostiarum. i. talibus hostijs quæ sunt pignora quædam ad propiciandum deũ. Reuincta oleis, quia oleis abundat quæ sunt pacis insignia. Verg. 2. Georgicorum: Et pinguem pacis nutritor oliuam, ideo subdit honori pacis. Prędiues pietate. id est, religione. Parens orbis pœni. i. Carthago. ciuitas Aphricę Metropolis. In solio. q. d. in arce dominationis in qua multi martyres pasti sunt. Sacer sanguis s. martyrũ. Exclusit ex omnibus portis, qui erant intra urbẽ. Inuidorũ. quia dæmonum propria est inuidia. Nigras tenebras, id est, offucicas quas dęmones obijciunt hominib⁹. Vmbrarũ. laruarum & huiuscemodi phãtasmatũ. Pestis. s. dæmonũ. Refugit populum. s. Cæsaraugustanum. Patriam martyrum. i. ubi martyres nimia fertilitate prouenisset. Debitam sacris coronis. i. ad hoc generatã ut martyres procrearet

createt. Nobilitatis togatę, id est, martyrũ qui iã togã cādida sunt induti, unde canit ecclesia, Te martyrũ candidatus laudat exercitus. Vincenti. qui Cęsaraugustanus fuit & tamē Sagũti martyriũ passus, ut paulo post dictu rus est. Clerus, clericorũ ordo, ex quo fuit Vincētius, & Valerius. Infulata, quia fuerunt eiusdē urbis. Sæuus, q in Christianorũ persecutionibus quę fuerāt usq; in illa tēpora Cæsaraugustę plusq̃ alibi usq̃ sæuitũ est. In istud tēplum. i. in Christianos qui tēplum dei sunt, ut inquit Apo. An nescitis q tēplum dei estis. Sine laude nostrorũ .i. nostrorũ martyrũ. Sub omni grādine. i. persecutiōe. Peregre necatus. s. Sagunti, non longe à Valentia nunc est Monuiedro. Rore sanguinis, forte propterea dicit, quòd ibi didicit quo pacto deberet esse martyr: cũ uideret ciues suos martyrium pati. Hoc colunt ciues. s. q ibi natus es & institutus ad fidem. Potest etiã legi hunc .s. martyrem, neq; minori laude censendi sunt quàm si etiam illius ossa haberēt. Prope littus, quia Saguntus, ut Liuius scribit, non distat à mari plusq̃ mille passus. Altæ. i. antiquæ, condita nanq; est à Zacynthijs qui cũ Hercule in Hispaniam uenerunt. Nostra palestra. id est, Christiana militia. Oliuo fidei quēadmodum palestritę oleo se perungebant, & alludit ad oleũ chrismaq; baptismatis. Hostem, persecutorem nominis Christiani. Palmas. uictorias decem & octo martyrum. Eadē laude qua. s. illi cucurrerunt. Encrate uirgo & martyr quoq; ex eadem urbe quę nũc corrupte dicitur Engratia, interpretatur nanq; Encrate temperata. Recubant ossa .i. monumenta. Quibus uirtutibus. i. qua fortitudine. Tu uirgo uiolenta, quia uiribus id fecisti, ut illud ex Euangelio: Regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Dedecorasti sęclum. quia uictoria tua fuit mundi huius ignominia. Martyrum nulli. quia illi assecuti sunt coronam martyrij per mortem, hæc uero passa est omnia tormentorũ genera, & tamen superuixit fuitq; sibiipsi superstes. Retexis, enarras, ut in hymno martyrũ, quę uox quę poterit lingua retexere, alias retexere est quod textũ est infectũ reddere. Recētans, i. renouās, quasi uelit dicere exulcerās, quod iam in cicatricē coierat. Sulcos. i. laniatus in sulcorũ morē.

Sub

Sub corde é cuius regione sunt papillæ. Minus preciũ. i. non multi æstimandum: precium nanq; aliquando pœnam significat, ut Terent. Ergo precium ob stultitiam fero. & Vergilius 8 Aeneid. Rem magnam preciumq; moræ. Concitam quietem. id est, citam & uelociter uenientem. Ouid. Mors'q; minus pœnæ q̃ mora mortis habet. Longum. nomen pro aduerbio. i. longo tempore. Humor tabidus. id est, sanguis corruptus. Martyr. uocatiuus est. Plena pœna. qa nihil defuit ad m r-tyrij meritum. Vidimus. i. si adfuissemus poteramus uidere. Vergilius 1. Georgicorum: Et studio incassum uideas gestire lauandi. neq; enim per tempora licuit Prudentio id uidere. Vngulis pressis. i. in ipsa thoracis penetralia impressis. Mors pallens ab effectu. Vergilius in 4. Aeneid. Et pallida morte futura. Aliquid tuorum subaudi membrorum. Fruendum. id est, quo gloriaretur. Iuge uiuentis. i. immortalis: & est nomen pro aduerbio iuge pro iugiter. Ergo Cęsaraugustam patriam suam hortatur ad canendas duodeuiginti martyrum laudes quos enumerat, præter quatuor Saturninos. Diues tersenis. nam & cum genitiuo & cum septimo casu costruitur diues. Horatius: Diues agr s, diues positis in fœnore nummis. Optato & luperco. & alijs qui sequuntur. Tibimet. id est, non tantum ad illorum laudẽ sed etiam & tuam quæ ex illis tibi quoq; accedit. Euenti. uocatiuus est ab eo quod Euentius. Nomen extolli. pro nomina celebrari. Renuente metro, quia syllabæ quædam illorum nominum repugnabant legi carminis sapphici. Carminis leges. sensus est, quod nihil refert illorum nomina scribi nostro uersu, quia nomina illorum scripta sunt in cœlo. Lucæ capite 10. Aureorum nominũ. i. aureis literis scribendorum. Non est rudis. id est, noua, quia semper celebrabuntur. Plenus artis modus. id est, satis est quod illorum nomina sint nota Christo. Cœli liber de quo in Apocalypsi Ioannis. Angelus, qui est, cuiusq; hominis custos. iure sepulchri id est, quia in illa sepulti sunt, ideo peculiarem gerunt illius tutelam. Ad antiquum numerũ s. decem & octo memoratorum. Puella uiua. id est, quæ post martyrij tormẽta fuit superstes. Mors uincenti. quem diximus

ortum

ortum Cæsaraugustæ, passum uero Sagunti. Sanguis. id est, natale solum & origo honoris, ut potius honor martyrij cedat patriæ quàm loco ubi passus est. additis Gaio & Crementio. hi duo confessores fuerunt, qui sine sanguine martyrij consecuti sunt parem illis gloriam. Latronum. id est, persecutorum, sed de his nihil ad huc legi, neq; nũc id agimus ut excutiamus monumenta uetustatis, sed ut adytũ quendã ad hæc opera grammaticis aperiamus. Saporem. id est, portionem quandam martyrij citra sanguinem. Lapsibus nostris id est, peccatis in quæ labimur. Creatrix s. Cęsaraugusta martyrum genetrix. Nos pio fletu. sensus & ordo est: Date, id est, eia agite. se & cæteros hortans hoc dicit. Perluamus lachrymis sulcos marmorum. id est, epitaphiorũ sulcatas literas. Spes operta. id est, cineres, iuxta illud: Caro mea requiescet in spe. subaudi resurgendi. Vincla. id est, peccata quibus deuinctus & impeditus teneor. Animas & artus. id est, ipsos martyres à mortuis resurgentes in die uniuersalis iudicij.

HYMNVS IN LAVDEM VINCENTII martyris.

Mensura carminis eadem est, quæ fuit hymni matutini, Ales diei.

BEate martyr prospera
Diem triumphalem tuum
Quo sanguinis merces tibi,
Corona Vincenti datur.
Hic te ex tenebris sęculi.
Tortore uicto, & iudice,
Euexit ad cœlum dies,
Christoq; ouantem reddidit.
Nunc angelorum particeps,
Conluces insigni stola,
Quam testis indomabilis,
Riuis cruoris laueras.

Quum

Quum te satelles idoli
Præcinctus atris legibus,
Litare diuis gentium
Ferro, & catenis cogeret.
Ac uerba primum mollia
Suadendo blande effuderat
Captator, ut uitulum lupus
Rapturus, alludit prius.
Rex, inquit, orbis maximus
Qui sceptra gestat Romula,
Seruire sanxit omnia
Priscis deorum cultibus,
Vos Nazareni assistite,
Rudemq; ritum spernite,
Hæc saxa quæ princeps colit,
Placate fumo, & uictima.
Exclamat hic Vincentius,
Leuita de tribu sacra,
Minister altaris dei,
Septem ex columnis lacteis.
Tibi ista præsint numina,
Tu saxa, tu lignum colas,
Tu mortuorum mortuus
Fias deorum pontifex.
Nos lucis autorem patrem,
Eiusq; Christum filium,
Qui solus ac uerus deus,
Datiane confitebimur.
Hic ille iam commotior,
Audes ne non felix, ait,
Ius hoc deorum & principum,
Violare uerbis asperis?
Ius & sacratum & publicum,
Cui cedit humanum genus,
Nec te iubente feruide

Instans

Instans periculum permouet.
Hoc nanque decretum cape,
Aut ara, thure & cespite
Precanda iam nunc est tibi,
Aut mors luenda est sanguine.
Respondit ille altrinsecus,
Age ergo quicquid uirium
Quicquid potestatis tibi est,
Palam reluctor, exere.
Vox nostra quæ sit accipe,
Est Christus, & pater deus,
Serui huius & testes sumus,
Extorque si potes fidem.
Tormenta, carcer, ungulæ,
Stridensq; flammis lamina,
Atq; ipsa pœnarum ultima
Mors Christianis ludus est.
O uestra inanis uanitas,
Scitumq; brutum Cæsaris,
Condigna uestris sensibus
Coli iubetis numina.
Excisa fabrili manu,
Cauis recocta & follibus,
Quæ uoce, quæ gressu carent,
Immota, cæca, elinguia.
His sumptuosa splendido
Delubra crescunt marmore,
His colla mugientium
Percussa taurorum cadunt.
Adsunt & illic spiritus,
Sunt sed magistri criminum,
Vestræ & salutis auspices
Vagi, impotentes, sordidi.
Qui uos latenter incitos
In omne compellunt nefas,

R. Vastare

Vastare iustos cædibus,
Plebem piorum carpere.
Norunt & ipsi, ac sentiunt
Pollere Christum & uiuere,
Eiusq; iam iamq; affore
Regnum tremendum perfidis.
Clamant fatentes denique
Pulsi è latebris corporum,
Virtute Christi & nomine,
Diuiq; & ijdem dæmones.
His intonantem martyrem
Iudex prophanus non tulit,
Conclamat, os obtrudite,
Ne plura iactet improbus.
Vocem loquentis claudite,
Raptimq; lictores date
Illos reorum carnibus
Pastos, manuq; exercitos.
Iam faxo ius prætorium
Conuitiator sentiat,
Impune ne nostris sibi
Dijs destruendis luserit.
Tibi ergo soli contumax
Tarpeia calcentur sacra?
Tu porrò solus obteras
Romam, senatum, Cæsarem?
Vinctum retortis brachijs,
Sursum ac deorsum extendite,
Compago donec ossium
Diuulsa membratim crepet.
Post hinc hiulcis ictibus
Nudate costarum abdita,
Vt per lacunas uulnerum
Iecur retectum palpitet.
Ridebat hæc miles dei,

Manus

Manus cruentas increpans,
Quod fixa non profundius
Intraret artus ungula.
Ac iam omne robur fortium
Euiscerando cesserat,
Nisusq; anhelos soluerat
Fessos lacertorum toros.
Ast ille tanto lætior,
Omni uacantem nubilo
Frontem serenam luminat,
Te Christe præsentem uidens.
Quis uultus iste proh pudor?
Datianus aiebat furens,
Gaudet, renidet, prouocat,
Tortor, & tortus acrior.
Nil illa uis exercita
Tot noxiorum mortibus
Agone in isto proficit.
Ars & dolorum uincitur.
Sed uos alumni carceris,
Pars semper inuictam mihi
Cohibete paulum dexteras,
Respiret ut lassus uigor.
Præsicca rursus ulcera,
Dum se cicatrix colligit
Refrigerati sanguinis,
Manus resulcans diruet.
His contra Leuites refert,
Suam tuorum perspicis
Languere uirtutem canum,
Age ipse maior carnifex.
Ostende quo pacto queant
Imos recessus scindere,
Manus & ipse intersere,
Riuosq; feruentes bibe,

Erras cruente, si meam
Te rere pœnam sumere,
Quum membra morti obnoxia
Dilancinata interficis.
Est alter homo intrinsecus,
Violare quem nullus potest,
Liber, quietus, integer,
Exors dolorum tristium.
Hoc quod laboras perdere
Tantis furoris uiribus,
Vas est solutum, ac fictile,
Quocunque frangendum modo.
Quinimo nunc enitere
Illum secare ac plectere,
Qui perstat intus, qui tuam
Calcat tyranne insaniam.
Hunc lacesce, hunc discute
Inuictum, insuperabilem,
Nullis procellis subditum,
Soliq; subiectum deo.
Hæc fatur, & stridentibus
Laniatur uncis denuo,
Cui prætor ore subdolo
Anguina uerba exibilat.
Si tanta callum pectoris
Prædurat obstinatio,
Puluinar ut nostrum manu
Abomineris tangere.
Saltem latentes paginas,
Librosq; opertos detege,
Quo secta prauum seminans
Iustis crematur ignibus.
His martyr auditis, ait:
Quem tu maligne mysticis
Minitaris ignem literis,

Flagrabis ipse hoc iustius.
Rumphæa nam cœlestium
Vindex erit uoluminum,
Tanti ueneni interpretem,
Linguam perurens fulmine.
Vides fauillas indices
Gomorrhęorum criminum,
Sodomus nec latet cinis,
Testis perennis funeris.
Exemplar hoc serpens tuum est,
Fuligo quem mox sulphuris,
Bitumen & mistum pice
Imò implicabunt tartaro.
His persecutor saucius
Pallet, rubescit, æstuat,
Insana torquens lumina,
Spumasq; frendens egerit.
Tum deinde cunctatus diu
Decernit extrema omnium,
Igni grabato & laminis
Exerceatur quæstio.
Hæc ille sese ad munera
Gradu citato proripit,
Ipsosq; pernix gaudio,
Pœnæ ministros præuenit.
Ventum ad palæstram gloriæ,
Spes certat & Crudelitas,
Luctamen anceps conserunt,
Hinc martyr, illinc carnifex.
Serrata lectum regula
Dente infrequenti exasperat,
Cui multa carbonum strues
Viuum uaporat halitum.
Hunc sponte conscendit rogum
Vir sanctus ore interrito,

Ceu iam coronæ conſcius,
Celſum tribunal ſcanderet.
Subter crepante aſpergine
Scintillat excuſſus ſalis.
Cunctiſq; feruens ſtridulis
Sparſim per artus figitur.
A ruina poſthinc igneum
Impreſſa cauterem lauit,
Vis unde roris fumidi
In membra ſenſim liquitur.
Hæc inter immotus manet
Tanquam dolorum neſcius,
Tenditq; in altum lumina,
Nam uincla palmas preſſerant.
Sublatus inde fortior,
Lugubre in antrum truditur.
Ne liber uſus luminis
Animaret altum ſpiritum.
Eſt intus imo ergaſtulo
Locus tenebris nigrior,
Quem ſaxa merſi fornicis
Anguſta clauſum ſtrangulant.
Aeterna nox illic latet
Expers diurni ſyderis
Hic carcer horrendus ſuos
Habere fertur inferos.
In hoc barathrum conijcit
Truculentus hoſtis martyrem,
Lignoq; plantas inſerit
Diuaricatis cruribus.
Quin addit & pœnam nouam
Crucis peritus artifex,
Nulli tyranno cognitam
Nec fando compertam retro.
Fragmenta teſtarum iubet

Hirta impolitis angulis
Acuminata, informia,
Tergo iacentis sternerent.
Totum cubile spiculis
Armant dolores anxij,
Insomne qui subter latus
Mucrone pulsent obuio.
Hæc ille uersutus, uafra
Meditatus arte struxerat
Sed Belzebulis callida
Commenta Christus destruit.
Nam carceralis cæcitas.
Splendore lucis fulgurat,
Duplexq́ morsus stipitis
Ruptis cauernis dissilit.
Agnoscit hic Vincentius
Adesse quod sperauerat
Tanti laboris præmium,
Christum datorem luminis.
Cernit deinde fragmina
Iam testularum mollibus
Vestire semet floribus
Redolente nectar carcere.
Quin & frequentes angeli
Stant, ac loquuntur comminus,
Quorum unus ore angustior
Compellat his dictis uirum.
Exurge martyr inclyte,
Exurge securus tui,
Exurge, & almis cœtibus
Noster sodalis addere.
Decursa iam satis tibi
Pœnæ minacis munia;
Pulchroq́ mortis exitu
Omnis peracta est passio.

O miles inuictissime,
Fortissimisq; fortior,
Iam te ipsa sæua & aspera
Tormenta uictorem tremunt.
Spectator hæc Christus deus
Compensat æuo intermino,
Propriæq; collegam crucis
Larga coronat dextera.
Pone hoc caducum uasculum
Compage textum terrea,
Quod dissipatum soluitur,
Et liber in cœlum ueni.
Hæc ille, sed clausas fores
Interna rumpunt lumina,
Tenuisq; per rimas nitor,
Lucis latentis proditur.
Hoc cum stuperet territus
Obsessor atri liminis,
Quem cura pernox manserat
Seruare feralem domum.
Psallentes audit insuper
Prædulce carmen martyris,
Cui uocis instar æmulæ
Conclaue reddit concauum.
Pauens deinde introspicit,
Admota quantum postibus
Acies per arctas cardinum
Intrare iuncturas potest.
Vernare multis floribus
Stramenta testarum uidet,
Ipsumq; uulsis nexibus
Obambulantem pangere.
Implentur aures turbidi
Prætoris hoc miraculo,
Flet uictus, & uoluit gemens

carceris & luminis

Iram

Iram, dolorem, dedecus.
Exemptus inquit carcere,
Paulum benignis fotibus
Recreetur, ut pastum nouum
Pœnis refectus præbeat.
Coire toto ex oppido
Turbam fidelem cerneres
Mollire præfultum torum,
Siccare cruda uulnera.
Ille ungularum duplices
Sulcos pererrat osculis,
Hic purpurantem corporis
Gaudet cruorem lambere.
Plærique uestem lineam
Stillante tingunt sanguine,
Tu tamen ut sacrum suis
Domi reseruent posteris.
Tunc ipse manceps carceris,
Et uinculorum ianitor,
Vt fert uetustas conscia,
Repente Christum credidit.
Hic obseratis uectibus
Densæ specum caliginis
Splendore lucis aduenæ
Micuisse clausum uiderat.
At uero postquam lectuli
Martyr quietem contigit,
Aeger morarum tædio,
Et mortis incensus siti.
Si mors habenda huiusmodi est,
Quæ corporali ergastulo
Mentem resoluit liberam,
Et reddit autori deo.
Mentem piatam sanguine,
Mortis lauacris inclytam,
Quæ semet ac uitam suam

Christo immolandam præbuit.
Ergo ut recline mollibus
Reiecit auleis caput.
Victor relictis artubus
Cœlum capessit spiritus.
Cui recta celso tramite
Reseratur ad patrem uia,
Quam fratre cæsus impio
Abel beatus scanderat.
Stipant euntem candidi
Hinc inde sanctorum chori,
Paricꝙ missus carcere
Baptista Ioannes uocat.
At Christiani nominis
Hostem coquebant irrita
Fellis uenena, & liuidum
Cor efferata exusserant,
Sæuire inermem crederes
Fractis draconem dentibus
Euasit exultans ait
Rebellis & palmam tulit.
Sed restat illud ultimum
Inferre pœnam mortuo,
Feris cadauer tradere,
Canibus ue carpendum dare.
Iam nunc & ossa extinxero,
Ne sit sepulchrum funeris,
Quod plebs gregalis excolat
Titulumꝙ figat martyris.
Sic frendit, & corpus sacrum
Profanus, ah dirum nefas,
Nudum negato tegmine
Exponit inter carices.
Sed nulla dirarum fames,
Aut bestiarum, aut alitum,

Audet

Audet trophæum gloriæ
Fœdare tactu squallido.
Quin si qua clangēs improbe
Circumuolaret eminus
Trucis uolucris impetu
Depulsa uertebat fugam.
Nam coruus Heliæ datus
Olim, ciborum portitor,
Hoc munus implet sedulo
Et irremotus excubat.
Hic ex frutetis proximis
Infestus alarum sono,
Oculosq́; pennis uerberans
Exegit immanem lupum.
Quis perfidorum credere
Ausit, rapacem belluam
Tauris paratam congredi,
Cessisse plumis mollibus?
Ibat malignum murmurans
Leui uolatu exterritus,
Prędamq́; uisam fugerat
Custodis imbellis minis.
Quis audienti talia
Detiane tunc sensus tibi?
Quantis gemētem spiculis
Figebat occultus dolor?
Quum te perempti corporis
Virtute uictum cerneres,
Ipsis & impar ossibus,
Vacuisq́; iam membris minor?
Sed quis tyranne pertinax
Hunc impotentem spiritum
Determinabit exitus,
Nullus ne te franget modus?
Nullus, nec unquam desinam,

Nam

Nam si ferina immanitas
Mansuescit, & clementia
Coruos uoraces mitigat.
Mergam cadauer fluctibus
Insana nunquam naufragis
Ignoscit unda & spumeum
Nescit profundum parcere.
Aut semper illic mobilis
Incerta per ludibria
Austri feretur flatibus,
Squamosa pascens agmina.
Aut sub fragosis rupibus
Scabri petrarum murices
Inter recessus scrupeos
Discissa rumpent uiscera.
Et quis uirorum strenue
Cumbam peritus pellere,
Remo, rudente, & carbaso,
Secare qui pontum queas?
Rapias palustri è cespite
Corpus quod intactum iacet,
Leuiq; uectum lembulo
Amplum per æquor auferas.
Sed complicatum sparteus
Claudat cadauer culleus,
Quem fune connexus lapis
Præceps in altum deprimat.
At tu per undas emices
Rorante præceps palmula,
Donec relictum longior
Abscondat aspectus solum.
Hæc iussa quidam militum,
Eumorphio nomen fuit,
Violentus, audax, barbarus,
Furore feruens arripit.

Funale textum conserit.
Suto quod implet corpore,
Emensus & multum freti,
Inter procellas excutit.
O præpotens uirtus dei,
Virtus creatrix omnium,
Quæ turgidum quondam mare
Gradiente Christo strauerat
Vt terga calcans æquoris
Siccis mearet passibus,
Plantas nec undis tingeret
Vasti uiator gurgitis.
Hæc ipsa uirtus iusserat
Rubrum salum dehiscere,
Patente dum profundo aridum
Secura plebs incesserit.
Nec non & ipsa nunc iubet
Seruire sancto corpori
Pontum quietis lapsibus
Ad curua pronum littora.
Saxum molaris ponderis
Vt spuma candens innatat,
Tantiq; custos pignoris
Fiscella fertur fluctibus.
Cernunt stupentes nauitæ
Vectam remenso marmore,
Labi retrorsum leniter
Aestu secundo, & flamine.
Certant & ipsi concito
Pontum phaselo scindere,
Longe sed artus præuolant
Telluris ad mollem sinum.
Prius relatos denique
Humus quieta suscipit,
Quàm pulsa summis nisibus,

Carina

Carina portum tangeret
Felix amœni littoris
Recessus ille, qui sacra
Fouens harenis uiscera
Vicem sepulchri præbuit.
Dum cura sanctorum pia
Deflens adornat aggerem,
Tumuloq́ corpus creditum
Vitæ reseruat posteræ,
Sed mox subactis hostibus,
Iam pace iustis reddita,
Altar quietem debitum
Præstat beatis ossibus.
Subiecta nam sacrario,
Imamq́ ad aram condita
Cœlestis auram muneris
Perfusa subter hauriunt.
Sic corpus ast ipsum dei
Sedes receptum continet
Cum Maccabæis fratribus,
Secto Isaiæ proximum.
Simplex sed illis contingit
Corona pœnarum, quibus
Finem malorum præstitit
Mortis supremus exitus.
Quid tale sector ausus est?
Truncata nunquid corporis,
Segmenta post serram feris
Obiecit, aut uinclis dedit?
Nam Maccabæi martyris
Linguam tyrannus erutam,
Raptámve pellem uerticis
Auibus cruentis obtulit.
Tu solus obis inclyte,
Solus brauij duplicis

Palmam

Palmam tulisti, tu duas
Simul parasti laureas.
In morte uictor aspera
Tum deinde post mortem pari
Victor triumpho proteris
Solo latronem corpore.
Adesto nunc, & percipe
Voces precantum supplices,
Nostri reatus efficax
Orator ad thronum patris,
Per te, per illum carcerem
Honoris augmentum tui,
Per uincla, flammas, ungulas,
Per carceralem stipitem,
Per fragmen illud testeum,
Quo parta creuit gloria,
Per quem trementes posteri
Exosculamur lectulum.
Miserere nostrarum precum,
Placatus ut Christus suis
Inclinet aurem prosperam,
Noxas nec omnes imputet.
Si rite solennem diem
Veneramur ore, & pectore,
Si sub tuorum gaudio
Vestigiorum sternimur.
Paulisper huc tu inlabere
Christi fauorem deferens,
Sensu grauati ut sentiant
Leuamen indulgentię.
Sic nulla iam restet mora
Quin excitatam nobilis
Carnem resumat spiritus,
Virtute perfunctam pari,
Vt quæ laborum particeps

Comm

Commune discrimen tulit,
Sit & cohæres gloriæ
Cunctis in æuum sæculis.

Vincentij Martyris.

BEate martyr. Hymnus, qualis ille. Ales diei nuncius, Vincentij qui ut in superiori ode diximus Cæsaraugustæ fuit ortus & Sagūti passus martyrium celebrat. Prospera. id est, prosperum fac. Liuius libro. viij. Quiritium uictoriamq; prosperetis. Merces sanguinis, id est, martyrij. Hic dies, in quo passus es martyrium. Insigni stola, quæ fuit apud Romanas mulieres insigne castitatis. Testis indomabilis. i. martyr inuictus. Satelles idoli. i. Dacianus minister dæmonis Atris legibus. i. duris & imperiosis, captator ille satelles captans, ut captaret. Alludit prius, ut illum à matre abstrahat ludens & blandiens. Rex maximus, Romanus Imperator. Romula. i. Romana. Vergi. vi. Aeneid. Romula tellus. Omnia. mortales oēs. Assistite. idolis adstate. Nazareni. Christiani. Rudem ritum. i. nouam religionē. Leuita. nō quod fuerit ex tribu Leui Iudæus, sed quod sacerdos sacrorumq; minister: quemadmodum & Leuitæ ex tribu Leui fuerunt. Et septem columnis. ad septem illos sacramenti ministrandi Leuitas respicit, de quibus Lucas in Actis Apostolorum, capi. sexto. Deorum mortuorum. non immortalium, ut illi uocabant, unde uiuum Deum uerum ad illorum differentiam dicimus. Lucis autorem. quia à luce fabricam mundi inchoauit: quum dixit: Fiat lux. Commotior, id est, perturbatior. Sacratum & publicum, id est, religiosum & profanum. Ara. id est, idolum in ara impositum ad precandum. Thure & cespite. quia ex cespitibus & herbis congerebāt altaria. Altrinsecus. id est, ex altera parte. Age exere. id est, eia expedi. Reluctor palam. id est, non dissimilanter resisto. Extorque. id est, per tormenta extrahe à me. Si potes. quasi dicat, sed nō poteris. Ludus Christianis. id est, quasi per ludum illa experimur. Scitum brutum. id est, decretum bestiale, & iniquum. Condigna uestris sensibus. quia quales habetis deos, talem habetis sapientiam. Excisa. puta ex

saxis

saxis aut lignis. Aut recocta, id est, ex ære fusili conflata. His, id est, talibus diis. id est, in illorum honorem. Spiritus. id est, dæmones maligni. Magistri. id est, autores. Auspices. id est, qui uobis auspicantur in sacrificijs uentura. Vagi. quia uagantur per aërem. Impotentes. id est, in malum potentes: aut quia ex se nihil possint nisi permissione diuina. Latenter, per suggestionem alliciendo. Afflore regnum. Iudicium ultimum dicit: Perfidis. id est, malis qui à Deo desciuerunt quemadmodum, & ipsi à principio mundi. Clamant. puta, quum dicebant: Iesu Christe fili Dauid, quid uenisti ante tempus torquere nos, scimus qui sis. Diui, & dæmones. quia in naturalibus angelis sunt æquales. Obtrudite. claudite, purior lectio est, obstruite. Reorum carnibus. id est, carnifices martyrum illi date, & obijcite. Ius prætorium. quia Decianus prætor erat, iurisq́ dicundo præfectus. Sentiat. cum dolore, scilicet tormentorum. Luserit. pro illuserit. Vergi. iiij. Aeneid. Nostris illuserit aduena regnis. Sacra tarpeia. id est, quæ coluntur in capitolio, quæ rupes tarpeia dicitur. q. d. sacra Romanorum. Diuulsa membratim. id est, distracta per membra. Hiulcis ictibus. & hiantibus uulneribus. Abdita costarum. id est, quæ latent intra costas, hoc est, exta & omenta. Retectum. id est, apertum. Vngula non intraret. id est, penetraret. Cessarat. id est, defecerat & uictum erat. Nisus anhelos. id est, conatus ex labore anhelantium. Toros musculos. Nubilo. id est sine ulla tristitia, sed lætus, nubilum autem & serenum translationes sunt. Quis uultus iste. id est, tam lætus in tormentis. Renidet. id est, splendet & serenus est. Prouocat. id est, lacessit in tormenta. Et tortus. id est, qui torquetur, est fortior quàm tortus. Illa uis. scilicet, tortorum, exercita in tormentis martyrum. Ars dolorum. id est, tormentorum inferentium dolores. Alumni carceris. aut lictores, aut carnifices, aut custodes alloquitur. Cohibete dexteras. id est, cessate à tormentis. Mihi. id est, ad hoc quod uolo facere. Vigor. s. martyria patientia patiendi, aut uestra torquendi. Vlcera sanguine fluentia. Colligit. i. uulnus in cicatricē coit. Resulcans. i. iterum scindens. Leuites. sic Græce

declinatur, nos Leuita, tæ, declinamus. Tuorum cani. i. tortorum. Ostendit illis. s. Riuos. s. sanguinis. Meam pœnam. i. de me. Alter homo. i. non hic carnalis qui uidetur, sed ille interior de quo Apostolus: Induite nouum hominem. Hoc quod laboras. s. corpus. Vas est, de quo idem Apostolus, Scientes unusquisque suum uas possidere. Vas solutum. i. solubile. Illum. s. hominem interiorem. Calcat. uincit & superat. Exibilat. quia dixit anguina uerba. Callum pectoris. i. patientiam. Puluinar nostrum. i. altaria. Nam in templis puluinaria sternebantur. Libros. religionem uestram continentes. Rhomphęa. i. ensis. Erit uindex. id est, liberatrix. Interpretem tanti ueneni. i. blasphemiæ. Vides fauillas. Exẽplo illum deterret: cũ ita illum conflagraturũ dicit, ut Sodoma & Gomorra. Indices. i. testes & indiciũ faciẽtes Cinis. quia totus ille locus quasi cinere sparsus est. O serpens. quia supra dixit, anguina uerba exibilat. Fuligo & bitumen. id est, aliquid simile iis quæ sunt apud Sodomam & Gomorram: apud inferos te expectat. Bitumen autem sudat. Asphaltites lacus Iudææ, unde bitumen Iudaicum uocatur. Cunctatus diu. deliberans quid faceret. Extrema omnium. subaudi tormentorum, ut scilicet, quæstio exerceat per tormenta: nam in quæstionibus ueritas extorqueri solet. Ad hæc munera, id est, officia. Pernix. alacris & uelox. Ad palęstram gloriæ. id est, ad certamen in quo martyr reportaturus erat uictoriam. Spes uincendi ex parte martyris, & crudelitas carnificis. Regula serrata, commodius dixisset lamina cum Vergilio primo Georgicorũ. Argutæ lamina serræ. Dente infrequenti. id est, ualde frequenti, nam hic In auget. Viuum halitum. i. uaporẽ igneum. Excussus salis. id est, excussio, nisi forte uelis intelligere, quod salis sit casus rectus. Punctis stridulis. id est, puncturis cum stridore erumpentibus cum mica salis. Aruina. pingue illud quod adiacet carni, impressa in corpus martyris, uel in ipsum cauterium aduoluta, est autem cauter siue cauterium instrumẽtum ad urendum à cauteriazo. quod est, comburo dictum. Lauit. id est, tingit, & declinatur per tertiam, Lauo, lauis, laui. Roris fumidi. sic enim gutta distillatur ex pin-

pingui. Nescius, id est, non sentiens. In altum lumina, ex Vergilio. ij. Aeneid. Lumina, nam teneras arcebant uincula palmas. Inde. scilicet, ex tormentis. Vsus liber, id est, sine impedimento. Animaret, id est, animosiorem redderet. Ergastulo, id est, carcere, cum tamen proprie ergastulum sit eorũ qui damnantur ad facienda opera. Saxa angusta. id est, angustum locum claudẽtia. Strangulant, id est, contrahunt in strictum quasi puteum. Fornicis mersi. i. testudinis subterraneę. Aeterna nox, tenebræ sunt illic semper, quemadmodũ apud inferos. q. d. est ille locus subterraneus, quasi inferi inferorum. Barathrum. sic appellatur apud inferos locus damnatorum. Ligno. quem nos Hispani Cippum uocamus. Diuaricatis, id ed, distractis quàm maximo fieri potest spacio. Fando, id est, inter loquendum, in fabulis. Vergil. ij. Aeneidos. Fando aliquid, si forte tuas peruenit ad aures. Compertam retro. id est, temporibus retro actis. Fragmenta testarum. id est, scrupulos angulosos. Hirta, id est, aspera. Informia. id est, non formata in planiciem. Spiculis, id est, aculeatis illis lapidibus & scrupulis. Subter latus insomne. id est, non sinebat martyrem dormire. Mucrone obuio. id est, stimulo latus excipiente. Beelzebulis. id est, diaboli, qui princeps siue uir muscarum interpretatur. Dicitur nanque Bel, & Beel, & Baal. Cæcitas. obscuritas. Vnde cæcam noctem Vergilius dixit: Duplex morsus stipitis, id est, cippi, qui duobus constat lignis in castratis. Cauernis. i. cauis in quibus uinctorum cura insortantur. Datorem luminis, non solum illius, sed etiam spiritalis. Mollibus. quæ prius fuerant aculeata. Nectar. pro ambrosia posuit: quæ ut Vergilius dixit: Diuinum spirat odorem. Angustior, id est, uenerabilior. Securus tui, quia Deus peculiarem curam tui agit. Addere, id est, sis additus: nam secunda imperatiui modi persona est. Munia pœnæ minacis. id est, officia labórque tormenta patiendi, sunt decussa. id est, ex te excussa, & detracta, aut decussa pro decussata. id est, perfecta. Aeuo intermino, id est, immortalitate. Collegam crucis. id est, passionis. Larga dextera. id est, benigna & munifica. Vasculum. corpus quod est quasi animæ ua-

gina. Liber expeditus. Rumpunt. id est, erumpunt per fores clausas. Proditur. id est, ostenditur. Obsessor atri luminis. forte legendum, carceris: Nam quomodo lumen erat atrum. Cura pernox. id est, uigilia, per totam noctem durans. Manserat, id est, expectabat, hoc enim significat cum accusatiuo constructum maneo uerbum. Cui. scilicet, carmini. Conclaue concauum. id est, testudineum. Reddit. per uocis repercussionem, quod maxime fit per Echo, in locis concauis. Acies. scilicet, oculorum, nam per ianuarum rimas aspexit, quid inter carceris barathrum fiebat. Stramenta testarum. id est, testas illas stratas. Nexibus uinculorum. scilicet, & compedis. Fotibus. id est, fomentis quibus recreetur, ut deinde magis sentiat dolores in tormentis. Pastum nouum. id est, materiam integram ad tormenta. Turbam Fidelem. id est, Christianos putantes, quòd prætor parabat illum dimittere. Duplices sulcos. erant enim ungulæ ad modum rastri bidentis, pererrat osculis. id est, osculatur. Stillante sanguine. scilicet, martyris, ut amuleto utatur ad pericula, morbósque depellendos. Manceps carceris. id est, qui ministerio carceris mancipandus erat. Vt fert uetustas. id est, ut fama ex antiquo tempore constat. Obseratis uectibus. id est, clausis ianuis, ut diximus. Lucis aduenæ. id est, extra uenientis. Quietem lectuli. quia obdormiuit paululum. Aeger. id est, dolens. Tædio morarum. id est, quòd tam diu moraretur in hac uita. Siti mortis. id est, cupidus moriendi. Et per parentesim interponit, si mors habenda est quæ resoluit mentem liberam à corporis carcere, &c. Et pendet usq; ad locum illum. Ergo ut recline. Reddit, quasi rem ab illo mutuo acceptam. Caput recline. id est, inclinatum. Auleis mollibus, pro culcitricis aut puluillis posuit cum sint alioqui aulæa quæ ad parietes appenduntur. Ad patrem. id est, rerum omnium parentem. Cæsus fratre, id est, occisus à Cain primogenito Adam ex Eua uxore, de quo saluatoris testimonio pronunciatur quod fuerit iustus. Pari carcere, quia Ioannes Baptista in carcere quoque fuit obtruncatus, & ex carcere migrauit ad dominum. Vocat. subaudi, ad se & iu-

rata se collocat. Irrita uenena. id est, uana, & quæ non sunt consequuta suum effectum. Et efferata, scilicet, illa uenena quæ illum efferatiorem reddiderunt. Inermem dentibus. quia draconum arma sunt dentes. Euasit exultans, scilicet, Vincentius. Palmam tulit, id est, uictoriam de me. Carpendum, dilacerandum. Extinxero. pro extinguam: Nam futurum est indicatiui modi. Plebs regalis, id est, eiusdem gregis, hoc est, Christianorum. Excolat. id est, ueneretur. Titulum. id est, epitaphium sepulchro insculpat. Negato tegmine. id est, funerali ueste. Inter carices. id est, palustres arundines minutulas. Strophæum gloriæ. id est, uictorem gloriosum. Tactu squallido. id est, immundo. Si qua clangens, subaudi, alitum. hoc est, aquilarum: nam clangere proprie aquilarum est. Trucis uolucris. id est, corui, quod ipsum mirum est, quod coruus fugaret aquilam, Heliæ datus. Ex tertio Regum uolumine petenda est historia, quo pacto coruus pascebat Heliam Prophetam. Excubat. id est, uigilat, & tuetur. Proximis, ei loco ubi martyris corpus iacebat. Exegit. fugauit. Beluam. id est, lupum illum. Congredi tauris. id est, cum tauris, Vergilius primo Aeneidos. Impar congressus Achilli. id est, cum Achille. Plumis mollibus. id est, coruo. Malignum. id est, maligne, nomen pro aduerbio. Leui uolatu. scilicet, corui leuiter uolantis. Quis audienti. ex Vergilio quarto Aeneidos. Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus. Spiculis. id est, stimulis. Sed quis tyranne. uerba sunt Poëtæ alloquentis Decianum. Determinabit, pro finiet. Nullus modus. id est, finis. Nullus. facit Decianum respondentem. Nunquam ignoscit, sed semper iniecta deuorat. Illic. id est, in flumine. Incerta ludibria id est, per motus incertos. Nam & ludere pro moueri in aqua, Vergilius posuit primo Geor. Tenetes, inquit, colludere plumas. Agmina squammosa. id est, pisces. Scabri murices. id est, asperæ rupes: nam murmex etiã inter alia hoc quoq; significat, Vergilius sexto Aeneidos. Inter recessus scrupeos. id est, speluncas saxosas, & asperas, unde Vergilius in sexto Aeneidos. Scrupea saxa dixit. Ecquis. interrogatiuum est, sed hic uidetur

ponere pro aliquis: quia subdit, Peritus pellere cumbam, strenue qui queas &cæt. Cumbam. pro cymba posuit, ut murrha pro myrrha, y psilo mutato in u uocalem. Leui lembulo. id est, paruo lembo, qui etiam ex cymbarum genere est. Vergilius primo Georgic. Aduersus uix flumine lembum, ubi Seruius exponit nauiculam admodũ breuem. Culleus sparteus. id est, fiscus ex sparto contextus, quanquam culleus sit corium ex boue solidũ, sed parricidæ culleo insuebantur, & deinde in mare deijciebantur fiscinam appellauit culleum à similitudine. Emices. i. eas remorum impulsu. Vergilius. Iuuenum manus emicat ardens. Palmula. id est, remi palma. Verg. in. v. Leuas feriat sine palmula cautes. Solum relictum. id est, terram, hoc est. ubi terra nusquam appareat: sed undique sit, aut cœlum, aut mare. Hæc iussa arripit. id est, exequitur. Funale textum, id est, fiscum ex funibus contextum. Corpore suto. id est, intus clauso & implicito. Emensus. id est, enauigans. Excutit. id est, in mare deijcit. Gradiente Christo, quo tempore Petrum à profundo maris liberauit. Viator gurgitis, id est, uiam faciens per mare. Hæc uirtus. quum populum Israëliticum per mare rubrum traiecit. Dehiscere. id est, sulcari undis stantibus ex utroque latere. Et ipsa. subaudi, uirtus. Quietis lapsibus. id est, tranquillis. Pronum ad littora. id est, decliue: nam pronum dicitur, quod deorsum vergit. Vergilius, quinto Aeneidos. Et acuto in murice remi. Spuma cadens, epitheton est inseparabile: quoniam omnis spuma candicat. Sistella. proprie quam supra culleum dixerat. Remenso marmore. id est, retronauigato mari. Vergilius secundo Aeneidos. Pelagoq; remenso improuisi aderunt. Idem in septimo: Et lento luctantur marmore tonsæ. Aestu secundo & flamine. id est. undarum refluxu sequente, & uento. Nam æstus maris proprie dicitur, quum crescit, & undas ad littora impellit. Certant ipsi. qui merserant martyris cadauer in pontum. Phaselo. quem supra uocauit cymbam, & lembulum. Nam Phaselus quoque nauicula est. Iuuenalis. Fictilibus solitum dare uela phaselis. Humus quieta, id est, ubi corpus requiescit in spe resur-

resurgendi, sepultus nanque putatur à Christianis qui aderant. Sanctorum hominum. scilicet, Christianorum. Vitæ posteræ. id est, ad diem iudicij, quo reuicturi sunt omnes. Subactis hostibus. id est, postquam gentiles cesserunt Christianis, & summa rerum omnium delata est ad nos. Altar. ut supra quoque posuit pro altare. Hauriunt auram. id est, fauorem cœlestem, non quod spirent uiuentis ossa, sed quod integra manent, conseruata diuino munere. Sic corpus. subaudi, habet se. Ast ipsum. id est, animam illius quæ est totum hominis esse, ut philosophi dicunt. Cum fratribus Macchabæis. qui pro lege Domini passi sunt, quemadmodum scribitur libro Macchabęorum secundo. Esaię secto. id est, serra in duas partes diuiso. sic enim scribitur diem suum obijsse. Simplex. quia Macchabei simplici morte necati sunt. Et Esaias quoque: At Vincentius mille tormentorum generibus. Sector. id est, qui serra Esaiam secuit. Quid tale? quale in Vincentium. Macchabæi martyris. quo pacto hæc gesta sunt, capite sexto. Secundi uoluminis Machabæorum legitur. Bis inclyte, scilicet, in uita cum patereris tormenta, & post mortem iniectus mari. Latronem. id est, uiolentum persecutorem. Efficax orator. id est, sufficiēs qui pro nobis ores, uel potius orator. id est, patronus qui causam nostram corā iudice defendas. Per te. Per particula est adiurandi. Vergilius. Per'q; si qua est quæ restat. Stipitem carceralem. id est, cippum illum ligneum. Fragmen testeum. id est, lapillos illos testaceos. Per lectulum sepulchrum dicit, in quo situs est. Imputet quod non potest sine reprehensione fieri. Sternimur. proijcientes nos pronos in tuum sepulchrum. Huc illabere. id est, ad nos descende. Sic nulla iā. sic particula est adiurantis, ut supra diximus de per, ut sit sensus. Fac quod te rogamus, sic nulla mora restet. id est, cito nobilis spiritus tuus resumat carnem excitatam, quod fiet in die ultimi iudicij. Perfunctam pari uirtute. id est, utraque tua pars exerceat communes operationes. ut caro quæ particeps laboris in passione fuit. Sit cohæres gloriæ, id est, simul cum spiritu hæres.

HYMNVS BEATISSIMORVM MARtyrum Fructuosi episcopi ecclesiæ Tarraconensis & Augurij, & Eulogij diaconorum

Conuenit carminis genus cum hymno post cibum, Pastis uisceribus, hoc modo:

– – –∪∪ –∪ –∪ –∪

FElix Tarraco Fructuose uestris
Attollit caput ignibus coruscum
Leuitis geminis procul relucens.
Hispanos deus aspicit benignus
Arcem quandoquidem potens Hiberam
Trino martyre trinitas coronat.
Ardens Augurius capessit æthram,
Necnon Eulogius simul supernum
Christi lucidus ad sedile tendit.
Dux & præuius & magister illis
Ad tantum decus, ex episcopali
Clarus nomine Fructuosus ibat,
Accitus quia præsidis repente
Iussu, uenerat ad forum sacerdos
Leuitis comitantibus duobus.
Inde ad carceream uiros catenam
Pastus sanguine carnifex trahebat,
Gaudet currere Fructuosus ultro.
Ac ne quis socios minor feriret,
Præceptor uehemens eundo firmat,
Inceditq́ fidem calore Christi.
Mecum state uiri, uocat cruentus
Ad pœnam coluber dei ministros,
Ne mors terreat, est parata palma.
Carcer Christicolis gradus coronæ est,
Carcer prouehit ad superna cœli,

Carcer

Carcer conciliat deum beatis.
His dictis, adeunt specum reorum,
Exercent ibi mysticum lauacrum
Et purgamina quæ stupent tenebræ.
Sex hic continuis latent diebus,
Tandē stant trucis ad tribunal hostis,
Fratres ter geminos tremunt catastę.
Iudex Aemilianus imminebat,
Atrox turbidus, insolens, profanus,
Aras dæmonicas coli iubebat.
Tu qui doctor, ait, seris nouellum
Commenti genus ut leues puellæ
Lucos destituant, Iouem relinquant.
Damnes si sapias anile dogma,
Iussum est Cæsaris ore Gallieni
Quod princeps colit, hoc colamus oēs
Hæc fanti placidus refert sacerdos
Aeternum colo principem, * dierum
Factorem, dominumq́ꝫ Gallieni.
Et Christum patre * prosatum perenni,
Cuius sum famulus, gregisq́ꝫ pastor,
Subridens ait ille, iam fuisti.
Nec differt furor, aut refrenat iram,
Sæuis destinat ignibus cremandos,
Exultant, prohibentq́ꝫ flere uulgum,
Quosdam de populo uidet sacerdos,
Libandum sibi poculum offerentes,
Ieiunamus, ait, recuso potum.
Nondum nona diem resignat hora
Nunquam conuiolabo ius dicatum,
Nec mors ipsa meum sacrum resoluet
Sic Christus sitiens crucis sub hora
Oblatum sibi poculum recusans,
Nec libare uolens, sitim peregit.
Intrant interea locum rotunda

* deorum

* Quid si profanum legas? in scriptura em̄ dicitur Christus uerbum.

Conclusum

Conclusum cauea, madens ferarum
Multo sanguine quem furor frequentat.
Quum spectacula perstrepunt cruenta·
Ac uilis gladiator ense euro
Percussus cadit, & fremit uoluptas.
Hic flammante pyra, niger minister
Ardens supplicium parare iussus,
Construxit facibus rogum supremis.
Qui dum corpora concremanda soluit,
Feruentes animas amore lucis
Fracto carceris expediuit antro.
Certant officijs pij sodales,
Plantis calciamenta dissolutis,
Pronus detrahere studebat unus.
Sed sanctus uetat ora Fructuosus,
Inclinata premit, facessite, inquit,
Ne nostram grauet obsequela mortem.
At quin ipse meos pedes resoluam,
Ne uestigia præpedita uinclis
Tardis gressibus inruant in ignem.
Cur lamenta rigant genas madentes?
Cur uestri memor ut fiem rogatis?
Cunctis pro populis rogabo Christum.
Vix hæc ædiderat, relaxat ipse
Indumenta pedum, uelut Moyses
Quondam fecerat ad rubum propinquans.
Non calcare sacram cremationem,
Aut adstare deo prius licebat,
Quàm uestigia pura figerentur.
Stabat calce mero, resultat ecce
Cœlo spiritus, & ferit loquelam
Quæ cunctos tremefecit audientes.
Non est credite pœna quam uidetis,
Quæ puncto teuui citata transit,
Nec uitam rapit illa, sed reformat.

Felices

Felices animæ quibus per ignem
Celsa scandere contigit tonantis,
Quas olim fugiet perennis ignis.
Hæc inter rapidis focos crepantes
Intrant passibus, & minantur ipsis
Flammarum *trepidantibus caminis. crepitantibus
Nexus denique, qui manus retrorsus
In tergum reuocauerant reuinctas,
Intacta cute decidunt adusti.
Non ausa est cohibere pœna palmas
In morem crucis ad patrem leuandas,
Soluit brachia quæ deum precentur.
Priscorum specimen trium putares,
Quos olim Babylonicum per ignem
Cantantes stupuit tremens tyrannus
Illis sed pia flamma tum pepercit,
Nondum tempore passionis apto,
Nec mortis decus inchoante Christo.
Hos quum defugeret uaporus ardor,
Orant, ut celer ignis aduolaret,
Et finem daret anxijs periclis.
Exorata suos obire tandem
Maiestas famulos iubet caducis
Missis corporibus, sibiq; reddi.
Vidit Præsidis ex domo satelles
Cœlum martyribus patere apertum,
Insignesq; uiros per astra ferri.
Quin & filiolæ monens herili
Ostendit sceleris notam paterni,
Cœlo uiuere, quos forum peremit.
Hæc tum uirginitas palam uidere
Per sudum meruit, patente cœlo,
Vt crimen domini domus timeret.
Tum de corporibus sacris fauillæ,
Et perfusa mero leguntur ossa,

Quæ

Quæ raptim sibi quisq; uindicabat.
Fratrum tantus amor domum referre
Sanctorum cinerum dicata dona,
Aut gestare sinu fidele pignus.
Sed ne relliquias resuscitandas,
Et mox cum domino simul futuras,
Discretis loca diuidant sepulchris.
Cernuntur niueis stolis amicti,
Mandant restitui, cauoq; claudi
Mixtim marmore, puluerem sacrandum.
O triplex honor, ô triforme culmen
Quo nostræ caput excitatur urbis,
Cunctis urbibus eminens Hiberis.
Exultare tribus libet patronis,
Quorum præsidio fouentur omnes
Terrarum populi Pyrenearum.
Circumstet chorus ex utroq; sexu,
Heros, uirgo, puer, senex, anicula,
Vestrum psallite rite Fructuosum.
Laudans Augurium resultet hymnus,
Mistis Eulogium modis coæquans,
Reddamus paribus pares Camœnas.
Hinc aurata sonent in arce tecta,
Blandum littoris extet inde murmur,
Et carmen freta feriata pangant.
Olim tempus erit ruende mundo,
Quum te Tarraco Fructuosus acri
Soluet supplicio tegens ab igni.
Fors dignabitur & meis medelam
Tormentis dare, prosperante Christo,
Dulces Hendecasyllabos reuoluens.

Ode

ODE IN LAVDEM BEATISSIMOrum Martyrum Fructuosi Episcopi Ecclesiæ Tarraconensis, & Augurij, & Eulogij Diaconorum.

HI tres martyres ex Tarracone fuerant Tarraconensis prouinciæ, ciuitate Metropoli, sed Fructuosus Episcopus, reliqui duo Leuitæ. Carmen est quale illud, Pastis uisceribus. Vestris ignibus. id est, quia ex incendio migrarunt ad Dominum. Arcem Iberam. id est, Tarraconem urbem Hispanam. Ardens. ex igni conflagrans. Eulogius, ex igni quoque. Ad tantum decus. scilicet, ad ignis martyrium. Præsidis iussu. id est, Aemiliani, qui reddebat ius. Carnifex pastus sanguine. quia eius officium est excarnificare. Eundo. id est, inter eundum. hoc est, dum eunt. Calore. id est, amore. Specum reorum, id est, carcerem. Mysticum lauacrum. quia illic baptizabant uenientes. Et purgamen aquæ. quia baptisma pertinet ad animarum purgationem. Stupent tenebræ. mirabilibus quæ ibi fiebant. Ter geminos fratres. ego nescio, an fuerunt ter gemini. id est, eodem partu nati sed forte appellat illos tergeminos. id est, in Christo fratres per baptisma regenerationis. Catastæ. id est, ipsa tormenta, quum ipsi potius illa timere deberent. Imminebat. id est, erat tormentorum autor. Nouum commenti genus. id est, nouam sectam, & commenticiam. Lucos. id est, arbores alicui Deo consecratas: qui mos Gentibus frequens erat: ut etiam in sacris literis sæpe legimus. Anile dogma. id est, uetularum religionem. Gallieni. imperatoris Romanoru m, anno. C C. LXIIII. post Christi natalem. Princeps. id est, Gallienus Imperator. Hæc santi. Aemeliano loquenti. Principem dierum. potius legendum est, deorum, sed nihil muto. Prosatum. id est, progenitum. Gregis pastor. quia Episcopus erat, ut diximus. Iam fuisti. id est, non es nunc, sed fuisti olim. Libandum poculum. quod solet fieri ijs qui trahuntur ad mortis pœnam, quemadmodum, & saluatori nostro est oblatum. Nona hora. qua ieiunantes so-

tes soliti erant cibum sumere, hoc est, tertia post meridiem. Meum sacrum. s. ieiunium, resoluet, id est, uiolabit. Sitim peregit, id est, protraxit: quanquam dixisset sitio. Rotunda cauea, amphitheatrum desinit in quo gladiatores concurrebant: & ferarum uenationes repræsentabantur, & multi martyres excarnificati sunt. Spectacula cruenta. s. gladiatorum. Voluptas fremit. s. spectatorum fauentium alterutri ex gladiatoribus. Niger minister, id est, fumidus ex fuligine. Facibus supremis. quia constructa pyra siue lignorum strue: tandem faces subdebantur. Qui dum dissoluit. ex carcere. Fracto antro, id est, corpore quod est animi carcer in quo detinetur inuitus. Sodales. amici martyrum, unus ex sodalibus illis. Pronus. pedibus aduolutis. Facessite. id est, discedite. Obsequela. id est, ministerium. Grauet, id est, grauiorem & molestiorem faciat. Pedes resoluam, id est, excalciabo. Vinclis. id est, calceis qui sunt quasi pedum uincula. Velut Moyses Exodi tertio. Sacram cremationem. id est, rubum qui incensus non cremabatur. Astare deo. id est, accedere ad deum. Vestigia pura. id est, calceis nudata. sic Iuuenalis: Obseruant ubi festa mero pede sabbata reges. Stabat calce mero. id est, nudo, ut Iuuenalis dixit mero pede. Spiritus. id est, angelus quispiam. Et ferit loquelam. id est. aëre uerberato profert uerba. Tenui puncto. id est, breui momēto Rapit uitā. id est, non aufert uitā, sed reddit restituitq;. Fugiet. quia per hos ignes fugient ignes æternos gehennæ. Minantur. quum ediuerso ignes soleant cremandis minari. Nexus decidunt. id est, uincula. Pœna. id est, uinculum manuum. In morem crucis. id est, expensas eorum more qui sunt affixi cruci. Trium. scilicet, puerorum qui iussu Nabucdonosor immissi sunt in fornacem ignis ardentis. Illis pepercit: quia illæsi ex fornace sunt egressi. Hi uero passi sunt pro Christi nomine: atque ex igni consecuti sunt coronam. Ardor uaporus. id est, uapor ardens. Aduolaret. ut se uelocius adureret. Missos ex corporibus. id est, solutos. & expeditos. Sibiq; reddi. i. restitui sibiipsis, quia dum anima est in corpore, non est sui iuris. Ergo quum euadit ex corpore, restituitur sibiipsi: Satelles. id est, unus ex mi-

ex ministris præsidis. Filiolæ herili. id est, domini sui. Notam sceleris. id est, crimen & infamiam patris, hoc est, ipsos martyres. Forum. id est, amphitheatrum ubi sunt concremati. Virginitas, id est, filia præsidis uirgo. Per sudum. id est, per serenum. Vergilius: Per sudum rutilare uident. Fauillæ. id est, cineres. Perfusa mero. nam mortuorum cineres uino consueuerunt spargi. Vergilius 6. Aeneid. Relliquias uino, & bibulas lauere fauillas. Discretis sepulchris. id est, in diuersis locis distributæ. Mixtim. quod in sepulchrorum monumentis sæpe legimus mixtis cineribus. Nostræ urbis. non quod Tarraco sit patria Prudentij, sed nostram uocat, qa Hispanus. Eminens cunctis. quippe a qua est cognominata prouincia Tarraconensis. Terrarum Pyrenearum. id est, adiacentium montibus Pyreneis. Anicla. per syncopen pro anicula, sicut periclum & sęclum pro periculum & sæculum. Mixtis modis. id est, cantibus modulatis. Paribus. in martyrio. Pares camœnas. id est hymnos, ut sit metonimia cum ponimus deum præsidem pro re cuius est præses. In arce, id est, in urbe. Murmur littoris. resultans ex hymnorum concentu. Freta furiata. id est, maria, festum diem agẽtia. Nam feriæ sunt dies festi. Tegens ab igni. in die scilicet iudicij pro tegens te. Reuoluens. id est, repetens & memorans. Hendecasyllabos. quia hi uersus, ut in principio diximus phaleutici sunt undecim syllabarum.

HYMNVS QVIRINI MARTYRIS ET episcopi ecclesiæ Siscianæ.

Carmen est glyconium, constans spondęo, choriambo & pyrrichio seu iambo hoc modo:

— — — ∪ ∪ — ∪ ∪

INsignem meritis uirum
Quirinum placitum deo
Vrbis mœnia Sisciæ
Concessum sibi martyrem
Complexu patrio fouent,
Hic sub Galerio duce,

Qui

Qui tunc Illyricos sinus
Vrgebat ditionibus
Fertur catholicam fidem
Inlustrasse per exitum.
Non illum gladij rigor,
Non incendia, non feræ
Crudeli interitu necant,
Sed lymphis fluuialibus
Gurges dum rapit, abluit.
Nil refert uitreo æquore,
An de flumine sanguinis
Tingat passio martyrem,
Aeque gloria prouenit
Fluctu quolibet uuida.
Summo pontis ab ardui
Sanctæ plebis episcopus
In præceps fluuio datur,
Suspensum laqueo gerens
Ingentis lapidem molæ.
Deiectum placidissimo
Amnis uertice suscipit,
Nec mergi patitur sibi,
Miris uasta natatibus
Saxi pondera sustinens.
Spectant eminus è solo
Doctorem pauidi greges
Nam Christi populus frequens
Riparum sinuamina
Stipato agmine sepserat.
Sed Quirinus ut eminens
Os circuntulit, heu suos
Exemplo trepidos uidet,
Nil ipse proprij memor
Inter stagna pericli.
Confirmat pia pectora,

Verbis

Verbis mirificis rogans,
Ne quem talia terreant,
Neu constans titubet fides,
Aut pœnam putet emori.
Dicentem fluitantibus
Amnis terga uehunt uadis,
Nec substrata profunditas
Saxoq́ꝫ & laqueo,& uiro
Audet sponte dehiscere.
Sensit martyr episcopus
Iam partam sibi præripi
Palmam mortis & exitus,
Ascensumq́ꝫ negarier
Aeterni ad solium patris.
Iesu cunctipotens,ait,
Haud quaquam tibi gloria
Hæc est insolita aut noua,
Calcare fremitum maris.
Prona & flumina sistere.
Scimus discipulum Petrum
Quum uestigia tingeret
Mortali trepidus pede,
Dextræ subsidio tuæ
Subiecisse salum solo.
Iordanem quoqꝫ nouimus
Tortis uorticibus uagum
Dum fertur rapido impetu,
Ad fontem refluis retro
Confugisse meatibus.
Hæc miracula sunt tuæ
Virtutis domine,ut modo
Suspendar leue prænatans
Summo gurgite fluminis,
Cum collo scopulum traham.
Iam plenus titulus tui est,

Et uis prodita nominis,
Qua gentilis hebet ſtupor,
Huius nunc animæ moras
Abſoluas precor optime
Quid poſsis, probat amicus
Qui uectat ſilicem liquor.
Hoc iam quod ſupereſt cedo,
Quo nil eſt precioſius
Pro te Chriſte deus mori.
Orantem ſimul halitus,
Et uox deſerit & calor,
Scandit ſpiritus ardua.
Fit pondus graue ſaxeum
Corpus ſuſcipiunt aquæ.

Quirini epiſcopi & martyris.

INſignem meriti. Carmen eſt glyconicum, conſtans ſpōdæo, choriambo & pyrrichio. Fuit aūt hic mar tyr ex Siſcia urbe Pannoniæ ſuperioris, ut ſcribit Ptolemæus & Strabo libro 7. Inſignem. ordo eſt: Mœnia urbis Siſciæ fouent complexu patrio Quirinum inſignem meriti uirum. Martyrem ſibi conceſſum. id eſt, ipſi urbi. Illyricos ſynus. id eſt, qui præerat Illyriæ, quæ eſt contermina Pannoniæ, & eſt ſumptum ex Vergilio primo Aeneidorum: Illyricos penetrare ſinus. Per exitum. id eſt, per mortem. Abluit. quia in aqua extinctus aſſequutus eſt quod alij martyres ſanguinis effuſione, ideo ſubdit: Nil refert uitreo æquore. Fluctu quolibet uuida. uel fluminis uel ſanguinis. Sūmo pontis. incipit narrare quo pacto geſtum eſt hoc. Summo pontis. id eſt, à ſummitate pontis ardui. In præceps. id eſt, in præcipitium. Nec patitur mergi ſibi, id eſt, ut in ſe mergatur e ſolo, id eſt, ex ripa fluminis. Sinuamina riparū. id eſt, ripas ſinuoſas & obliquas. Suo exemplo trepidos. id eſt, timentes ne ipſi quoque eodem modo traherentur ad mortem. Terga amnis. id eſt, ſuperficies luminis. Fluitantibus uadis. id eſt, currente flumine. Nec ſubſtracta profunditas. id eſt, flumen

men profundum subiectum. Dehiscere, id est, aperiri & cedere. Gloria insolita, quia non est nouum quod super æquora ambulaueris, quodque Iordanem converteris retrorsum. Subiecisse salum solo, id est, fecisse mare stabile in quo posset ingredi quasi in solo. Iordanem quoque nouimus, de quo lege uolumen Iosue. Vt modo suspendat, id est, suspensus trahar. Traham scopulum, id est, lapidem collo appensum. Plenus titulus, id est, gloria. Vis nominis prodita, id est, manifestata. Quam gentilis stupor habet, id est, stupet & miratur.

LOCVS VBI MARTYRES PASSI sunt, quod nunc Baptisterium uocatur. Carmen est Elegiacum.

ELectus Christo locus est, ubi corda probata
Prouehat ad cœlum, sanguine purget aqua.
Martyrium pulchra morte tulere uiri.
Hic etiam liquido fluit indulgentia fonte,
Ac ueteres maculas diluit amne nouo.
Qui cupit æternum cœli conscendere regnum,
Huc ueniat sitiens, ecce parata uia est.
Ante coronati scandebant ardua testes,
Atria nunc lotæ celsa petunt animæ.
Spiritus æterno solitus descendere lapsu,
Vt dederat palmam, sic tribuit ueniam.
Haurit terra sacros, aut fonte, aut sanguine rores
Exundatque suo iugiter unda Deo.
Ipse loci est dominus, laterum cui uulnere utroque
Hinc cruor effusus fluxit, & inde latex.
Ibitis hinc, ut quisque potest per uulnera Christi,
Deuectus gladijs alter, & alter aquis.

PASSIO CASSIANI MARTYRIS in foro Corneliano.
Carmen heroicum, cui adnexum est senariū iambicū.

SYlla forum statuit Cornelius, hoc Itali urbem
Vocant ab ipso conditoris nomine.
Hic mihi cum peterē te rerū maxima Roma,
Spes est oborta prosperum Christum fore.
Stratus humi tumulo aduoluebar, quē sacer ornat
Martyr dicato Cassianus corpore.
Dū lachrymās mecū reputo mea uulnera, & oēs
Vitæ labores, ac dolorum acumina
Erexi ad cœlum faciem, stetit obuia contra
Fucis colorum picta imago martyris.
Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
Ruptam minutis præferens punctis cutem.
Innumeri circum pueri, miserabile uisu,
Confossa paruis membra figebant stilis.
Vnde pugillares soliti percurrere ceras.
Scholare murmur adnotantes scripserant.
Aedituus consultus ait, quod prospicis hospes
Non est inanis, aut anilis fabula,
Historiam pictura refert, quæ tradita libris,
Veram uetusti temporis monstrat fidem.
Præfuerat studijs puerilibus, & grege multo
Septus, magister literarum sederat.
Verba notis breuibus cōprendere cūcta peritus,
Raptimq; punctis dicta præpetibus sequi.
Aspera nonnunquam præcepta, ut tristia uisa,
Impube uulgus mouerant, ira & metu.
Doctor amarus enim discenti semper Ephebo,
Nec dulcis ulli disciplina infantiæ est
Ecce fidem quatiens tempestas sæua, premebat
Plebem dicatam christianæ gloriæ.
Extrahitur cœtu è medio moderator alumni
Gregis, quod aris supplicare spreuerat.
Pœnarum artifici quærenti, quod genus artis
Vir nosset, alto tam rebellis spiritu,
Respondent, agmen tenerū, ac puerile gubernat

Fictis

Fictis notare uerba signis imbuens.
Ducite conclamat captiuum ducite, & ultro
Donetur ipsis uerberator paruulis,
Vt libet illudant, lacreent impune, manusq;
Tingant magistri feriatas sanguine.
Ludum discipulis uolupe est ut præbeat ipse
Doctor seuerus, quos minis coërcuit.
Vincitur post terga manus, spoliatus amictu,
Adest acutis agmen armatum stilis.
Quantum quisque odij tacita conceperat ira,
Effudit ardens felle tandem libero.
Coniiciunt alij * lapides, inq; ora tabellas fragiles
Frangunt, relisa fronte lignum dissilit.
Buxa crepant cerata, genis impacta cruentis,
Rubetq; ab ictu curua tumens pagina.
Inde alij stimulos, & acumina ferrea uibrant,
Qua parte aratis cera sulcis scribitur.
Et qua secti apices abolentur, & æquoris hirti
Rursus nitescens innouatur area.
Hinc foditur Christi confessor, & inde secatur,
Pars uiscus intrat molle, pars scindit cutem.
Omnia membra manus pariter fixere cruentæ,
Totidemq; guttæ uulnerum stillant simul.
Maior tortor erat, qui summa pupugerat infans,
Quàm qui profunda perforarat uiscera.
Ille leuis, quoniam percussor morte negata
Sæuire * solis scit dolorum spiculis. solescit
Hic quanto interius uitalia condita pulsat,
Plus dat medelæ dum necem prope applicat.
Este precor fortes, & uincite uiribus annos,
Quod desit æuo, suppleat crudelitas.
Sed male conatus tener, infirmusq; laborat,
Tormenta crescunt dum fatiscit carnifex.
Quid gemis, exclamat quidam, tute ipse magister
Istud dedisti ferrum, & armasti manus.

Reddimus ecce tibi iam millia multa notarum,
Quæ stando, flendo, te docente excepimus.
Non potes irasci quod scribimus, ipse iubebas
Nunquàm quietum dextera ut ferret stilum:
Non petimus toties te præceptore negatas
Auare doctor, iam scholarum ferias.
Pangere puncta libet, sulcisq; intexere sulcos,
Flexas catenis impedire uirgulas.
Emendes licet inspectos longo ordine uersus,
Mendosa forte si quid errauit manus.
Exerce imperium, ius est tibi plectere culpam,
Si quis tuorum te notauit segnius.
Talia ludebant pueri per membra magistri
Nec longa fessum pœna soluebat uirum.
Tandem luctantis miseratus ab æthere Christus,
Iubet resolui pectoris ligamina
Difficilesq; moras animæ, ac retinacula uitæ
Relaxat artus, & latebras expedit.
Sanguis ab interno uenarum fonte patentes,
Vias sequutus, deserit præcordia.
Totq; foraminibus penetrati corporis exit,
Fibrarum anhelans ille uitalis calor.
Hæc sunt quæ liquidus expressa coloribus hospes
Miraris, ista est Cassiani gloria.
Suggere si quod habes iustum, uel amabile uotum
Spes si qua tibi est, si quid intus æstuas.
Audit crede preces martyr prosperrimus omnes,
Ratasq; reddit, quas uidet probabiles.
Pareo cõplector tumulũ, lachrymas quoq; fundo,
Altar tepescit ore, saxum pectore.
Tunc arcana mei percenseo cuncta laboris,
Tunc quod petebam, quod timebã murmuro.
Et post terga domum dubia sub sorte relictam,
Et spem futuri forte nutantem boni.
Audior urbem adeo, dextris successibus utor;
Domum

Domum reuertor, Cassianum prædico.

ROMANI MARTYRIS supplicium.

Carminis ratio eadem est, quæ fuit præfationis psychomachiæ, Senex fidelis.

ROmane Christi fortis adsertor Dei.

IOANNES SICHARDVS.

ROmane Christi fortis.) Supplicium Romani martyris, quod Aldus Romanus seorsim tragœdię nomine impresserat, ex industria inseruimus Coronatis, ne quis hoc putet negligentia factum. Nam quum exemplaria, quæ uidi, omnia ita haberent, modo quæ essent paulo uetustiora, tum etiam res ipsa cum argumento coronatorum bene conuenit. Quid autē Aldo in mentem uenerit, diligenti alioqui homini, sed in nouando perfacili, ipse uiderit: mouit, opinor, id quod alicubi tragœdiam ipse appellat, sed hoc quàm conueniat ad inscriptionem, non satis uideo.

Elinguis oris organum fauor moue,
Largire comptum carmen infantissimo,
Fac ut tuarum mira laudum concinam.
Nam scis & ipse posse mutos eloqui.
Plectrum palati, & faucium sæuus tibi,
Tortor reuulsit, nec tamen silentium
Indixit ori, quo fatebaris deum,
Vox ueritatis testis, extingui nequit,
Nec si recisis palpitet meatibus.
Sic noster hęrens sermo lingue debili
Balbutit, & modis laborat absonis:
Sed si superno rore respergas iecur,
Et spiritali lacte pectus inriges,
Vox impeditos rauca laxabit sonos.
Euangelista scripsit ipsum talia

Præcepta Messian dedisse apostolis,
Nolite uerba, quum sacramentũ meum
Erit canendum, prouidenter quærere:
Ego imparatis, quæ loquantur, suggeram.
Sum mutus ipse, sed potens facundiæ,
Mea lingua Christus luculenter differet,
Ipse explicabit quos supremo spiritu
Dæmon tumultus dum domatur, mouerit,
Furore pestis peior in nouissimo.
Sic uulneratus anguis ictu spiculi
Ferrum remordet, & dolore sæuior,
Quassando pressis immoratur dentibus,
Hastile fixum, sed manet profundius,
Nec cassa sentit morsuum pericula.
is Galerius* urbis forte Romanæ statum
Ductor regebat, ut refert antiquitas,
Immitis, atrox, asper, implacabilis,
Edicta late mundum in omnem miserat,
Christum negaret quisq; mallet uiuere.
legio Hæc ille serpens ore dictat * regio,
Qui mortuorum de sepulchris exiens
Clamat. Quid ante tempus aduentu cito
Mea regna soluis? parce fili altissimi,
Vel possidere corda porcorum iube.
Præfectus istis imminens negocijs
Asclepiades, ire mandat milites
Ecclesiatenus quæ de sacrarijs
Raptare plebem, mancipandam uinculis,
Ni disciplinam Nazarenam respuat.
Mox ipse templum cogitans inrumpere,
Et dissipare sancta sanctorum studens,
Armis profanus præparabat impijs
Altaris aram funditus pessundare,
Foresq; & ipsas in ruinam soluere.
Præcurrit index his repente cognitis

Romanus sacrę heros excellentiæ,
Venire in armis perduelles nunciat,
Animos pauentũ pręstruens hortatibus,
Stent ut parati, néve cedant turbini.
Conspirat uno fœderatus spiritu
Grex Christianus, agmen imperterritũ,
Matrum, uirorũ, paruulorum, uirginum
Fixa & statuta est omnibus sententia
Fidem tueri, uel libenter emori.
Refert repulsus miles ad subsellia,
Plebis rebellis esse Romanum ducem,
Flagrare cunctos peruicaci audacia,
Iugulos retectos obstinate opponere,
Quo gloriosa morte fortes oppetant.
Præceps iubetur inde Romanus rapi,
Solusq́, ut incitator, & fax omnium,
Pro contumaci plebe causam dicere,
It non resistens, seq́ uinciri petit,
Flexas & ultro torquet in tergũ manus
Amor coronæ * penè præuenit trucem pone
Lictoris artem, sponte nudas offerens
Costas, bisulcis execandas ungulis.
Irrumpit altum limen, & præconibus
Stupore mutis, ipse tortorem trahit.
Astanti ob ora sic tyrannus incipit:
Infame monstrum, uilis intestabilis,
Tu uentilator urbis, & uulgi leuis
Procella, mentes inquietas mobiles,
Ne se imperita turba dedat legibus,
Populare quiddam sub colore gloriæ
Inliterata credidit frequentia,
Vt se per æuum cõsecrandos autument.
Si bella diuis ceu gigantes inferant
Victiq́ flammis obruantur montium.
Hoc tu parasti perdire spectaculum

Cladis cruentæ de necandis ciuibus,
Quos ut profanos impiati, & sæculi
Reos, necesse est te magistro interfici,
Tu causa mortis, tu malorum signifer.
Ni fallor, æquū est, ut q̄d autor improbus
Tolerare multos compulisti, ut carnifex
In te recurrat, proq; tantis cædibus
Quæ mox futurę, primus exitium luas,
Feras & ipse quod ferendum suaseras.
His ille contra reddit ore libero:
Amplector ô pręfecte, nec me subtraho,
Vt pro fideli plebe solus immoler,
Dignus subire cuncta, si me consulas,
Quæcunq; uestra iusserit crudelitas.
Intrare seruis idolorum, ac dæmonum,
Sanctā salutis non licet nostræ domum,
Ne polluatur purus ornandi locus:
Confido sancto spiritu nunquam tibi
Dandum, ut beatū limen attingas pede.
Nisi forte noster factus, in nostrū gregem
Mereare sumi, quod pater faxit deus.
Incensus his Asclepiades, iusserat
Euiscerandum corpus eculeo eminus
Pendere, & uncis, + uinculisq; crescere.
Apparitores sed furenti suggerunt
Illum uetusta nobilem prosapia,
Meritisq; multis esse primum ciuium.
Iubet amoueri noxialem stipitem,
Plebeia clarum pœna ne damnet uirum.
Tundatur, inquit, tergum crebris ictibus,
Plumboq; ceruix uerberata extuberet:
Persona quæq; competenter plectitur,
Magniq; refert uilis, an sit nobilis
Gradu reorum, forma tormentis datur.
Pulsatus ergo martyr illa grandine,

Post

Postquàm inter ictus dixit hymnũ plumbeos,
Erectus infit, absit ut me nobilem
Sanguis parentum præstet, aut lex curiæ,
Generosa Christi secta nobilitat uiros.
Si prima nostris quæ sit in cunabulis
Origo, textu stemmatis recenseas:
Dei parentis esse ab ore cœpimus,
Cui quisq; seruit, ille uere est nobilis,
Patri rebellis, inuenitur degener.
Honos deinde stemmati accedit nouus,
Et splendor ingens, ut magistratus uenit,
Si confitendi nominis testem probum
Signent inusta ferrri, & ignis uulnera,
Et uim dolorum mors sequatur inclyta.
Caue benignus esse * peruerse uelis,
Nec ni remissus leniter peperceris.
Incumbe membris tortor, ut sim nobilis,
His ampliatus si fruar successibus,
Genus patris, matrisq; floccifecero.
Hæc ipsa uestra dignitatum culmina
Quid esse censes? nónne cursim transeunt
Fasces, secures, sellæ, prætextæ, togæ,
Lictor, tribunal, & trecenta insignia
Quibus tumetis, moxq; detumescitis?
Quum consulatum initis, ut uernæ solent,
(Pudet fateri) farre pullos pascitis,
Aquila ex eburna sumit arrogantiam
Gestator eius, ac superbit belluæ
Inflatus osse, cui figura est alitis.
Iam si sub aris ad sigillorum pedes
Iaceatis infra sectilem quercum siti,
Quid esse uobis æstimem proiectius?
Nudare plantas, ante carpentum scio
Proceres togatos, matris Ideæ sacris.
Lapis nigellus euehendus essedo,

* peruersibi lis.

Muliebris

Muliebris oris clausus argento sedet,
Quem dum ad lauacrum praeeundo ducitis,
Pedes remotis atterentes calceis
Almonis usque peruenitis riuulum.
Quid illa turpis pompa? nempe ignobiles
Vos esse monstrat, quum Luperci curritis.
Quem seruulorum non rear uilissimum,
Nudus plateas si per omnes cursitans,
ictas Pulset puellas uerbere + actas ludicro?

IOANNES SICHARDVS.

PVLSAT puellas uerbere actas ludicro. Euandrum ex Arcadia instituisse ludicrum Titus Liuius scribit, ut nudi iuuenes Lycaeum Pana uenerantes, per luxum atque lasciuiam currerent, atque obuias puellas scuticis per iocum pulsarent, quibus stulte creditum est uulgo foecunditatem procurari. Meminit totius ludicri Ouidius in libris Fastorum.

Miseret tuorum me sacrorum & principum
Morumque Roma saeculi summum caput.
Age explicemus, si placet, mysteria
Praefecte uestra, iam necesse est audias,
Nolis uelis, ne quid colatis sordium.
Nec terret ista, qua tumes uesania,
Quod uultuosus, quod supinus, quod rigens,
Tormenta lethi comminaris asperi,
Si me mouere rebus ullis niteris,
Ratione mecum, non furore dimica.
Iubes relictis patris, & Christi sacris,
Vt tecum adorem foeminas, ac mille mares,

IOANNES SICHARDVS.

VT tecum &c. longum est recensere stupra eorum qui olim sint pro diis culti. Lactantius Firmianus multas enumerat myriades, quibus factum sit, ut deorum numerus anti quitus

quitus penè creuerit in immensum, fueritq́; maior cœlitum quàm hominum, id quod Plinius ridens testatur libro secundo. Veteres enim cum urbium suarum conditores, aut generis autores maximos uellent exteris uideri, eos in numerum deorum mox referebant, atque ita demum accidit, ut quum uel stuprorum, uel male consultorum colorem quærerent, ne uel putidas facerent origines suas, aut stultitiæ arguerētur, si quādo res secus quàm putabant accidisset, ad deos referrent. Ita Romulus ex Marte nobis prodiit, & Alexander Magnus ex Ioue Hammone, dum nō inuenit, quo matris adulterium cœlet, se genitum mentitus est,

Deos, deasq́;, deq́; sexu duplici
Natos, nepotes abnepotes æditos,
Ac tot stuprorum sordidam prosapiam.
Nubunt puellæ, sæpe luduntur dolis,
Amasionum comprimuntur fraudibus,
Incœsta feruent, furta mœchorum calent,
Fallit maritus, odit uxor pellicem.
Deos catenę colligant adulteros.
Ostende quæso, quas ad aras præcipis
Veruece cæso fumet ut cespes meus,
Delphósne pergam? sed uetat palestrici
Corrupta Ephebi fama, quem uester deus
Effœminauit Gymnadis licentia.
Mox fleuit impuratus occisum graui
Disco, & dicauit florulentum succubam,
Conductus idem pauit alienum pecus,
Furem deinde perditi passus gregis
Segnis bubulcus, tela & ipsa perdidit.
An ad Cybellis ibo lucum pineum?
Puer sed obstat Gallus ob libidinem,
Pertriste uulnus, perq́; sectum dedecus
Ab impudicæ tutus amplexu deæ,
Per multa matri sacra plorandus spado.

Sed

Sed credo magni limen amplectar Iouis,
Qui si citetur legibus uestri reus,
Laqueis minacis implicatus Iuliæ,

IOANNES SICHARDVS.

LAQVEIS minacis implicatus Iuliæ. merito Iouem si in ius uocetur, pœnam daturum scribit legi Iuliæ, quæ in adulteros scripta fuerat. Vix enim alterius non modo dei, sed ne quidem profligatissimi nebulonis tot reperias libidinis exempla, dum nunc in Dianam, aliquando in taurum, arietem, aquilam, cygnum Satyrum, Amphytrionem, pastorem, serpentem, hominem atq; demũ ubi his artibus non procedit, in ignem & aurum se transformat.

Leuat seueram uictus & Scantiniam
Te cognitore dignus ire in carcerem.
Quid aureorum conditorem temporum

IOANNES SICHARDVS.

QVID aureorum conditorem temporum. Saturnum intelligit, qui dum Iouem filium fugit, Latio nomen indidit, eo quod istic tutus à filij insidijs latuisset. Regnante autem Saturno, tam bene fuit actũ de mortalibus, ut nullus tum sit inuentus qui furti argui posset, unde & factum est, quemadmodum Macrobius testatur, ut Romani ærarium in templo Saturni esse uoluerint, tãquam à furibus (si ob nullam aliam causam) certe Saturni numine, tutum.

Censes colendum? quem fugacem non negas
Latuisse furtim, dum reformidat malum,
Quem si beate uiuere audit Iuppiter,
Plectat necesse est occulendi conscios.
Quid inter aras dissidentum numinum
Putas agendum? Martis indignabitur
Offensa uirtus, si colatur Lemnius.

Iunonis

Iunonis iram sentiet, quisque ut deum
Signo aut sacello consecrarit Herculem.
Dicis licenter hæc Poëtas fingere,
Sed sunt & ipsi talibus mysterijs
Tecum dicati, quodq; describunt, colunt
Tu cur piaclum tam libenter lectitas?
Cur in theatris te uidente id plauditur?
Cycnus stuprator peccat inter pulpita.
Saltat * tonantem tauricornem Lydius,
Spectator horum pontifex summus sedes, * comantem
Ridesq;, & ipse nec negando diluis.
Quum fama tanti polluatur numinis
Cur tu Sacrate per cachinnos solueris,
Quum se maritum fingit Alcmenæ deus?
Meretrix Adonin uulneratum scænica
Libidinoso plangit affectu palàm.
Nec te lupanar Cypridis sanctæ mouet?
Quia quod sub ipsis ueritas signis patet,
Formata in ære criminum uestigijs.
Quid uult sigillum semper adfixum Ioui
Auis ministræ? nempe uelox armiger
Leno exoletum qui tyranno pertulit.
Facem recincta ueste prætendit Ceres,
Cur si deorum nemo rapuit uirginem,
Quam nocte quærens, mater errat peruigil,
Fusos rotantem cernimus Tyrinthium?
Cur sine ære non fuit ludibrio?
Quid rusticorum monstra detestor deûm?
Faunos, Priapos, fistularum præsides,
Nymphas natantes, incolasq; aquatiles,
Sitas sub alto, more ranarum, lacu,
Diuinitatis ius in algis uilibus?
Ad hæc colenda me uocas censor bone?
Potés ne quicquam tale, si sanum sapis,
Sanctum putare? nónne pulmonem mouet

Derisus

Derisus istas intuens ineptias,
Quas uinolentæ somnijs fingunt anus?
Aut si quid usquam est uanitatis mysticæ,
Nobis colendum est, ipse primus incipe,
*Pronusq; adora quicquid in terris sacri est,
promiscue Deos Latinos, & deos Aegyptios,
Quis Roma libat, quis Canopus supplicat.
Venerem precaris? comprecare & Simiam,
Placet sacratus aspis Aesculapij?
Crocodilus, Ibis, & Canes cur displicent?
Adpone toris relligiosas arulas
Venerare acerbum Cepe, mordax Allium.
Fuliginosi thure placantur Lares,
Et respuuntur consecrata holuscula:
Aut unde maior esse maiestas focis,
Quàm nata in hortis sarculatis creditur,
Si numen ollis, numen & porris inest?
Sed pulchra res est forma in ære sculptilis,
Quid imprecabor officinis Græciæ,
Quæ condiderunt gentibus stultos deos?
Forceps Myronis, Polycleti malleus
Natura uestrûm est, atque origo cœlitum.
Ars seminandis efficax erroribus,
Barbam rigentem dum Iouis circumplicat,
Dum defluentem leniter flectens comam,
Limat capillos, & corymbos Liberi,
Et dum Mineruæ pectus hydris asperat,
Iniecit atram territis formidinem,
Vt fulmen aëris ceu tonantis horreant,
Tremant uenenum sibilantis Gorgonæ?
Putent Ephebum post triumphos Indicos
Ferire Thyrso posse, quum sit ebrius.
Tum quod Dianam molle succinctam uident,
Venantis arcum pertimescunt uirginis,
Si forte uultum tristioris Herculis

Liquore crispo massa finxit fusilis,
Clauam minari, ni colatur creditur.
Iam quis pauentum corda terror occupat?
Iunonis iram si polite expresserit,
Velut retortis intuens obtutibus,
Auertat ora delitantis hostia,
Lapis seuera fronte mentitur minas.
Miror quod ipsum non sacratis Mentorē,
Nec templum, & aras ipse Phidias habet
Fabri deorum, uel parentes numinum,
Qui si caminis institissent segnius,
Quum cōdiderunt gentibus stultis deos
Non esset ullus Iuppiter conflatilis.
Non erubescis stulte, pago dedite,
Te tanta semper perdidisse obsonia?
Quæ dijs ineptus obtulisti talibus
Quos trulla, peluis, cātharus, sartagines,
Fracta, & liquata contulerunt uascula?
Ignosco fatuis hæc tamen uulgaribus.
Quos lana terret discolor in stipite,
Quos sæpe falsus circulator decipit,
Quib⁹ oē sanctū est q̄d pauēdū *uanulæ, rancidæ
Edentularum cantilenæ suaserint,
Vos eruditos miror, & doctos uiros,
Perpensa uitæ quos gubernat regula,
Nescire uel diuina, uel mortalia
Quo iure cōstent, quāta maiestas regat,
Quicqd creatū est, *quæ creauit omnia. qui
Deus perennis, res inæstimabilis,
Non cogitando, non *uidendo clauditur, uiuendo
Excedit omnem mentis humanę modū,
Nec comprehendi uisibus nostris ualet,
Extraq; & intus implet, ac superfluit.
Intemporalis antequam primus dies
Esse & fuisse semper unus obtinet,

Lux ipse uera, ueri & autor luminis
Quum lumen esset, lumen effudit suum,
Ex luce fulgor natus hic est filius.
Vis una patris, uis & una filij,
Vnusq; ab uno lumine splendor satus,
Pleno refulsit claritatis lumine.
Natura simplex pollet unius dei,
Et quicquid usquam est, una uirtus condidit.
Cœlum, solumq;, uim marini gurgitis,
Globos dierum, noctiumq; præsides,
Ventos, procellas, fulgura, imbres, nubila,
Septentriones, hesperos, æstus, niues,
Fontes, pruinas, & metalla, & flumina,
Prærupta, plana, montium conuallia,
Feras, uolucres, reptiles, natatiles,
Iumenta, pecua, subiugales belluas,
Flores, fruteta, germina, herbas, arbores,
Quæ sunt odori, quæq; uernant esui.
Hæc non labore & arte molitus deus,
Sed iussione quam potestas protulit
Mandauit esse, facta sunt quæ non erant,
Verbo creauit omni formem machinam,
Virtus paterna semper in uerbo fuit.
Cognostis ipsum, nunc colendi agnoscite
Ritum, modumq;, quale sit templi genus,
Quæ dedicari sanxerit donaria,
Quæ uota poscat, quos sacerdotes uelit,
Quod mandet illic nectar immolarier.
Aedem sibi ipse mente in hominis condidit

IOANNES SICHARDVS.

AEDEM sibiipse mēte in hominis condidit. hoc est nimirum quod toties à Paulo nobis occinitur: Nescitis quia templum dei estis? Non est enim ubi magis coli uelit Christus ꝙ intra nosmetipsos: id cōsequimur si sanctimonię studuerimus, sine qua nemo placebit deo.

Viuam

Viuam, serenam, sensualem, stabilem, stabilem
Solui incapacem posse, nec destructilem,
Pulchram, uenustam, præminentem culmine,
Discriminatis inlitam coloribus.
Illic sacerdos stat sacrato in limine.
Foresq; primas uirgo custodit fides
Innexa crines uinculis regalibus,
Poscit litari uictimas Christo & patri,
Quas scit placere, candidatas simplices.
Frontis pudorem, cordis innocentiam,
Pacis quietem, castitatem corporis,
Dei timorem, regulam scientiæ,
Ieiuniorum parcitatem sobriam,
Spem non iacentem, semper & largam manũ.
Ex his amœnus hostijs surgit uapor,
Vincens odorem balsami, thuris, croci,
Auras madentes Persicorum aromatum,
Sublatus inde, cœlum adusq; tollitur,
Et prosperatum dulce delectat deum.
Hanc disciplinam quisquis infensus uetat,
Vetat probatum uiuere, & sanctum sequi,
Vetat uigorem mentis alte intendere
Nostriq; acumen ignis ad terram uocat,
Nec excitari uim sinit prudentiæ.
O mersa limo cæcitas gentilium,
O carnulenta nationum pectora
O spissus error, ô tenebrosum genus,
Terris amicum, deditum cadaueri,
Subiecta semper intuens, nunquam supra.
Furórne summus, ultima & dementia est,
Deos putare qui creantur nuptijs?
Rem spiritalem terrulente quærere,
Elementa mundi consecrare altaribus.
Id quod creatum est, conditorem credere.
De asciato supplicare stipiti,

Verris cruore scripta saxa spargere,
Aras offellis obsecrare bubulis,
Homines fuisse quum scias quos consecras,
Vrnas reorum morticinas lambere?
Desiste iudex sæculi, tantum nefas
Viris iubere fortibusq́, & liberis,
Nil est amore ueritatis celsius,
Dei perennis numen asserentibus,
Nihil est pauori, & mors ipsa subiacet.
Dudum coquebat differente martyre
Asclepiades intus iram subdolam,
Stomachatus alto felle dum longum silet,
Bilemq́ tectis concipit præcordijs,
Tandem latentis uim furoris euomit.
Prò Iuppiter quid est quod ex hoc audio?
Stat inter aras, & deorum imagines,
Et quod fateri cogor, in medio foro,
Tacente memet hic perorat perditus,
Quicquid sacrorum est ore fœdans impio.
O fas priorum, motis ô prisci status.

IOANNES SICHARDVS.

O FAS priorum, motis ô prisci status. Legendum est, moris ô prisci status.

Inuenta regum pro salute publica
Pompiliorum nostra carpunt sęcula.

IOANNES SICHARDVS.

POMPILIORVM nostra carpunt sæcula. Primus enim Numa Pōpilius Romanos bellis sanguineq́ gaudentes ad humanitatem reduxit, quam ex sacrorum ritu conatus est primum suis conciliare. Testis est Titus Liuius.

Quis hos sophistas error inuexit nouus,
Qui non colendos esse diuos disputent?

Nunc dogma nobis Christianum nascitur,
Post euolutos mille demum consules
Ab urbe Roma, ne retexam Nestoras,
Quicquid nouellum surgit, olim non fuit.
Vis summam rerum nosse? Pyrrham consule.
Vbi iste uester tunc erat summus deus,
Diuum fauore quum puer Mauortius
Fundaret arcem septicollem Romulus?
Quod Roma pollet auspicato condita
Ioui Statori debet, & dijs cæteris.
Hoc sanctum ab æuo est, hoc ab *auis traditum, atauis
Placanda nobis pro triumphis principis
Delubra, faustus ut secundet gloriam
Procinctus, utq; subiugatis hostibus
Ductor quietum frenet orbem legibus.
Accingere ergo quisquis es nequissime
Pro principali rite nobiscum deos
Orare uita, uel quod hostem publicum
Pati necesse est, solue pœnam sanguine.
Spreuisse templa, respuisse est principem.
Tunc ille, nunquam pro salute, & maximis
Fortissimisq; principis cohortibus
Aliter peccabor, quàm fidele ut militent
Christiq; lymphis ut renascantur patri,
Capiant & ipsum cœlitus paraclitum.
Vt idolorum respuant caliginem
Cernant & illud lumen æternæ spei,
Non succulentis influens obtutibus
Nec corporales per fenestras emicans,
Puris sed intus quod relucet mentibus.
Pupilla carnis crassa crassum perspicit,
Et res caduca quod resoluendum est, uidet,
Liquidis uidendis aptus est animæ liquor,
Natura feruens sola, feruentissimæ,
Diuinitatis uim coruscantem capit.

Hoc opto lumen Imperator nouerit,
Tuus meusq́, si uelit fieri meus,
Nam si resistit Christiano nomini,
Meus ille talis Imperator non erit,
Scelus iubenti, crede, nunquam seruiam.
Statis ministri, clamitans iudex ait,
Statis? manusq́ continetis uindices?
Non rupta sulcis dissecatis uiscera?
Animam nec intus abditam rimamini,
Erumpit unde uox profana in principem?
Scindunt utrunq; milites teterrimi,
Mucrone hiulco pensilis latus uiri,
Sulcant per artus longa tractim uulnera,
Obliqua rectis, recta transuersis secant,
Et iam retectis pectus albet ossibus.
Nitendo anhelant, diffluunt sudoribus,
Quum sit quietus heros in quem sæuiunt,
Hæc inter addit sponte Romanus loqui:
Si quæris ô præfecte uerum noscere,
Hoc omne quicquid lancinamur non dolet.
Dolet quod error pectori insidet tuo,
Populos quod istos tecum trahis perditos,
Currunt frequentes undique ad spectaculum
Gentile uulgus, heu gemenda corpora,
trahunt Crudumq́ nostræ sortis exemplum + tremunt,
Audite cuncti, clamo longe, ac prædico,
Emitto uocem de catasta celsior,
Christus paternæ gloriæ splendor, deus,
Rerum creator, noster idem particeps
Spondet salutem perpetem credentibus.
Animæ salutem sola quæ non occidit,
Sed iuge durans, dispares casus subit,
Aut luce fulget, aut tenebris mergitur,
Christum sequuta patris intrat gloriam,
Disiuncta Christo mancipatur tartaro.

Curanda

Curanda mercis qualitas, quænam mihi
Contingat olim perpetis substantiæ,
Nam membra paruipendo quo pacto cadant,
Casura certe lege naturæ suæ,
Instat ruina quod resoluendum est * ruat. cadat
Nec distat ignis, & fidiculæ sæuiant,
An corpus ægrum languor asper torqueat
Quum sæpe morbos maior armet sæuitia
Non ungularum tanta uis latus fodit
Mucrone, quanto dira pulsat pleuresis.
Nec si inusta laminis ardet cutis,
Vt febris atro felle uenas exedit,
Vel summam pellis ignis obductus coquit,
Papulasque feruor æstuosus excitat.
Credas cremari stridulis cauteribus.
Miserum putatis quod retortis pendeo
Extentus ulnis, quod reuellentur pedes,
Compago neruis quod sonat crepantibus
Sic eiulantes ossa clamant diuidi,
Nodosa torquet quos podagra, & arthesis.
Horretis omnes hasce carnificum manus,
Num mitiores sunt manus medentium?
*Laniena quando sæuit hipocratica? lamina
Viuum secatur uiscus, & recens cruor
Scalpella tingit, dum putredo abraditur.
Putate ferrum triste chyrurgos meis
Inferre costis, quod secat salubriter,
Non est amarum quo reformatur salus,
Videntur isti carpere artus tabidos,
Sed dant medelam rebus intus uiuidis.
Quis nescit autem quanta corruptela sit
Contaminatæ carnis ac solubilis?
Sordet, tumescit, liquitur, fœtet, dolet,
Inflatur ira, soluitur libidine:
Plærumque felle tincta liuores trahit.

Aurum regestum nónne carni acquiritur?
Inlusa uestis, gemma, bombix, purpura.
In carnis usum mille quæruntur dolis,
Luxus uorandi carnis aruinam fouet,
Cárnis uoluptas omne per nefas ruit.
Medere quæso carnifex tantis malis,
Concide, carpe fomitem peccaminum,
Fac ut resecto debilis carnis situ.
Dolore ab omni mens superfit libera,
Ne gestet ultra quod tyrannus amputet.
Nec terrearis turba circunstantium,
perdo Hoc * prędo solum quod peribit omnibus
Regi, clienti, pauperiq́;, & diuiti,
Sic uernularum, sic senatorum caro
Tabescit, imo cum sepulchro condita est
Iactura uilis mordet, & damnum leue,
Si quo carendū est perdere extimescimus,
Cur quod necesse est nō uoluntas occupat?
Natura cur non uertit in rem gloriæ?
Legale damnum deputemus præmijs.
Sed præmiorum forma quæ sit fortibus
Videamus, illa nempe quæ nunq̃ perit,
Cœlo refusus subuolabit spiritus,
Dei parentis perfruetur lumine
Regnante Christo stans in arce regia.
Quandoq; cœlum ceu liber plicabitur,
Cadet rotati solis in terram globus,
Sphæram ruina menstrualem destruet
Deus superstes solus, & iusti simul
Cum sempiternis permanebunt angelis.
Contemne præsens utile ô prudens homo,
Quod terminandū, quod relinquendū est tibi,
Omitte corpus, rem sepulchri & funeris,
Tende ad futuram gloriam, perge ad deum.
Agnosce qui scis, uince mundum & sæculum.

Vix dum elocutus martyr hanc peregerat
 Orationem, quum furens interserit
 Asclepiades, uertat ictum carnifex
 In os loquentis, inq; maxillas manum,
 Sulcosq; acutos, & fidiculas transferat.
Verbositatis ipse rumpatur locus,
 Scaturientes perdat ut loquacitas,
 Sermonis auras, perforatis follibus,
 Quibus sonandi nulla lex ponit modum,
 Ipsa & loquentis uerba torqueri uolo.
Implet iubentis dicta lictor improbus,
 Charaxat ambas ungulis scribentibus
 Genas, cruentis & secat faciem notis,
 Hirsuta barbis soluitur carptim cutis,
 Et mentum adusq; uultus omnis scinditur.
Martyr fluentem fatur inter sanguinem:
 Grates tibi ô præfecte magnas debeo,
 Quod multa pandens ora, iam Christũ loquor,
 Arctabat ampli nominis prçconium
 Meatus unus, impar ad laudes dei.
Rimas patentes inuenit uox ædita,
 Multisq; fusa rictibus reddit sonos
 Hinc inde plures, & profatur undique
 Christi patrisq; sempiternam gloriam,
 Tot ecce laudant ora, quot sunt uulnera.
Tali repressurus cognitor constantia,
 Cessare pœnam præcipit, tunc sic ait:
 Per Solis ignis iuro, qui nostros dies
 Reciprocatis administrat circulis,
 Cuius recursu lux & annus ducitur.
Ignis parandus iam tibi tristis rogi,
 Qui fine digno corpus istud deuoret,
 Quod perseuerans tam resistit nequiter
 Sacris uetustis, nec dolorum spiculis
 Victum fatiscit, sitq; pœnis fortius.

Quis hunc rigorem pectori iniecit stupor?
Mens obstinata est, corpus omne obcalluit,
Tantus nouelli dogmatis regnat furor,
Hic nempe uester Christus haud olim fuit
Quem tu fateris ipse suffixum cruci.
Hęc illa crux est omnium nostrûm salus,
Romanus, inquit, hominis hæc redemptio est,
Scio incapacem te sacramenti impie,
Non posse cæcis sensibus mysterium
Haurire nostrum, nil diurnum nox capit.
Tamen tenebris proferam claram facem
Sanus uidebit, lippus oclos obteget,
Remouete lumen, dicet insanabilis,
Iniuriosa est nil uidenti claritas,
Audi profane quod grauatus oderis.
Regem perennem rex perennis protulit,
In se manentem, nec minorem tempore,
Quia tempus illum non tenet, nam fons retro
Exordiorum est, & dierum & temporum
Ex patre Christus, hoc pater quod filius.
Hic se uidendum præstitit mortalibus,
Mortale corpus sumpsit immortalitas,
Vt dum caducum portat æternus deus,
Transire nostrum posset ad cœlestia:
Homo est peremptus, & resurrexit deus.
Congressa mors est membra gestanti, deo
Dum nostra tentat, cessit *immortalibus.
immortalitas
Stultum putatis hoc sophistæ sæculi,
Sed stulta mundi summus eligit pater,
Vt stultus esset sæculi, prudens dei.
Antiquitatem Romuli, & Mauortiam
Lupam renarras primum, & omen uulturum,
Si res nouellas respuis, nil tam recens:
Vix mille fastis implet hanc ætatulam
Cursus dierum, conditore ab augure.

Sexcen-

Sexcenta possum regna pridem condita
Proferre toto in orbe, si sit otium,
Multo ante clara, quàm capellam Gnossam
Suxisse fertur Iuppiter, Martis pater.
Sed illa non sunt, hæc & olim non erunt.
Crux ista Christi, quam nouellam dicitis,
Nascente mundo factus ut primum est homo
Expressa signis, expedita est literis,
Aduentus eius mille per miracula
Prænunciatus ore uatum consono.
Reges, prophetæ, iudicesq́ue, & principes,
Virtute, bellis, cultibus, sacris, stilo,
Non destiterunt formam pingere crucis.
Crux prænotata, crux adumbrata est prius.
Crucem uetusta combiberunt sæcula.
Tandem retectis uocibus propheticis,
Aetate nostra comprobata antiquitas,
Coram refulsit ore conspicabili,
Ne fluctuaret ueritas dubia fide,
Si non pateret teste uisu comminus.
Hinc nos & ipsum non perire credimus
Corpus, sepulchro quod uorandum traditur,
Quia Christus in se mortuum corpus cruci
Secum excitatum uexit ad solium patris.
Viamq́ue cunctis ad resurgendum dedit.
Crux illa nostra est, nos patibulum ascendimus,
Nobis peremptus Christus & nobis deus,
Christus reuersus, ipse qui moriens homo est,
Natura duplex moritur, & mortem domat, simplex
Teditq́ue in illud quod perire nesciat.
Dixisse pauca sit satis de mysticis
Nostræ salutis, deq́ue processu spei,
Iamiam silebo, margaritas spargere
Christi uetamur inter immundos sues,
Lutulenta sanctum ne terant animalia.

Sed

Sed quia profunda non licet luctarier
Ratione tecum, consulamus proxima,
Interrogetur ipsa naturalium
Simplex sine arte sensuum sententia,
Fuci imperitus, fac ut adsit arbiter.
Da suptuennem circiter puerū, aut minus,
Qui sit fauoris liber, & non oderit
Quenquam, nec ullum mentis in uitium cadat.
Periclitemur quid recens infantia
Dicat sequendum, quid nouus sapiat uigor.
Hanc ille sancti martyris uocem libens
Amplexus, unum de caterua infantium
Paruum, nec olim lacte depulsum, capi,
Captumq; adesse pręcipit: quid uis roga
Inquit, sequamur quod probarit pusio.
Romanus ardens experiri innoxiam
Lactantis oris indolem, Filiole ait,
Dic quid uidetur esse uerum, & congruens,
Vnúmne Christum colere, & in Christo patrē,
An comprecari mille formarum deos?
Arrisit infans, nec moratus retulit.
Est quicquid illud quod ferunt homines deum,
Vnum esse oportet, quod uni est unicum,
Quū Christus hoc sit, Christus est uerus deus.
Genera deorum multa nec pueri putant.
Stupuit tyrannus, sub pudore fluctuans,
Nec uim decebat innocenti ætatulæ
Inferre legis, nec loquenti talia
Furor sinebat efferatus parcere,
Quis autor, inquit, uocis est huius tibi?
Respondit ille, mater, & matri deus,
Illa ex parente spiritu docta imbibit,
Quo me inter ipsa pasceret cunabula.
Ego ut gemellis uberum de fontibus
Lac paruus hausi, Christum & hausi credere.

Ergo

Ergo ipsa mater adsit exclamat cedo
  Asclepiades, disciplinæ & exitum
  Tristem suæ magistra spectet impia.
  Male eruditi torqueatur funere
  Infantis orba, quen'q; corripit, fleat.
Adsit ministros uilis ut muliercula
  Nostros fatiget, quantulus autem dolor
  Vexabat artus, mortis auxilio breuis,
  Oculi parentis punientur acrius,
  Quàm si cruentæ membra carpant ungulæ.
Vix hæc profatus, pusionem pręcipit
  Sublime tollant, & manu pulsent nates,
  Mox & remota ueste uirgis uerberent,
  Tenerum'q; duris ictibus tergũ secent,
  Plus unde lactis, quàm cruoris defluat.
Quæ cautes illud perpeti spectaculum?
  Quis ferre possit æris, aut ferri rigor?
  Impacta quoties corpus attigerat salix,
  Tenui rubebant sanguine uda uimina
  Quem plaga*ferat roscidis liuoribus. *flerat
Ferunt minaces uerberantium genas
  Inlachrymasse, sponte dimanantibus
  Guttis per ora barbarûm frementia,
  Scribas & ipsos, & coronam plebium,
  Proceres'q; siccis non stetisse uisibus.
At sola mater hisce lamentis caret,
  Soli sereno frons renidet gaudio,
  Stat impiorum corde pietas fortior,
  Amore Christi contumax doloribus,
  Firmat'q; sensum mollis indulgentiæ.
Sitire sese paruus exclamauerat,
  Animæ æstuantis ardor in cruciatibus
  Hoc exigebat, lymphæ ut haustum posceret,
  Quem torua mater eminus triste intuens
  Vultu, & seueris uocibus sic increpat,

Puto imbecillo nate tu: baris metu,
Et te doloris horror afflictum domat,
Non hanc meorum uiscerum stirpē fore
Deo spopondi, non in hanc spem gloriæ
Te procreaui, cedere ut letho scias.
Aquam bibendam postulas, quum sit tibi
Fons ille uiuus præsto, qui semper fluit,
Et cuncta solus irrigat uiuentia,
Intus forisq; spiritum, & corpus simul,
Aeternitatem largiens potantibus.
Venies ad illud mox fluentum, si modo
Animo, ac medullis solus ardor æstuet
Videre Christū, quod semel potū affatim
Sic sedat omnem pectoris flagrantiam
Vita ut beata iam sitire nesciat.
Hic hic bibendus nate nunc tibi est calix,
Mille in Bethleem quē biberunt paruuli
Oblita lactis, & papillarum immemor
Aetas amaris, mox deinde dulcibus
Refecta poclis, mella sumpsit sanguinis.
Exemplum ad istud nitere, ô fortis puer,
Generosa proles matris, & potentia,
Omnes capaces esse uirtutum pater
Mandauit annos, neminē excepit diem
Ipsis triumphos annuens uagitibus.
Scis sæpe dixi, quum docenti alluderes,
Et garrulorum signa uerborum dares,
Isaac fuisse paruulum patri unicum,
Qui cum immolandus, arā & ensem cerneret,
Vltro sacranti colla præbuerit seni?
Narraui & illud nobile, ac memorabile
Certamen, una matre quod septem æditi
Gessere pueri, sed tamen factis uiri,
Hortante eadem matre, in ancipiti exitu
Pœnæ & coronæ, sanguini ut ne parcerent.

Videbat

Videbat ipsos apparatus funerum
Præsens suorum, nec mouebatur parens
Lætata quoties aut oliuo stridula
Sartago frixum torruisset puberem,
Dira, * cremasset laminarum impresio. excrepasset
Comam, cutemq; uerticis reuulserat
A fronte tortor, nuda testa ut tegmine
Ceruicem adusq; dehonestaret caput,
Clamabat illa: * patere, gemmis uestiet patet
Apicem corona regio ex diademate.
Linguam tyrannus amputari iusserat,
Vni ex ephebis mater aiebat: satis
Iam parta nobis gloria est, pars optima
Deo immolatur, ecce nostri corporis
Digna est fidelis lingua quæ sit hostia,
Interpres animi, enunciatrix sensuum,
Cordis ministra, præco operti pectoris,
Prima offeratur in sacramentum necis,
Et sit redemptrix prima membrorũ omnium
Ducem dicatam mox sequentur cætera.
His Maccabæos incitans stimulis parens,
Hostem subegit subiugatum sepsies,
Quot fœta natis, tot triumphis inclyta,
Me partus unus ut feracem gloriæ
Mea uita præstet, in tua est situm manu.
Per huius alui fida conceptacula,
Per hospitalem mense bisquino larem
Si dulce nostri pectoris nectar tibi,
Si molle gremium, grata si crepundia,
Persiste, & horum munerum autorem adsere.
Qua nam arte nobis uiuere intus cœperis,
Nihilumq; & illud, unde corpus, nescio,
Nouit animator solus, & factor tui,
Impendere ipsi, cuius ortus munere es,
Bene in datorem, quod dedit, refuderis.

Talis

Talia canente matre iam lætus puer
uulnerum Virgas ſtrepentes,& dolores * uerberum
Ridebat,hic tum cognitor pronunciat,
Claudatur infans carcere,& tanti mali
Romanus autor torqueatur acrius.
Illum recentes per cicatricum uias
Denuo exarabant, quaq́ acutum traxerant
Paulo ante ferrum,mox recrudeſcētibus
Plagis apertas perſequebantur notas,
Quos iam ſuperbus uictor ignauos uocat.
O non uirile robur ô molles manus,
Vnam labantis diſſipare tandiu
potēſtis Vos non* poteſſe fabricam corpuſculi?
Vix iam cohęret,nec tamen penitus cadit.
Vincens lacertos dexterarum inertium.
Citius cadauer dentibus carpunt canes,
Longeq́ morſus uulturum efficacior
Ad deuorandas carnis offas mortuæ.
Languetis imbelli fame, ac fatiſcitis,
Gula eſt ferina,ſed ſocors edacitas
Exarſit iſtis turbida ira iudicis,
Seq́ in ſupremam concitat ſententiam.
Si te morarum pœnitet,finem citum
Subeas licebit,ignibus uorabere
Damnatus, & fauilla iam tenuis fies,
arriperent Abiens,at ille quum foro* abriperent uirum
Truces miniſtri , pone reſpectans ait,
Appello ab iſta perfide,ad Chriſtum meum,
Crudelitate,non metu mortis tremens,
Sed ut probetur eſſe nil,quod iudicas.
Quid differo,inquit ille, utroſq́ perdere,
Puerum,ac magiſtrum,complices ſectę impię?
Gladius recidat uile uix hominis caput
Infantis, iſtum flamma uindex concremet,
Sit his ſub uno fine diſpar exitus.

Peruen-

Peruentum ad ipsum cædis implendæ locum.
Natum gerebat mater amplexu & sinu,
Vt primitiuum crederes fœtum geri,
Deo offerendum sancti Abelis ferculo.
Lectum ex ouili puriorem cæteris.
Puerum poposcit carnifex, mater dedit,
Nec immorata est fletibus, tantum osculum
Impressit unum, uale, ait, dulcissime,
Et quum beatus regna Christi intraueris,
Memento matris iam patrone ex filio.
Dixit, deinde dum ferit ceruiculam
Percussor ense, docta mulier psallere,
Hymnum canebat carminis Dauidici:
Preciosa sancti mors sub aspectu dei,
Tuus ille seruus, proles ancillæ tuæ.
Talia retexens explicabat pallium,
Manusq; tendebat sub ictu, & sanguine,
Venarum ut undam profluam manantium,
Et palpitantis oris exciperet globum,
Excepit, & charo adplicauit pectori,
At parte campi ex altera, immanem pyram
Texebat ustor fumidus pinu arida,
Sarmenta missim subdita, & fœni struem
Spargens, liquato rore feruentis picis,
Quo flamma pastu cresceret ferocius.
Etiam retortis brachijs furca eminus
Romanus actus ingerebatur rogo,
Scio, inquit ille, non futurum ut concremer,
Nec passionis hoc genus datum est mihi,
Sed restat ingens quod fiat miraculum.
Hæc eius ossa sequitur immensus fragror — Quid si ossa legas?
Nubis ruentis, nimbus undatim nigro
Præceps aquarum flumine ignes obruit,
Alunt oliuo semicombustas faces,
Sed uincit imber iam madentem fomitem,

X Trepidare

Trepidare teter carnifex rebus nouis
Turbatus, & qua posset arte insistere,
Versare torres cum fauillis humidis,
Prunas maniplis confouere stupeis,
Et semen ignis inter undas quærere.
Quod cum tumenti nunciatum est iudici,
Commouit iram fellis implacabilis,
Quousque tandem summus hic nobis magus
Inludit, inquit, Thessalorum carmine,
Pœnam peritus uertere in ludibrium.
Fortasse ceruix, si secandam iussero,
Flecti sub ensem non patebit uulneri,
Vel amputatum plaga collum diuidens.
Rursus coibit ac reglutinabitur,
Humerisq; uertex eminebit additus.
Tentemus igitur ante partem quampiam
Truncare ferro corporis superstitis,
Ne morte simpla criminosus multiplex
Cadat, uel una perfidus cæde oppetat,
Quot membra gestat, tot modis pereat uolo.
Libet experiri Lerna, sicut traditur,
Vtrum renatis pullulascat artubus,
Ac se imminuti corporis damnis nouum
Instauret, ipse præsto tunc erit Hercules,
Hydrina suetus ustum ire uulnera.
Iam nunc secandi doctus adsit artifex,
Qui cuncta norit uiscerum confinia,
Vel nexa neruis *disparare uincula, *dissipare
Date hunc reuulsis qui medetur ossibus,
Aut fracta nodis sarciens compaginat.
Linguam priorem detrahat radicitus,
Quæ corpore omni sola uiuit nequior,
Illa & procaci pessima in nostros deos
Inuecta motu, fas profanauit uetus,
Audax & ipsi non pepercit principi.

Atque

Aristo quidam medicus accitus uenit,
Proferre linguam præcipit, profert statim
Martyr retectam, & pandit ima faucium,
Ille & palatum tractat, & digito exitum
Vocis pererrans, uulneri explorat locum.
Linguam deinde longe ab ore protrahens,
Scalpellum in usq; guttur insertans agit,
Illo secante fila sensim singula,
Nunquam momordit martyr, aut os dentibus
Compressit arctis, *nec cruorem sorbuit. aut
Immotus, & patente rictu constitit,
Dum sanguis extra defluit scaturiens,
Perfusa pulcher menta russo stemmate
Fert, & cruenti pectoris spectat decus,
Fruiturq; & ostro uestis ut iam regiæ.
Præfectus ergo ratus elinguem uirum
Cogi ad sacrandum posse quum uerbis carens
Nil in deorum *oblacteraret dedecus oblatraret
Iubet reduci iam tacentem, & debilem,
Multo loquentis turbine olim territus.
Reponit aras ad tribunal denuo,
Et thus, & ignem uiuidum in carbonibus,
Taurina & exta, uel suilla abdomina,
Ingressus ille, ut hos paratus perspicit,
Insufflat, ipsos ceu uideret dæmonas.
*Irridet hoc Asclepiades lætior, arridet
Addit deinde: Nunquid inclementius,
Sicut solebas, es paratus dicere?
Effare quoduis, ac per ora edissere.
Permitto, uocem libere ut exerceas.
Romanus alto corde suspirans diu,
Gemitu querelam traxit, & sic orsus est:
Christum loquenti lingua nunquam defuit
Nec uerba quæras *quæ regantur organo, quo
Quum prædicatur ipse uerborum dator.

Qui fecit ut uis uocis expressa intimo
Pulmone & oris torta sub testudine,
Nunc ex palato det repercussos sonos,
Nunc temperetur dentium de pectine.
Sitq́ue his agendis lingua plectrum mobile.
Si mandet idem, faucium sic fistulas
Spirare flatu concinentes consono,
Vt uerba in ipsis explicent meatibus,
Vel exitu oris cymbalis profarier
Nunc pressa parce labra, nunc hiantia.
Dubitásne uerti posse naturæ statum?
Cui facta forma est, qualis esset primitus,
Hanc nempe factor uertere, ut libet, potest
Positasq́ue leges texere ac retexere,
Linguam loquela ne ministram postulet.
Vis scire nostri nominis potentiam?
Fluctus liquentis æquoris pressit pede,
Natura fluxa, ac tenuis in solitum coit,
Qui dispar illis legibus, quîs condita est,
Solet natatus ferre, fert uestigia.
Habet usitatum munus hoc diuinitas,
Quæ uera nobis colitur in Christo & patre,
Quam Mutis loquelam, percitum claudis gradum,
Surdis fruendam reddere audientiam,
Donare cæcis lucis insuetæ diem.
Hæc si quis amens fabulosa existimat,
Vel ipse tute, si parum fidelia
Rebare pridem, uera cognoscas licet,
Habes loquentem, cuius amputaueras
Linguam, probatis cede iam miraculis.
Horror stupentem persequutorem subit,
Timorq́ue, & ira pectus in caliginem
Vertere, nescit, uigilet an ne somniet,
Miratur hærens quod sit ostenti genus,
Formido frangit, armat indignatio.

Nec

Nec uim domare mentis effrenæ poteſt,
Nec quo furoris tela uertat inuenit,
Poſtremo medicum ſæuus inſontem iubet
Reum citari, nundinantum hunc arguit,
Mercede certa pactus ut colluderet.
Aut ferrum in ore nil agens, & irritum
Verſaſſe fruſtra, ſeu retonſis tactibus,
Aut arte quadam uulnus illatum breue,
Quod ſauciata parte linguam læderet,
Neruos nec omnes uſquequaque abſcinderet.
Manere ſaluam uocis harmoniam probæ,
Non poſſe inani concauo uerba exprimi,
Quæ concrepare lingua moderatrix facit,
Eſto ut reſultet ſpiritus uacuo ſpecu,
Echo ſed *extat inde, non oratio. exit
Veris refutat medicus hanc calumniam,
Scrutare uel tu nunc latebras faucium,
Intraq; dentes curioſum pollicem
Cercumfer, hauſtus uel patentes inſpice,
Lateat ne quicquam quod regat ſpiramina.
Quanquam foraſſem forte ſi puncto leui,
Tenuiue linguam contigiſſem uulnere,
Titubante plectro fatus eſſet debilis,
Nam quum magiſtra uocis in uitium cadit,
Vſus neceſſe eſt & loquendi intercidat.
Fiat periclum, ſi placet, cuiuſmodi
Aedat querelam quadrupes, lingua eruta
Elinguis, & quem porca grunitum ſtrepat,
Cui uox fragoſa, clamor eſt inconditus,
Probabo mutam nil ſonare ſtridulum.
Teſtor ſalutem principis, me *ſimplici
Functum ſecantis arte, iudex optime, nec
Seruiſſe iuſsis abſque fraude publicis,
Sciat hic quis illi uerba ſuggillet deus.
Ergo unde mutus ſit diſertus, neſcio.

His se Aristo purgat. At contra impium
Nil hæc latronem Christianorum mouent,
Magis magisq; fertur in uesaniam,
Quærit num alienus sanguis illum asperserit
Virum, suo ne fluxerit de uulnere.
Respondit his Romanus: eccum præsto sum,
Meus iste sanguis uerus est, non bubulus,
Agnoscis illum, quem loquor miserrime
Pagane, uestri sanguinem sacrum bouis,
Cuius litata cæde permadescitis.
Summus sacerdos nempe sub terram scrobe
Acta in profundum consecrandus mergitur,
Mire infulatus, festa uittis tempora
Nexus *Nectens, corona tum repexus aurea,
Cinctu Gabino sericam fultus togam.
Tabulis superne strata texunt pulpita,
Rimosa rari pægmatis compagibus,
Scindunt subinde uel terebrant aream,
Crebroq; lignum perforant acumine,
Pateat minutis ut frequens hiatibus.
Huc taurus ingens fronte torua & hispida,
Sertis reuinctus, aut per armos floreis,
Aut impeditus cornibus deducitur,
Nec non & auro frons corusca hostiæ,
Setasq; fulgor bractealis inficit.
Hic ut statuta est immolanda bellua,
Pectus sacrato diuidunt uenabulo,
Eructat amplum uulnus undam sanguinis
Feruentis, inq; texta pontis subditi
Fundit uaporum flumen, & late æstuat.
Tum per frequentes mille rimarum uias
Illapsus imber, tabidum rorem pluit,
Defossus intus quem sacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe subiectans caput,
Et ueste, & omne putrefactus corpore.

Qui nos supinat, obuias offert genas,
Supponit aures, labra, nares obijcit,
Oculos & ipsos perluit liquoribus,
Nec iam palato parcit, & linguam rigat
Donec cruorem totus atrum combibat.
Postquàm cadauer sanguine egesto rigens,
Compage ab illa flamines retraxerint,
Procedit inde pontifex, uisu horridus,
Ostentat udum uerticem, barbam grauem,
Vittas madentes, atq; amictus ebrios,
Hunc inquinatum talibus contagijs,
Tabo recentis sordidum piaculi,
Omnes salutant, atq; adorant eminus,
Vilis quod illum sanguis, & bos mortuus
Fœdis latentem sub cauernis lauerint.
Addamus illam, uis, Hæcatonben tuam?
Centena ferro * quum cadunt animalia, cui
Variaq; abundans cæde restagnat cruor,
Vix ut cruentis augures natatibus
Possint meare per profundum sanguinem.
Sed quid macellum pingue puluinarium,
Quid maximorum lancinatores gregum,
Euiscerata carne crudos criminor?
Sunt sacra, quando uosmetipsi exciditis,
Votiuus & quum membra detruncat dolor.
Cultrum in lacertos exerit fanaticus,
Sectisq; Matrem brachijs placat deam,
Furere, ac rotari, ius putatur mysticum,
Parta ad secandum dextra fertur impia,
Cœlum meretur uulnerum crudelitas.
Ast hic metenda dedicat genitalia,
Numen reciso mitigans ab inguine,
Offert pudendum semiuir donum deæ,
Illam reuulsa masculini germinis
Vena effluenti pascit auctam sanguine.

Vterq; sexus sanctitati displicet,
Medium retentat inter alternum genus
Mas esse cessat ille, nec fit fœmina.
Felix deorum Mater imberbes sibi
Parat ministros leuibus nouaculis.
Quid cum sacrandus accipit sphragitidas,
Acus minutas ingerunt fornacibus
His membra pergunt urere, ut igniuerint
Quancunq; partem corporis feruens nota
Stigmarit, hanc sic consecratam prædicant.
Functum deinde quum relinquit spiritus,
Et ad sepulchrum pompa fertur funeris,
Partes per ipsas imprimuntur bracteæ,
Insignis auri lamina obducit cutem,
Tegitur metallo, quod perustum est ignibus.
Has ferre pœnas cogitur gentilitas,
Hac dij coërcent lege cultores suos,
Sic dæmon ipse ludit hos quos ceperit,
Docet execrandas ferre contumelias,
Tormenta inuri mandat infelicibus.
At noster iste sanguis ex uestra fluit
Crudelitate, uos tyrannide impia
Exulceratis innocentum corpora,
Si uos sinatis, incruente uiuimus.
At si cruente puniamur, uincimus.
Sed iam silebo, finis instat debitus,
Finis malorum, passionis gloria,
Iam nō licebit improbe, ut licuit modo,
Torquere nostra, uel secare uiscera,
Cedas necesse est uictus, & iam desinas.
Cessabit equidem tortor, & sector dehinc.
Iudex minatur, sed peremptoris manus
Succedet illis strangulatrix faucium,
Aliter silere nescit oris garruli
Vox inquieta, quam tubam si fregero.

Dixit, forocp protrahi iussit uirum,
Trudi in tenebras noxialis carceris,
Elidit illic fune collum martyris
Lictor nefandus, sic peracta est passio,
Anima absoluta uinculis, cœlum petit.
Gesta intimasse cuncta fertur principi
Præfectus addẽs ordinem uoluminum,
Seriemq́ tantæ digerens tragœdiæ,
Lætatus, omne crimen in fasces refert,
Suum tyrannus, chartulis uiuacibus.
Illas sed ætas conficit diutina,
* Fuligo fuscat, puluis obducit situ, *uligo
Carpit senectus, aut ruinis obruit,
Inscripta Christo pagina immortalis est,
Nec obsolescit ullus in cœlis apex.
Excepit adstans angelus coram deo,
Et quæ loquutus martyr, & quæ pertulit,
Nec uerba solum differentis condidit,
Sed ipsa pingens uulnera expressit stilo,
Laterum, genarum, pectorisq́, & faucium.
Omnis notata est sanguinis dimensio,
Vt quamq plagam sulcus exarauerit,
Altam, patentem, proximam, longã, breuem,
Quæ uis doloris, quive segmenti modus,
Guttam cruoris ille nullam perdidit.
Hic in regestis liber est cœlestibus,
Monimenta seruans laudis indelebilis,
Relegendus olim sempiterno iudici
Libramine æquo, qui malorum pondera,
Et præmiorum comparabit copias.
Vellem sinister inter hœdorum greges
Vt sum futurus, eminus dinoscerer,
Atque hoc precante diceret rex optimus,
Romanus orat, transfer hunc hœdum mihi,
Sit dexter agnus, induatur uellere.

Aureli

Aurelij Prudentij Romanus.

ROmane. Carmen est quale illud Senex fidelis. Romani Antiocheni monachi, qui sub Diocleciano passus est, iudice Asclepiade martyriũ prosequitur. Infra tamen dicit sub Galerio, sed nimirum persecutio Christianorum quæ sub Diocleciano cœpit ad Galerij principatum usq; durauit. Cuius fauorem ad dicendum implorat, cum ipse abscissa lingua sit loquutus, & cæt. Adsertor fortis. i. testis & illius fidei defensor, nam adserere est in libertatem uindicare: & prohibere, ne cui libero seruitus indicatur. Tu fautor. id est, mihi fauẽs. Oris elinguis. i. qui loqui nescio tuas laudes. Comptum. ornatũ & elegans. Mira laudũ. i. miras laudes, uel miracula propter quæ laudandus es. Mutos eloqui scis. i. expertus es: cum tibi fuit abscissa lingua. Plectrum palati. i. linguã, qua in loquẽdo utimur quasi plectro in musicis instrumentis. Persius, Pictæ plectrũ linguæ. & Plinius, Plectra linguæ dixit palati & faucis ad quæ loca lingua illisa format uoces. Silentiũ. quia nihilominus abscissa lingua Christum confitebatur ut in eius uita ex Eusebio legimus. Vox testis ueritatis. unde Mar. de Elinguato, Nescis tu populum quod tacet ille loqui, & de Cicerone idem. Incipiẽt omnes pro Cicerone loqui etiam si illi caput sit auulsum. Hęrens linguæ debili. iuxta illud Psalmi. 21. Lingua mea adhæsit faucibus. & Psal. cxxxvi. Adhæreat lingua mea faucibus meis. modis absonis. id est, uersibus absurdis, & male sonantibus. Superno rore. id est, diuina gratia mihi à tuo Christo obtenta. Lacte spiritali, nõ corporeo qui cibus est corporis. Vox rauca. uertetur in tinnulam & sonoram. Laxabit. extendet quod erat contractum, & impeditum. Præcepta. ordo est. Euangelista, Matth. cap. x. Cum tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Ipsum Messian. i. Christũ qui dicitur Hebraice Messias. Nolite prouidenter quærere uerba, id est, non prouideatis & præmeditemini, quid sit loquendum. Sacramẽtum meũ. id est, legem quã ego uobis primum reuelaui. Ego suggeram. id est, subministrabo. Imparatis. impræmeditatis. Sed mea lingua, patens facundiæ Christo, id est, per Christum, eam ut

sit

Het carmen mea lingua casus nominandi est: ut non possit legi Christus, ut omnes codices habent. Ipse. s. Christus, explicabit quos tumultus dæmon mouerit in supremo spiritu, id est, quum martyr moreretur, aut dum ipse dæmon uinceretur à martyre, quia dicit dũ domatur, & quod subdit, Dæmon dico pestis peior in nouissimo furore, quod magis declarat per similitudinem anguis uulnerati. Quassando. id est, hastile labefactando, sed quo magis hastile quassat eo profundius uulnus sedet, nec sentit, legendum sic. Et nõ sentit pericula morsuum, id est, morsus alioqui periculosos esse. Cassos. id est, inanes, quia inaniter mordet hastile. Galerius, Cæsar qui creatus cum Constantio Augustus imperium totius orbis cum illo partitus est, ita ut Gallias, Italiam & Aphricam Constantius: Illyricum & Asiam Galerius obtineret. In omnem mundum. qui tunc erat sub ditione Romanorum. Ille serpens. id est diabolus. Ore regio. id est, per os principis dictat, ut notarij scribant edictum: edictum autem erat, ut qui mallet uiuere, negaret Christum. Qui exiens de sepulchris. Matt. cap. viij. & Marci. v. hoc quo pacto gestum est narratur. Mandat ire, & raptare. id est, rapere de ecclesia, & de sacrarijs. Plebem. s. Christianam. Præcurrit index. id est, ipse nunciat futuram pestem & munit animos Christianorum. Repulsus miles. id est, milites. Vergilius: Vterumq; armato milite complent. Ad subsellia. id est, ad tribunal Asclepiades. Opponere iugulos. id est, offerre, subaudi refert. Fax omnium. id est, inflammator & incensor. Manus in tergum. ut uinceretur. Vergilius: Iuuenem post terga reuinctum. Amor coronæ. id est, ipse qui cupiebat subire martyrium. Artẽ lictoris. id est, facit quod lictor debuit facere. Vngulis bisulcis. id est, bifidis aut forcipatis, quod genus tormenti crebro in martyribus legitur. Irrumpit altum limen. id est, iudicis prætorium ingreditur. Præconibus qui plæriq;. id est, ipsi carnifices sunt. Ob ora. i. ante faciem iudicis. Infame monstrũ. ignominiose martyrem alloquitur iudex. Vilis. parui pretij homo. Intestabilis. id est, infamis, quippe qui uel ex hoc facto non habes ius testandi. Ventilator. id est, tranquillitatis ur-
bis

bis & ciuium commotor, & concitator tumultus. Legibus, subaudi, imperatorijs. Frequentia illiterata. id est, Christiani, uulgus imperitum. Credidit, subaudi, te prędicante. Quiddam populare. id est, indoctum & stolidum & quale populus sapit, & non quale sapientes. Autumant. id est, dicunt. Ceu gigãtes. quia nihil aliud est uoluntati deorum resistere, nisi gigantum more diuis bellum mouere. Et uicti obruantur, sicut gigantes fulminati sunt à Ioue, qui fulminibus montes deiecit, per quos uolebant in cœlum ascendere. Quos. scilicet, ciues. Profanos. id est, à te profanatos & factos reos sæculi impiati. id est, religionis falsæ inductæ à te. Te magistro. id est, te artifice tantorum malorum. Ansa mortis. id est, per quem illi mortẽ apprehendent, quasi per ansam quandã. Quæ mox futurę. subaudi, sunt in tuos discipulos. Luas exitum. id est, mortem. Amplector. id est, uolo & amo. Si me consulis. id est, si mihi credis. Domum sanctã. id est, Ecclesiam. Factus noster. id est, Christianus. Vncis uinculisq; crescere. id est, quod undiq; distraherentur, & sic membra extenderentur. Venusta prosapia. id est, honesta ex familia & bene de ciuibus merita, neq; licere talem uirũ ita puniri. Noxialem stipitem. id est, aculeum. Pœna plebeia. id est, qua plebei plectũtur. Tundatur terga. synecdoche per uerbum passiuum. Plumbo. id est, plumbatis. Extuberet. turgescat contusionibus. Persona quæq;. id est, cuiuscunq; conditionis sit. Plectitur competenter. id est, plecti debet. Magniq; refert. id est, differentia magna est. Gradu. id est, conditione & statu. Forma reorũ. id est, genus unumquodq; reorũ datur tormentis, sed diuersorum generum. Erectus ex tormentis quibus erat incuruatus. Infit. id est, incipit loqui. Absit. id est, non est uera nobilitas quæ prouenit ex parentibus, aut quæ legibus humanis diffinitur, sed generosa secta Christi nobilitat uiros. Textu stemmatis. id est, seriem auorũ recensere uelis. Ab ore patris, quando primum creauit hominem inspirando in eum spiraculum uitæ, cui qui non, obeditille ignobilis: & hęc est uerę nobilitatis origo, sed accedit, inquit, huic nobilitati decus insigne si quis mortem oppetat in testimonium ueræ religionis.

nis. Vt magistratus uenit, ut tu nunc uenisti: si uulnera ignis & ferri inusta signent, hoc est, insignem reddant probum testem nominis confitendi, scilicet, Christi, & mors inclyta sequatur uim dolorum, id est, uulnerũ copiam. Peruersè benignus, id est, male utẽs benignitate inani, quam nolo erga me exerceas. Vt sim nobilis, uera nobilitate quæ ex præclare gestis comparatur. Ampliatus. honoratus, unde amplitudo pro honore. His successibus. id est, ad uota, uenientibus felicitatibus. Cursim. cito, quia annui sunt magistratus, imo & si per uitam durent breues tamen sunt. Fasces. secures, insignia consulum & prætorum. Sella curulis. quæ ædiliũ erat, unde Aediles Curules dicti. Prętexta togæ insignia erant triumphantiũ. Liuius. li. iij. Ab urbe cond. Triumphantes, inquit, toga prætexta, & tunica palmata & toga picta, & corona triũphali laureaq́; honoratos fuisse scribit. Iuuen. Prætexta & trabeæ fasces, lectica tribunal. Erat autẽ trabea regũ ex purpura & albo augurum ex croco & purpura, deorũ ex purpura tãtum, ut notat Seruius. Tribunal. unde redduntur iudicia à prætoribus maximis. Lictor. qui præferebat insignia consulum, & erãt. 12. sicut & fasces & secures. Tumetis. superbitis. Detumescitis. cum defuncti estis magistratu Cum consulatum initis. id est, incipitis consulatus officia exercere. Pascitis pullos farre. per pullarios, quia nihil magnum inchoabãt priusquã pullos consulerent ex tripudijsq́; captarent auspicia, ut uernæ solent, quia illud potius seruorum officiũ est q̃ liberorum. Aquila ex eburnea. Triumphãtes nanq;, ut scribit Liuius, lib. 3. Scipionem eburneum præferebãt extante in summitate Aquila ex eadem materia, de qua Iuuen. Da nũc & uolucrem sceptro quæ surgit eburno. Osse belue, id est ebore ex cuius materia erat sceptrũ & Aquila. Figura alitis, id est, Aquilæ. Iam si suberis. ordo est. Quid ego existimem esse proiectius. id est, abiectius & uilius uobis: si iaceatis proni, & adorantes ad pedes sigillorum & statuarum suberis. id est, ex materia suberna delatorum, siti infra quercum sectilem. id est, statuam factam ex querna materia. Nudare plãtas. hoc in sacris Cybeles matris deorum fiebat. Et est ordo, Ego scio proceres

ceres togatos. id est, principes Romanos. Nudare plantas. id est, incedere nudis pedibus. in sacris matris Ideę id est, Cybeles magnæ deorum matris. Ante carpentum. id est, currum in quo præcedente pompa eius simulacrum per mediam urbem uehitur. Lapis nigellus. id est, statua ex nigro lapide. Muliebris oris. id est, fœmineæ similitudinis. Clausus argento. id est, capsula argentea. Euehendus essedo. id est, curru per mediam urbem. Sedet. scilicet, in cathedra imposita currui. Ad lauacrum. nam statua Cybeles ad Almonem fluuium deferebatur. Lucanus in primo. Et lotam paruo reuocant Almone Cybelen. Illa pompa de qua statim dicturus sum. Quum curritis luperci. id est, lupercalia exercetis quæ erant sacra Panos lycæi, & per Lupercos sacerdotes fiebât, unde lupercalia dicta. Quem. scilicet, ex nobis, non rear uilissimum seruulorum. quasi diceret. in eo estis uiliores seruis. Nudum. nam Luperci mense Februario nudi per urbem discurrebant, ut scribit Ouidius in secundo Fastorum. Cum hircina pelle. Pulset puellas. Nam uulgo persuasum erat, si puellę à Luperco in manu pulsarentur mox posse fieri fœcundas. Ouidius, Nupta quid expectas, non tu pollentibus herbis, nec prece nec magno carmine mater eris. Excipe fœcundæ patientes uulnera dextræ Iam socer optatum nomen habebit aui. Iuuenalis quoque. Nec prodest agili palmas præbere Luperco. Verbere ludicro. id est, pulsatione per ludum. Summum caput, sæculi. id est, mundi huius princeps. Age ò præfecte. ô Asclepiades, sub quo iudice causam meam oro. Mysteria uestra. id est sacra uana. Nequid sordium. id est, sordidos deos. Vultuosus. id est, uultu mirabundus. Supinus. superbus. Iuuenalis. Et multum referens de Mecœnate supino. Rigens. rigidus, asper & durus. Ratione, argumētationibus. non uiribus à furore procedentibus. Patris & Christi, quem dixit supra suū esse patrem. hoc est, creatorem, & à quo est nobilitas. Stuprorum. quia sic multi deorum secundum uos procreati sunt, ut Bacchus à Ioue ex Semele, Hercules ab eodem, & ex Alcmena. Nubunt puellæ, Proserpina Plutoni, Hebe Herculi. Luduntur, ut Europa Agenoris ab

sis ab Ioue, & Aegina ab eodem. Amasionum. i. deorum amatorum illarum. Incesta feruēt. id est, frequentantur. Vergilius 1. Aeneid. Feruet opus. Furta mœchorum. ut Mars, qui Venerem Vulcani adulterauit, & Iupiter Alcmenam Amphytrionis. Fallit maritus Iupiter. relicta uxore nymphas cōprimens. Vxor. Iuno, Calisto & Semelen, & alias complures. Adulteros. propter Martem dicit, fuit à Vulcano retibus implicitus, ut in tertio Metamorph. Ouid. Cespes. fumet, nā ex cespitibus fiebant aræ in quibus erat sacrificandum. Iuuen. Qua festus ꝓmissa deis animalia cespes Expectat. Delphos. ubi colitur Apollo ad radices mōtis Parnasi. Ephebi palestrici. Hyacinthi pueri quē in ludo disci per errorem Phœbus occidit, de quo multa Ouidius in decimo Matamorph. Effœminauit. id est, stuprauit. Licentia gymnadis. i. in ludo gymnastico, hoc est, in disci ludo, in quo multa licēter talia cōmittuntur. Impuratus. impurus & turpis deus. Dicauit. i. consecrauit mercede stupri. Succubam. id est, concubinum siue cynedum flo rulentum, id est, in florem sui nominis conuersum. Conductus. scilicet ab Admeto Pheræo rege, cui Phœbus pastoricium famulatum exhibuit. Vergilius tertio Georgicorum: Pastor ab Amphryso. Furem passus. scilicet Mercurium qui furto abduxit illi boues, de quo Ouidius 2. Metamorp. Perdidit tela à Mercurio subducta. Horatius. Viduus pharetra risit Apollo. Lucum pineum Cybeles. Idam. syluam siue Dyndima siue Berecyntum siue Cybelum montes Phrygiæ dicit, qui pinis abundant, quæ arbores Cybele sacræ sunt. Martialis de nucibus pineis: Poma scimus Cybeles procul hinc discede uiator. Puer gallus. id est, atys, qui per furorem seipsum castrauit. Ob libidinem. quia deprehensus fuit à Cybele in nympha Sagaritide, triste uulnus. quo sibi abscidit genitalia. Per dedecus sectum. id est, per uirilia abscissa, quod dedecus est in uiris. Spado. plorandus. Matri. subaudi deorum. Per multa sacra. quia in sacris matris deorum plorabatur à Gallis sacerdotibus illius. Iuliæ minacis. scilicet legis quæ punit Mœchos. de qua Iuuenalis: Vbi nunc lex Iulia dormis, & Martialis sæpe: Minacis quæ pœnas minatur. Victus

conuictus

conuictus in iudicio. Luet & Scatiniã. i. non solum Iuliam, sed & Scatiniã quæ punit pathicos & pædicones. Lex Scatinia dicta est à C. Scatinio qui ea damnatus est quod stuprum adolescenti Marcelli filio intulerit. Te cognitore. i. etiam te iudice. Aureorum temporum. i. Saturnum sub quo fuit ætas aurea. Quem fugacem. quia Iouẽ filium fugit ab illo pulsus regno. Latuisse. s. in Latio, unde Latium dicta terra latẽte deo, ut scribit Ouid. Conscios occulendi. i. occultādi. Numinũ dissidentiũ. quia dij ipsi inter se discordes sunt & tales inducuntur ab Homero cęterisq; poëtis. Virtus Martis. i. fortis Mars, quia bellorũ deus. Lemnius Vulcanus, qui colitur in Lemno insula, cuius est riualis, quia maritus Veneris. Herculẽ, quia Iunonis priuignus ex Alcmena pellice natus. Dices licenter. i. quod poëtæ habẽt hanc fingẽdi licentiã, ad quod Romanus respõdet, ꝙ & ipse Iudex cũ poëtis id credit, id spectat & cõprobat & colit. Piaculum. i. piaculum quod committitur, legẽdo talia. Id plauditur. i. cum plausu auditur & recipitur. Cycnus. i. fabula qua fingitur, ꝙ Iuppiter in specie cycni adulterauit Ledam Tyndari uxorẽ, atq; ita genuit Helenã, & Pollucem &c. Lydius. histrio qui eam fabulam agit. Ouid. Lydius æquatam ter pede pulsat humum. Summus pontifex. q. d. Iudex & Censor religionis. Nec diluis negando. id est, non purgas & lauas, sed potius assentiẽs uideris cõfiteri. Sacrate tu, ó maxime sacerdos Solueris per cachinnos. id est, in nimios risus. Maritum Alcmenæ. i. Amphitryonẽ, cum. s. agitur fabula Plauti de hac re. Meretrix scænica aut ipsa Venus plangens Adonim, aut meretrix uenerem repræsentans. Vulneratũ. s. ab apro, ut scribitur. x. Meta. Sanctę Cypridis. id est. Veneris quam tu sanctam dicis, quam tamen sacras in lupanari. Sub ipsis signis. id est, statuis. Patet ueritas quia designat crimina deorum. Sigillum. statua paruę Aquilæ quæ fuit administra raptus Ganymedis. Affixum Ioui. i. quod Ioui apponitur. Armiger uelox. qui gerit Iouis arma. id est, fulmina, unde armiger Iouis dicitur. Leno. qui catamytũ Ioui raptũ ex Ida sylua detulit. Ceres. dũ quęrit filiã Proserpinã raptam à Plutone. Recincta ueste. imo pręcincta dum quęrit filiam

Nam

Nam recincta est soluta, ut apud Ver. 4. Aene. Vnũ exuta pedem uinclis in ueste recincta. Si nemo deorũ, quia ergò aliquis rapuit, ideo quærit, quã mater quærẽs prętendit facẽ accensam. Tyrinthiũ.i. Herculem à Tyrinthe urbe cognominatũ, rotantem fusos, cũ seruiuit Iole, Euryti regis filiæ, uel potius Omphyalidis reginæ. Fistularum præsides, propter Pana dicit, fistularũ inuẽtorem. Verg. Pan primus calamos cera cõiungere plures instituit. In algis uilibus.i. habitantes in paludibus more ranarũ. Quicq̃ tale, quale nunc diximus: Derisus mouet pulmonem: ex Iuue. Perpetuo risu sermonem agitare solebat Democritus. Vanitatis mysticæ.i. falsæ religionis. Deos latinos. puta Romulum, Hersiliã, Floram. Deos Aegyptios, quos hic cõmemorat. Quis. pro quibus Roma sacrificat. Canopus. ægypti ciuitas. Comprecare simiã.i. cercophithecũ simiam caudatã. Iuuen. Effigies sacri nitet aurea cercopitheci. Aspis Aesculapij.i. serpẽs, sub cuius effigie colitur Aesculapius deus. Crocodilus, ibis, canis, hæc numina putantur ab Aegiptijs. Iuue. Crocodilon adorat pars hæc, illa pauet saturam serpentibus Ibim, & Ibidẽ. Oppida tota canẽ uenerantur. Porris. Iuue. Porrũ & cepe nefas uiolare & frãgere morsu. Acerbũ cepe. quia mouet lachrymas. Mordax alliũ. quia uim habet mordicãdi. Lares fulginosi.i. fuligine obscuri, quia illis sacrificatur ex rebus fumũ exhalantibus. Respuũtur. à quibusdam. Holuscula consecrata.f. ab Aegyptijs. Aut unde maior. q.d. æque utraque numina sunt contemnenda. Quam nata in hortis. Iuuen. O sanctas gentes. quibus hæc noscantur in hortis numina. Forma sculptilis.i. imago Dei fabrefacta. Imprecabor, quasi tanti mali autoribus Mironis & Polycleti, statuariorũ inter Græcos celebrium. Verorũ cęlitum.i. qui à nobis putantur ueri. Rigentẽ barbã. utpote ex ære factam, nam quod Horatius dixit. Et molles imitabitur ære capillos, ad artis laudem pertinet. ideo subdit leniter defluentẽ, flectens comã. Pectus hydris. ad Aegida retulit in qua erat caput Medusæ hydris exasperatũ. Fulmen æris. ex ære fabricatũ. Sibilãtis Gorgonæ.i. Medusæ quã diximus Aegidi Mineruæ insitã habereq; hydros. Ephebũ, Bacchum, triumphos

Indicos, unde uictor rediit. Thyrso quo furorē incitet cū uolet. Molle succinctā. i. muliebriter, nomen pro aduerbio. Massa fusilis. i. æs fusile. Liquore crispo. i. ære liquido crispos ducens capillos. Clauā. aut claua. Iā quis terror. q. d. timēt q̊d minime est timēdum. Expresserit polite. a superiorib᷒ intelligendū, est ars, sicut superius circūligat, limat, asperat, interit. Finxit uultibus retortis. i. trāsuersis. Auertat ora. i. faciē. Litātis, sacrificātis. improprie id quod præcedit, ꝓ eo quod sequi debet: cū sit litare sacrificio impetrare. Intētet minas. i. uidetur minari statua lapidea. Ipsum Mentorē. statuariū nobilissimū atq; celatorē egregiū. Iuue. Raræ sine Mentore mēsæ. Mart. Mentoris hæc manus est, an Polyclete tua Phidias, de quo Iuu. Phidiacū uiuebat ebur. Fabri deorū. causa cur debeāt sacrari. Institissent segnius. i. non fuissent tā ingeniosi, & diligētes, nō esset Iupiter ullus qui coleretur. Tanta obsonia. i. liba quæ obtulisti dijs manibus. Quos trulla. i. qui conflati sunt ex uasis æneis fractis. Liquata. conflata. Contulerūt. i. in unū conflata fuerūt materia unde fierent. Vulgaribus fatuis. i. uulgo imperito. Lana discolora in stipite. præstigias circulatoris alicuius significat ex colorū mutatione. Falsus circulator. i. qui fallit hoīes imperitos. Sanctū est. i. uenerandū adorandūq;. Edentularū. i. uetularū quæ huiusmodi Nænias cātitant. Regula perpēsa. i. examinata & recta. i. quæ habetis rectā uiuendi rationē. Diuina & mortalia. i. humana. Quo iure cōstent. ꝙ hoīes obtēperare debēt deo uero omniūq; rerū creator nō factitijs deis: quāta maiestas. q. d. non dei fictiles & contēnendi quales uos colitis. Edat. creet, & pariat: q̊d nō potuit fieri nisi ab infinita potētia & uirtute: non clauditur. i. nō cōprehēditur. Visibus nostris. quia deū nemo uidit unq̄ Ioā. 1. Extra & intus. i. omnē mundi machinā implet, & q̊d extra est, hoc est, totū inane & adhuc redūdat. Intemporalis, quia eius duratio nō mensuratur tēpore sed æternitate. Obtinet esse & fuisse. quia in deo esse & fuisse & futurū esse oīa simul sunt, unde æternitas definitur Interminabilis uitæ tota simul & ꝑfecta possessio. Lux ipse uera, pater lux lucē filiū genuit, uide in Symbolo deum de deo, lumen de lumine confitētes canimus.

Effudit.ex se genuit ęterna generationē. Fulgor. ad Hebræos ca. primo. Qui cum sit splendor patris & figura substantiæ eius. Vis una. id est, eadē est potestas patris & filij natura simplex. i. quanq̃ sit lux ex luce & splendor ex lumine, non tamē est duplex lux, & duplex natura, sed una tantū. Vna uirtus. i. una potestas. Solū. i. terrā. Vim. id est, magnitudinē maris. Globos. sphæras, uel potius ipsos stellarū globos, hoc est, Solē & Lunā. Præsides dierum. ad illud Genesis. Luminare maius quod præesset diei, & minus quod nocti. Septentriones duas arctos dicit. Hesperos. i. luciferū qui idem pro diuersitate ortus, & occasus hesperus est. Montium conuallia. id est, conualles inter mõtes positas. Subiugales quæ dicuntur iumenta à iungendo, hoc est, quibus aramus & uehimus onera. Quæ sunt uernantes. id est, florentes odori. i. gratia odoris. Et esui. gratia pomorum edendorum. Labore & arte. i. arte laboriosa. Molitus ædificans. Sed iussione. i. uerbo. Mandauit esse: ex Psal. Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creatą sunt. Cognostis ipsum. id est, dixi, unde illum cognoscere debeatis. Ritum colendi, id est, quomodo coli debeat. Quale genus tēpli quod illi extruēdum est, ut rite colatur. Quæ donaria. id est. munera & sacrificia. Nectar uinum quod offerri debeat. Aedem uiuam. i. templum non manu factum, iuxta illud Apostoli: Nescitis, quia membra uestra tēplum sunt spiritus sancti habitātis in uobis: & alibi. Vos enim estis tēplum dei. Serenā nõ obscuram, sed rationis luce claram. Sensualē. i. quę habet uires sentiendi & intelligēdi. Flabilē. i. spiritualē quid si legas stabilem? Solue incapacem posse. quod exponit nõ destructilem: iuxta illud ad Ephe. cap. ij. In quo omnis ædificatio cõstructa crescit in tēplum sanctum dei. Pulchrā. uenustam pulchritudine uera, hoc est, honestatis. Pręeminētē. fastigiatā in tholū more tēpli manu ædificati. illitā. depictā uarijs colorib⁹. Sacerdos. ille ipse cuius aīa tēplū dei est: qui seipsum deo per ieiunia, & orationes & innocentiā deo sacrificium offert. Virgo fides: quia religionis fundamentū est fides, & per eā intrādum est. Innexa crines. i. coronata. Vinculis regalibus. i. corona regia. Victimas candidatas. queadmo-

dum boues & oues cādidę solebāt offerri, & quę sint il læ uictimæ, ostendit. Frontis pudorē, quia uerecundia est color uirtutis, ut dixit Diogenes. Quietem pacis, de qua pace angeli canūt: & in terra pax hominibus bonæ uoluntas. Regulam sciētię, i. scientiā per quā actus nostros regamus. Parcitatē sobriam, i. quæ faciat nos sobrios. Spē nō iacentē, sed quę erigat nos ad cęlestia sperranda. Largā manū, liberalem in mēdicos & pauperes. Amœnus uapor, sicut ex hostijs ascendebat fumus ad deū. Auras madētes, i. sparsas. Aromatū Persicorū, quia ex Persia & Arabia odores proueniūt nobis. Sublatus inde, s. ex templo uiri boni & iusti. Dulce prosperatū, i. illud sacrificiū prospere cumulatū, & oblatū. Delectat deum, i. est deo acceptū. Hanc disciplinam, quā ego modo proposui. Infensus, iratus & prohibens. Probatum uiuere, i. probe & sancte. Vigorē mentis, i. diuina contemplari. Acumen ignis, i. uim intelligendi igneā quæ ex cœlo traxit originem. Verg. Igneus est ollis uigor, & cœlestis origo. Vim prudentiæ, i. partis intellectiuæ. Mersa limo, id est, terrestribus inuoluta. Carnulenta, i. carni & non spiritui subiecta. Spissus error, i. frequens & creber, aut nubilosus & tenebrosus, ut statim subdit: Amicum terris, i. quod amat terrestria. Cadaueri i. corpori & rebus corporeis. Subiecta, i. terrestria & infima nunq̄ superna & cœlestia. Furor ne summus, q. d. furor est maximus, Terrulenter, i. quasi terrestria, quia diuina aliter quæruntur. Deasciato, i. ascia siue dolabra dolato. Scripta saxa, aras alicui deo inscriptas, & maxime Cereri, siue bonæ deę quibus porco sacrificabatur. Obsecrare aras, id est, deos, quibus sunt aræ dedicatæ. Lambere urnas morticinas deorū, i. qui fuerūt mortales, & repete à superioribus semper furor est, de idolothyto manducare. Viris & fortibus, & liberis, hoc est, Christianis. Afferentibus, confitentibus. Mors subiacet, id est, uincitur, contemniturq́. Iram subdolam, id est, latēter dolosam. Stomachatus alto felle, id est, iratus, & tamen iram alte comprimens. Dum silet longū, i. dum longum silentiū martyri accōmodat. Bilē, cholera in qua est irę sedes. Vomit, i. in exclamationē prorūpit. Et in medio foro, ubi ego pręsum, Et perorat, i. nō solū orationem

utitur

mitur, sed etiã per orationẽ iniqua mouetur affectus ut persuadeatur auditoribus q̃d in oratione dictũ est. Ore impio. i. sacrilego. O fas piorũ. q. d. heu pietas & fas. i. q̃d per religionẽ licet. O status prisci moris. i. ó prisca fides. Nostra sęcula. i. hoíes nostri sæculi carpũt inuenta Regũ Pompiliorũ. i. Numæ Põpilij qui religionẽ in urbem Romã primus induxit, & aliorũ, qui similes Põpilio Numæ fuerũt, Sophistas. q uersutis argumẽtationibus tollunt religionem nostram. Post mille consules. i. mille annos, qm̃ anni à consulibus denominabãtur, unde Luca. Annũ à consule nomen habentẽ. Ab urbe Roma. subaudi, condita, non q᷑ semper à cõsulibus res fuerit administrata, quoniã ex mille annis qui fuerunt à condita urbe ad tẽpora Romani martyris, Roma sub regibus fuit per ducentos quinquaginta annos. Nestoras. i. heroũ tẽpora ex quibus nostra religio habuit ortũ. Quicquid nouellum. q. d. hoc nouũ est, atq; ex cõsequenti odiũ affert secũ. Pyrrhã consule. quæ fuit uxor Deucalionis sub q̃ fuit diluuiũ. Vester deus. q. d. dormiebat ne, aut quid tunc faciebat. Romulus puer Mauortius. i. Martis filius. Arcẽ septicollem. i. Romã, quę septẽ montes cõplectitur capitolinũ, exquilinũ, auentinum, uiminalem, palatinũ, Cęliũ majorẽ, Cęliũ minorẽ, unde Romę sacra septimõtialia fiebãt. Condita auspicato. i. optimis auspicĳs sub Romulo condita, qui duodecim Vultures in eius fundatione uidit. Ioui statori. i. qui in pugna conserta cũ Sabinis turpem fugã militũ Romuli stitit. i. stare fecit. unde Iuppiter stator dictus. Delubra placãda. i. dĳ qui in delubris colũtur. Faustus procinctus. i. felix exercitus siue belli expeditio. Secũdet gloriam. i. fortunet principis nostri uictoriã. Frenet orbẽ. i. regat, Ver. Gentes frenare superbas. Pro principali uita. i. pro principis incolumitate. Hostem publicũ. i. læsæ maiestatis reũ. Spreuisse tẽpla. i. religionem uiolasse & contẽpsisse iussa principis qui regionem suã obseruari præcipit. Vt fideles. i. sub Christi fide. Renascantur lymphis. i. baptizentur. Capiãt paracletũ. spiritum sanctũ, qui in baptizatos descendit. Idolorum caliginem. contrarium luci quæ deus est, ut supra dixit. Illud lumen. ipsum deũ quo speramus nos fruituros. Non obtutibus

fucculētis.i.oculis & uisu q̄ in humore cōsistunt. Fenestras corporales.i.oculos. Crassum.i.nō spūale, sed carneū. Res caduca.i.oculus q corrūpendus est, nō potest uidere nisi q̄d corrūpendū est uel immutandū. Liquor animæ.i. puritas siue claritas. Natura feruens.i. animus igneus, ut sæpe dictū est. Hoc lumen.s.diuinū. Fieri meus.i. Christianus ordine cuius ego sum. Iubēti scelus.i impietatē. Statis.i.cessatis ab ultione. Vindices.i. punitrices. Sulcis.sulcando & rūpendo uiscera. Rimamini.i.p rimas excluditis. Viri pensilis.i.in aculeo pendentis. Mucrone hiulco.ab effectu, q hiare facit uulnera. Tractim.per tractus, hoc est, trahendo ungulas & restim. Longa uulnera.i.in longū porrecta. Obliqua rectis.ita & uulnera ex transuerso in uulnera incursent Albet pectus.quia ossa alba sunt. Nitendo.i.dū nitūtur infligendo uulnera. Quicqd lācinamur.i. in quo laceramur. Non dolet. Mart.uulnus q̄d fieri non dolet inquit. Heu gemenda.uerba sunt Romani de iis q cōcurrebant ad spectaculū, q potius miserādi erāt q̄ is q pendebat. Nostræ sortis.i.nostrorū tormentorū timēt exēplum. Decatasta.uinculis siue cōpedibus. Splēdor ut supra dixit ex epist.ad Heb.qui cū sit splendor patris & figura substantię eius. Particeps noster.i.homo cuiusmodi nos sum⁹. Perpetē.nō hāc breui duraturā s.corporis sed animæ, Non occidit.i.quę immortalis est. Dispares casus.q̄d statim declarat q̄ modo dispares. Mercis.qualitas.i.q̄ merx sit preciosior curādū est. Quæ nā s.merx Perpetis substātiæ.i.aīę immortalis, nā corpus cōtinuo Casura.i. quæ alioqui sunt corrūpenda suapte natura. Instat s.mors, quę fuit consumenda. Nec distat.i.nō refert. Fidiculæ.tormēti genus p chordas, siue q eo fides extorqueatur, siue ab ipsis fidib⁹ dictū. Armet morbos. qui longe magis excruciāt aliqn̄ q̄ tormenta. Pleuresis pro pleuritis.i.dolor lateris. Atro felle.i.melancholia, quæ fel atrū interpretatur. Ignis obductus.i.febris cutem inflammans ab omni corporis parte. Papulas.cutis exulcerationes cum rubore. Vergilius 3.Georg. Ardentes papulæ atq; immūdus olētia sudor Mēbra sequebatur. Cauterib⁹.i.ferramētis Chirurgicis, qb⁹ inurūt corpora. Reuellūtur.i.luxātur dislocāturq;. Neruis crepitant

pitantibus. perinde ac si rūpantur. Ossa diuidi. i. rūpi & frangi illorū opinione q podagra & arthresi laborēt, hanc uulgus indoctū arteticā uocāt. i. morbū articularem. Medētiū. i. Chirurgorū. Laniena, carnificina. Hippocratica. quia Hippocrates uinciri iubet illos, qui secandi sunt. Viuū uiscus. i. caro. Verg. 1. Aeneid. Et uiscera nudāt. vnde uisceratio dicta, cū carnes distribuebantur uiritim. Scalpellū tingit. i. madefacit ferramētum illud quo scalpitur caro. Putredo. pars putrida. Ouid. 1. Metamorph. Sed immedicabile uulnus Ense recidēdū est, ne pars syncera trahatur. Putate. i. perinde est me à carnificib⁹ lancinari, ac si Chirurgi deberēt inurere & secare partes corporis mei lęsas. Secat salubriter. i. salutis gratia cōparandæ. Non est, esse non debet. Artus tabidos. mēbra putrida. Rebus uiuidis. i. animæ. Quanta corruptela. quia caro cōcupiscit aduersus spiritū. ad Galat. capite 5. Sordet. pestes animæ notat, quæ ex parte carnis oriūtur. Sordet ad auaritiā referri potest, quoniam sordes pro auaritia sæpe legimus. Horat. Sepulchrum sine sordibus extrue. Tumescit. hoc ad superbiam. Liquitur. defluit in delicias. Fœtet. si legas gaudet, quatuor animi perturbationes tāgit. Liuores. inuidiā. Regestū. congestum & coadunatum. Carni. uoluptatibus corporeis. Illusa uestis. i. picta & auro intertexta. Verg. 2. Georgicorū: Illusasq; auro uestes, id est, in quibus artifex quasi ludens aliquid uarietate colorum depinxit. Bombix. pro uestes bombicinę. Aruinam fouet. id est, pinguitudinē. creat carnis, nam illud pingue dicitur aruina. Tātis malis. quasi dicat: his morbis carnis. Fomitem. materiam peccādi, hoc est, corpus. Situ. squalore & illuuie ac sordibus carnis rescissis. Libera. ab omni dolore. id est, quæ afferunt animæ dolorem, hoc est uitia. Tyrannus. qui non potest sæuire nisi in partes corporis, animum uero non potest cruciare. Hoc solum s. corpus. Omnibus. qa paulo post omnibus est moriendum. Tabescit. in tabem defluit & resoluitur. Carendum est. scilicet uita, quam alioqui sumus amissuri. Voluntas occupat. id est, pręripit in suam laudem quod postea necessitate subituri sumus. Natura. id est, mors naturalis. Non uertit. pro uertitur. In rē gloriæ. id est,

unde laudem assequamur. Legale damnū. id est, pœnā à lege inductam. Pręmijs. i. conuertamus in uoluntatem unde pręmium recipiamus. Forma præmiorum. id est, species. Spiritus refusus. id est, qui ex cœlo habuit originem eodem refundetur. Regente Christo. id est, sub Christo rege. Cœlum ceu liber. Esaiæ. complicabuntur, sicut liber cœli: & omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de uinea, & saluator noster dicit, Cœlum & terram transituros in aliam formam. Globus solis. omnia interitura & in aliam formam mutanda scriptura sacra sæpe memorat: sed imprimis solem & lunam. Sphæram menstrualem. id est, lunam cuius cursus menstruo tempore conficitur. Præsens utile. id est, quod in præsentiarum utile uidetur. Agnosce qui sis, quia tu non es is qui digito monstrari potest, sed quisque animus suus est, ut Aristoteles in Ethicis, & Cicero in vi. de republ. scribunt. Interserit. interloquitur. In os loquentis, ut confundat instrumenta loquendi. Fidiculas. speciem pro genere posuit: nam quid fidiculæ poterant ori nocere. Locus uerbositatis. id est, os quo uerba effundit. Scaturientes auras. id est, uerba ex ore emanantia. Follibus. id est, buccis quæ cum loquimur in modum follium inflantur, ad emittendam uocem. Modum. finem. Horatius, Est modus in rebus, sunt certi denique fines. Verba. id est, instrumenta quibus uerba formantur. Charaxat. id est, sculpit & signat; sed charatto est uerbum græcum, & in futuro charaxo. Vngulis scribentibus. id est, arantibus siue sulcantibus faciē. Notas. literas, ut perstaret in translatione. Hirsuta barbis. aut quia barbam more gentis nutriebat, aut ex longo carcere. Carptim. i. dum carpitur, laceraturque usque ad mentum, ipsam barbæ sedem, siue ossa menti. Vultus pro facie. Grates debeo. pro habeo. Multa ora. cum ante hac uno tantum ore loquerer. Meatus unus. i. unum os, per quod meabat uox una. Rictibus. id est, oris apertionibus. Vndique. i. ab omni parte faciei. Cognitor. i. iudex. Per solis ignes. lucem & splendorem. Nostros dies. i. ætatem nostram quam diebus metimur, & quicquid aliud agimus. Reciprocatis, tam in motu diurno quàm in annuo in se redeundo, ut di-

ait Verg. Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus. Denoret. consumat. Spiculis. armamētis quibus dolor infertur. Fatiscit. finditur ceditq;. Stupor. qui nihil sensit ex inflictis uulneribus. Obcalluit. calles obduxit. Haurire. id est, accipere. Diurnum. id est, lucidum, quia lux & tenebræ non possunt simul esse. Claram facem. id est, lucem claram, id est, manifestam ueritatem. Sanus uidebit. i. qui credit statim intelliget iuxta illud: Nisi credideritis, non intelligetis. Lippus. qui lucē non admittit ex oculorum defectu. Oclos. oculos, syncopa nota in huiusmodi nominibus, sæclum pro sæculū, periclum pro periculum. Insanabilis. qui iam habet organa uidendi lęsa. Regem perennem. hæc sunt uerba lucis, quam tenebræ non poterant comprehendere. Manentem in se. quia intra se pater generat filium, cætera aūt extra se creauit. Non minorem tempore, quia æternaliter illum intra se genuit. Fons retro. i. principium quo dies & tempora inceperunt. Ex patre. manans ab illo per æternam generationem. Hoc pater quod filius. quantum ad essentiam quę significatur per genus neutrum, nam in genere masculino falsum esset dicere, hic est pater qui est filius. Immortalitas. diuinitas. Caducum. id est, hominem mortalem. Nostrū. i. nos mortales. Homo est peremptus. i. qua homo erat. Resurrexit deus. i. qua deus erat, ut 1. Pet. 1. Et apostolus Paulus multis in locis scribit, & quod pater suscitauit illum, & quod deus suscitauit illum a mortuis. Congressa deo. i. cum deo. Vergilius: Atque impar congressus Achilli. Gestanti membra s. humana. Dum nostra tentat. i. tenet. Cessit immortalibus. quid si legas immortalitas, ut sit sensus, quod immortalitas cessit morti, quia dicimus ex communicatione naturarum quod deus passus est. Stulta mūdi. ex 1. Corinth. 1. quod stultum est dei, sapientius est hominibus. Et ibidem: Quæ stulta sunt mundi, elegit deus. & capite tertio: Sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Antiquitatem Romuli confutat, quod Asclepiades dixerat de antiquitate religionis Romanæ. Lupam mauortiam. i. Martis tutelæ consecratam quæ Romulum educauit. Omen uulturū, cum auspicia urbis condendæ captans

uidit duodecim uultures. Nil tam recens. q̄ scilicet Romuli deificatio. Vix mille, tot ferè anni fuerunt ab urbe condita ad Galerium sub quo Romanus passus est. Fastis. in fastis, hoc est, annalibus qui fasti dicũtur, unde est Ouidius de Fastis. Ab augure. Romulo qui auguria captauit cum urbêm esset conditurus. Sexcenta regna. puta Assyriorum, Sicyoniorum, Aegyptiorum, quæ omnia fuerunt ante Iouem patrem Martis progenitoris Romuli. Capellã Gnosiam. i. Amaltheã quæ Iouem educauit. Illa non sunt. quia iam periierũt, & hæc quæ nunc sunt, aliquando peribunt. Expressa signis & expedita literis. puta quod Adam fuit ex fructu arboris deceptus, & per arboris crucem restitutus iuxta illud quod ecclesia canit: Et qui in ligno uincebat, in ligno quoque uinceretur. Literis. s. sacris quæ hoc multis in locis significarunt, ut quod Moses exaltauit ęneum serpẽtem in deserto. Consono ore. quia idem prædixerunt, quanquam diuersis essent locis & temporibus. Crux adumbrata. i. per figuram umbratilem significata, nam figura umbra rei est, quam designat significata. est autem hæc crux sæpe apud prophetas, ut quod dominus regnauit in ligno. Combiberũt. id est, imbuta fuerunt crucis significatione. quæ quidem nostris temporibus est completa. Retectis uocibus. i. apertis & manifestatis, cum anteà fuissent tectæ. Antiquitas comprobata. id est, antiquorum prophetarum dicta ætate nostra experimur uera. Refulsit coram. id est, publice est manifestata. Ore conspicabili. id est, uerbis non obscuris ut prius, sed perspicuis, nam quod antea non intelligebatur, nunc perspicue oculis cernimus. Veritas fluctuaret, uacillaret & infirma esset, nisi ea q̄ sunt prædicta uiderentur oculis manifesta. Comminus, id est, prope & ante oculos. Nõ perire corpus, nisi ad tempus, quia postea resurrecturi sumus quemadmodum & Christus resurrexerit primitiæ dormientium, quod Apostolus multis in locis testatur. Crux illa nostra est. id est, pro nobis Christus passus est. Nos patibulum ascendimus. scilicet cum Christo cuius membra nos sumus, ipse autem caput. Peremptus nobis. id est, causa nostra. Nobis reuersus. id est, resurgens, ut & nos in die

judicii

iudicij resurgamus. Qui moriens homo.i. qua parte moritur, est homo: nam qua deus est, immortalis permanet. Natura duplex. scilicet deus & homo, sed moritur qua est homo, domat mortem qua est deus, iuxta illud prophetæ: Ero mors tua ô mors, morsus tuus inferne. Redit, resurgit. Iuxta illud quod perire nesciat, i. in immortalitatem. Dixisse pauca, colligit superiora, ut transitum faciat ad sequentia. De mysticis, de mysterijs quæ suprà retulit. De processu spei. id est, spes nostra quo tẽdat. Margaritas spargere, iuxta illud saluatoris. Matth. capite 7. Quod sanctum, nõ est canibus dandum, neque porcis margaritæ. Profunda ratione, quia non es capax sententiarum quæ sunt profundiores. Interrogetur. sensus est: Adducatur puer simplex, & qui neque artem syllogizandi neque artem orandi nouerit, sed in puris naturalibus, ut ita dicam, sit positus, & hic sit iudex inter nos. Consulamus proxima. i. non altiora, sed quæ sunt nobis propinqua. Sententia simplex, id est, non fucata aut arte aliqua imbuta. Fuci imperitus. fucum faciei medicamentum quo utuntur mulieres hic appellat: dialecticam, rhethoricã, & physicam. Septuẽnem. i. septem annorum. Fauoris liber. i. q neutri parti faueat. i. sit uacuus amore, odio, inuidia quæ solent adimere homini uerũ iudicium. Periclitemur. i. periculũ, hoc est, experientiã faciamus. Nouus uigor. i. ille puer nulla arte imbutus, sed rerũ omium rudis. Ille s. præfectus. Hanc uocem. s. ut puer rudis esset iudex, libens pro libenter, ut recens pro recẽter. Lacte depulsum. i. ablactatum. Verg. in Buco. Depulsis arbutus hœdis. Pusio. i. hic puerulus. Quod probarit. i. utrius nostrum sentẽtiam approbarit. Ardens. cupiens. Lactantis oris. i. pueri lactentis. Quid uidetur esse uerum & congruens. i. utrũ uerius & congruentius. Est quicquid illud. ordo est:. quicquid illud est. Quod est unicũ uni. ex Platonis sententia, quod deus unũ deum genuit, & quod dicunt poëtæ Iouem ex concussione capitis Mineruã genuisse, sed unũ pater generauit intra se qui & ipse deus est. Nec pueri. Iuuenalis: Nec pueri credunt, nisi q nondum ære lauantur. Sub pudore. i. pręnimio pudore. Fluctuans. i. nesciusquid faceret.

Leges

Leges. quarum ipse præfectus erat executor. Autor huius. i. quis te docuit ista. Mater. subaudi est autor. Et deus matri. etiam est autor. Imbibit. i. hausit & accepit. subaudi illud. Quo pasceret. id est, nutriret me. Fontibus gemellis. uberibus lacte manantibus, qui sunt pares & æquales. Hausi credere. i. accepi ut crederē. Magistra impia. aut in filium docens unde periret, aut in deos male de illis sentiens. Tristem exitum. i. filij tristem mortem aspiciat. Male eruditi. i. in malum & perniciem illius docti. Quē corrupit. malis artibus erudiendo. Adsit uilis muliercula. hæc est uera lectio, nō absit. Fatiget nostros ministros. delassando illos, filius dū torquebitur infans. nam quæ filius patietur, acrius sentiet mater: q̃ idem ipse filius, unde subdit: Quantulus dolor. q. d. minimus dolor uexabit artus infantis, quia breui morietur: ipsa autem mater uiuet in luctu, filio orbata. hinc illud Quintiliani: Torquebis filium, & fatebitur mater. Oculi parentis. spectantis tormenta filij. Vngulæ. ferramenta quibus dilaniabantur martyrum corpora, unde hymnographus: Cessit his lacerans fortiter ungula, nec carpsit penetralia. Tollant sublime. id est, sublimiter, hoc est, in altum. Manu pulsent nates, quo modo infantes uerberantur, quod iubet fieri, ut paulatim crescant tormenta cum doloribus. Plus lactis. ex Iuuenale de hœdo, qui plus habet lactis q̃ sanguinis. Quæ cautes. id est, quis homo saxeus & durus crudelisq́;. Quis rigor. æris & ferri. i. æreus & ferreus. Salix impacta. i. uirga salignea illisa corpori. Vimina. i. uirgæ sanguine humidę. Quem plaga flerat. i. quem sanguinem uirgæ expresserant, eo modo quo lachrymæ ex oculis eliciuntur, sed forte aliud uerbum loco flerat exponendum est. Liuoribus roscidis. id est, manantibus in modum roris, uirgarum ictibus facientib⁹ liuores. Genas minaces. id est, oculos quæ genis integuntur, sed quomodo minaces se illachrymabantur, nimirum quia duplici laborabant affectu, crudelitate scilicet & commiseratione, unde subdit: Per ora frementia barbarorum. nam & fremebant & flebant. Coronam plebium. id est, plebeiorum qui stabant in circuitu spectantes. Non fletisse. subaudi ferunt ex superioribus

perioribus. Frons renitet, id est, læta & serena. Lucretius: Nec domus argento fulgens auroq; renitens. Pietas contumax, id est, matris perseuerantia, nam contumacia in malam accipitur partem. Sensum indulgentiæ. quia, ut ait Quintilianus, indulgentia est mollis liberorum educatio, sed hęc mater cohibebat tenerum illum amorem, & obfirmabat se ad patientiam. Ardor. animæ æstuantis, quia tristitia & dolor exiccant ossa, itaq; in tormentis positi sitiunt, neque hoc affectu saluator noster caruit, dicens in cruce, Ioan. capite 19. Sitio, quanquam illud sitio aliud significabat. Torua mater. i. irata in filium quod uidebatur cedere atque uinci tormentis. Eminus. à lõge, sicut supra cominus prope. Hanc stirpem. i. talem filium mihi futurũ ut uinceretur. Letho. i. mortis timore Postulas? interrogatiue legendum. Fons uiuus. ex Ioan. capite 4. Aqua quam ego dabo, fiat in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. & Psalmo 35. Apud te est fons uitæ. Fluentum. i. flumen. Vergilius: Xanthiq; fluenta deserit. Flagranciam. id est, ardorem. Gellius libro undecimo. Vigor ille maternæ flagrantiæ paulatim restinguitur. Hic hic. exemplis ad animi robur puerum hortatur mater, & primo sanctorum innocentium. Calix bibendus alludit ad illud ex euangelio Matth. capite 20. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Paruuli & per appositionem ætas oblita lactis, &c. & est ordo: Aetas refecta poculis amaris sanguinis, mox deinde refecta poculis dulcibus sumpsit. Matris & potentia, sic Vergilius 1. Aeneid. ad Cupidinem filiũ loquitur: Nate meæ uires mea magna potentia solus. Simile est illud Genes. cap. 49. Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea. Pater. deus omnipotens iuxta illud: Cani hominis sapientia illius: Vagitibus. id est, infantibus, ut de innocẽtibus dixit. Scis sæpe. alterum exemplum adducit de Isaac immolando, ex Genes. cap. 22. Docenti scilicet mihi. Adluderes. id est, quasi per ludum uerba mea redderes. Vergilius 7. Aeneidorum. Nec plura alludens. quod Seruius exponit, ad responsum uerba componit, unde subdit: Et garrulorum signa uerborũ dares, nam pueri non exacte proferunt quę audiunt à patri

docente. Sacranti. id est, sacrificare uolenti Abrahã patri seni. Narraui. tertium effert exemplum de septem Macchabæis, ex secundo Macchabæorum uolumine, capite septimo, ubi latissime ponitur historia. In ancipiti exitu, quia forte illi defecissent, si mater illos non fuisset exhortata. Ne parcerent sanguini. imò sanguinem effunderent. Funerum suorum. aut funerum quæ sui filij sustinebant, aut quod illorum mortes erãt sua mors. Sartago stridula. i. stridẽs cum in ea frigitur aliquid & hoc mortis genere obijt ex Macchabæis primus. Laminarũ impressio. i. lamina candens capiti impressa, sed hoc non legitur in Macchabæorũ libro, sed quod sequitur, uidelicet quod secundo ex Macchabæis tortor detraxit capitis cutẽ relicto craneo cute nudo, & est ordo, tortor reuulserat cutem uerticis à fronte. Nuda testa. i. tegmine nudata, usq; ad ceruicem, ita ut dehonestaret, id est, deformaret caput tegmine subaudi detracto. Regio diademate. i. corona quæ regum est insigne. Linguam tyrannus, hoc Antiochus iussit fieri ex Macchabæis tertio. Pars optima. scilicet lingua, cuius laudes ex officio prosequitur. Fidelis interpres animi, nã ut Horatius in poëtica arte scribit, Natura effert animi motus interprete lingua. Cordis ministra. i. eorum quæ corde concipiuntur. Præco. quasi præco sit nomen commune duorum generum dixit lingua præco. Redemptrix. scilicet animæ. Ducem dicatam. id est deo consecratam ducem. id est, præuiam & omniũ primam. Macchabæos. sic græce appellarũt quos uocãt Hebræi asmonaim, interpretatur autem Macchabæus pugnator, nam mache est pugna, & machome pugno. Septies. nam toties de Antiocho triumphauit mater illa cum filijs uictoribus. Feracem gloriæ. id est, fertilem & fœcundam. Per huius alui. adiuratio est. Conceptacula, id est, uterum siue loculos, ubi cõcipiuntur infantes. Larem hospitalem. id est, uterum in quo diuersatus es per mẽses decem, scilicet inchoatos, de quibus autores sæpe faciunt mentionem. Verg. Matri longa decem tulerint fastidia menses. Si dulce nectar. i. lac. Verg. 4. Aeneid. Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicq̃ dulce meum. Molle gremium, in quo te sæpe sustinui,

stinui. Grata si crepundia. i. amuleta & ludicra quæ solent infantibus appendi, nonnunq̃ incunabula & pāni quibus inuoluuntur, dicuntur autē crepundia à crepitu, unde etiam crepitacula, de quibus Martialis in disticho, cuius lēma est crepitaculum. Si tibi plorator de collo uernula pendet. Hæc quatiant tenerum garrula sistra manum. Persiste. i. esto constans & perseuerans. Adsere. id est, adsertor esto, & profitere. Autorem horum munerum. i. tantorum beneficiorum quanta nobis cōtulit, s. animum, corpus, uitam, unde subdit: Qua nam arte. ordo & sensus est: Ego nescio qua arte. i. quo modo. Cœperis uiuere nobis intus. i. cū te gestarē intra uiscera quomodo ex inanimi factus sis animatus. Nihilum'q; illud, non nihilum, quia est aliquid semen uirile & menstruum muliebre. unde est hominis corpus, nā anima à deo infunditur. Animator. i. deus scit, ego nescio. Si igitur quod uiuis. quod spiras, hoc totum dei est. Impendere. subaudi decet, ut Verg. 1. Aeneid. Méne incepto desistere uictā. Cuius munere. i. beneficio. Ortus. i. uiuis. Quod dedit. i. uitam. Refuderis. i. reddideris. Strepentes. sonantes, cum cædebatur puer. Cognitor. i. iudex qui de causa cognoscebat. Per recētes uias cicatricum. id est, per cicatrices adhuc recentes. Exarabant. i. ungulæ sulcos excarnificando ducebant. Ferrum acutum, id est, ungulas. Recrudescentibus plagis. id est, recentatis & renouatis. Notas apertas. i. uulnerū signa, quæ adhuc non coierant. Quos s. tortores. Victor superbus, quia uictoria facit homines superbos & arrogantes, & sunt uerba Romani ad tortores. Potesse. pro posse. Lucretius: Pro si forte aliquis credit grauiora potesse corpora. Vix cohęret. s. corpusculū. Verg. in Buco. Vix ossibus hærēt. Dexterarū inertium. i. languentium & debiliū ad infligenda uerbera & plagas. Citius. subaudi quàm nos corpus hoc meum laceretis. Languetis imbelli fame. i. cupitis me excarnificare & desunt uobis uires. Et satiscitis. i. deficitis & fessi estis, unde defessus à defatiscor deducitur participiū, Prisciano autore. Gula ferina. qualis est ferarū. Socors edacitas. i. ignaua rabies edendi. Morarum pœnitet. id est, uis cito perire. Fies fauilla, id est, cremaberis & redigeris

ris in cinerē. Abiens à foro. ubi iudicatus est ad ignem. Respectans ponè. id est, retro, sed retro superfluit. quia respecto per se significat retro aspicio. Appello. id est, prouoco: nam illud proprie est prouocare, quod recentiores appellare dicunt. Esse nil. id est. frustra. Complices. id est, simul socij & sectatores. Vix hominis. quia infans homo est, sed imperfectus. Locum cædis. in quo infans iugulari & Romanus cremari debebat. Primitiuum fœtum. id est, infantē mater ferebat iugulandum, eo modo quo Abel obtulit deo de primogenitis gregis sui. Genes. capite 4. Ferculo Abelis. est ferculum q̄d fertur & in quo aliquid fertur. Puriorē cæteris. ait nāq; scriptura: Abel obtulit de primogenitis gregis sui & de adipibus eorum. Immorata. imò statim dedit, non flens, sed læta. Patrone ex filio. quia cum sis mihi nunc filius, illic eris mihi patronus, & est casus uocatiui patrone, & est iungēdum, dulcissime patrone. Carminis Dauidici. qui est in ordine psalmorum cētesimus quintusdecimus: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Mors sancti huius filij mei. Tuus ille seruus. ex psalmo centesimo uicesimo secundo: Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum deū nostrū. Talia retexens. id est, canens sic hymnographus: Quæ uox, quæ poterit lingua retexere, aliàs retexere est quod textum est nō textum facere. Explicabat pallium. quo exciperet sanguinē pueri. Tendebat manus. cum explicato pallio. Globum. id est, sanguinis undam conglobatam. Vstor. qui struebat pyram. Pinu arida. quo facilius ignem comprehenderet. Fœni struem. id est, cumulum fomitis. Quo pastu. id est, quo fomite. Ferocius. pro fortius. Et iam. ordo est, Et iam Romanus actus, id est, impulsus. Eminus. à longe. Furca brachijs retortis. id est, habenti brachia retorta ingerebatur & cęt. Hæc eius orsa. id est, posteaquam hæc locutus est. Fragor nubis. hoc est, tonitrus, nam fragor proprie de rebus dicitur fractis, sed quia dicit ruentis, potest intelligi de fulmine, sed non significat nisi imbrem de cœlo cadentem. Obruit ignes. id est, extinguit. Alunt. scilicet tortores.

tes. Fomitem. id est, materiam ignis combustibilem. Trepidare. pro trepidabat. Nouis reb9, id est, miraculis. Insistere. insistebat. Versare. id est, uersabat. Torres. id est, titiones. Confouere. id est, confouebat, & proprie, nam fouere de foco proprie dicitur. Semē ignis. id est, scintillas. Quærere. pro quærebat. Magus. nam magicæ imputat hæc miracula non diuinæ potentiæ. Carmine Thessalorum, ubi artes magicæ uigebant, ut est apud Lucianum & Apuleium. Lucianus de Necromanca Phormonoē dixit: Thessalis incubuit membris. Vertere pœnam in ludibrium. id est, dum punitur eludere nos. Fortasse ceruix. per ironiā hoc dicitur. Flecti. pro cædi. Coibit plaga id est, consolidabitur incicatricem. Vertex. id est, caput, pars pro toto. Eminebit. extabit. Partem quampiam. id est, aliam. Morte simpla. id est, simplici & unica. Multiplex criminosus. id est, multipliciter nocens. Vel iterum, repete ne ex superiori. Tot modis. quasi dicat tot mortib9. Lerna. pro Lernea Hydra. nota est fabula. Imminutis corporis damnis. lege imminutus. id est, truncatus damnis corporis. Ipse Hercules erit præsto. id est, præsens, quasi dicat nō aderit. Hydrina uulnera. id est, quæ Hydra intulit, nam tandem compressis faucibus Hydram exiccauit & quasi ustulauit. Viscerum confinia. id est, iuncturas. Vel dissparare. id est, luxare & conuellere & distrahere. Vincula nexa neruis. i. ossa neruis colligata. Date hunc. scilicet Romanum. Ossibus reuulsis. id est, luxatis, nā qui scit dedolare & restituere ossa luxata, poterit facilius illa dissipare. Nodis. id est, colligationibus, quod faciunt luxatorum medici & chyrurgi. Omni corpore. id est, toto, quo scilicet in deos inuecta est. Vetus fas. id est, antiquam religionem, nam fas dicta est quæ prius dicebatur themis. Retectam. id est, apertam. Vergilius: Radiisq; retexerit orbē. Palatum tractat. explorās quo modo possit totam linguam abscindere. Exitum uocis. id est, epiglottida qua uox ex arteria erumpit. Scalpellum, ferramentum illud quo uena pertunditur in sanguinis diminutione, scalprum quoque reperitur pro nouacula. Marcianus scalpro dicebat circuncidi uitia infantibus posse. Fila singula. ex quibus compacta

est lingua. Patente rictu, id est, ex ore aperto. Russo stemmate, id est, corona quam ex ruffo sanguine est assequutus, stemma namque à stephanoo, quod est corono deducitur. Ostro uestis regiæ, nam ostrum hoc est purpura, quæ uestibus tantum accommodabatur principiis, quasi dicat, tam honorificus erat hic sanguis in ueste Romani quã purpura in uestibus regum. Oblacteraret. Blaterare, inquit Festus, est stulte & percupide loqui. Nonius quoque multa de hoc uerbo. Multo turbine, id est, magno impetu & uehementia: qua obruebatur antea. Abdomina suilla. id est, porcina, & est abdomen pingue illud quod intestinis obducitur. Insufflat. quum non loqueretur in contemptum insufflauit illos. Nunquid, id est, aliquid. Intimo pulmone, unde est uocis origo interior. Torta. i. repercussa. Sub testudine oris, id est, sub cœlo, hoc est, oris concauitate. Ex palato repercusso, idem est quod ex testudine oris. De pectine dentium. nam uox articulata complures literas format inter linguam & dentes, ut t. d. th. f. v. consonans. Pectine dentium. id est, de dentibus uel à dentibus pectinatim coëuntibus. Lingua plectrum mobile, quia lingua est quasi plectrum quod ferit certa loca ad formandum uerba, & puto pro nunc utrobique legendum esse nec ut sit sensus, qui deus fecit in me ut uox expressa ex intimo pulmone: repercussa ad cœlum nec det sonos ex palato repercusso, nec temperetur de pectine dentium, neque sit. His agendis, id est, formandis lingua, & cætera quod duobus exemplis probat se eo modo loqui quo si deus uellet loqueretur, fistula uel cymbalum: & quæ habent sonos & non uoces articulatas. In ipsis meatibus, id est, fistulis quasi arterijs. Labra pressa. ut in prolatione. b. p. ph. in literis nunc hiantia, ut in alijs literis, quasi dicat, ita possent loqui cymbala & fistulæ, perinde ac si haberent instrumenta quibus formantur literæ, & uoces articulatæ. Statum naturæ uerti. id est, mutari ab illo. scilicet. Cui. id est, à quo. Forma. id est, oris figura. Leges texere, ac retexere. id est, ponere ac tollere. Sic Vergil. in vi. Aeneidos, Leges fixit atq; refixit. Postulet, de-

let. desideret, quia potest facere, ut sine lingua quis loquatur. Pressit pede. quo pacto absente saluatore discipuli obruebantur undis, ad quos per fluctus uenit, ex Matthæo, capite. xiiii. Fluxa & tenuis, qualis est aqua. Coit. condensatur: ut sustinere possit, ne cedat ponderi. Dispar. contraria. Quis. pro quibus, puta quod sit natabilis, nunc autem sub Christo sustinet uestigia. Hoc munus. id est, officium quod facit miracula, ut hoc quod dixit, & quæ sequuntur. Gradum percitum. id est, uelocem, alias percitus. id est, commotus. Audientiam. actum audiendi. Cede miraculis. id est, uincere, & dato locum. Vertere. pro uertebat. In caliginem, id est, ignorantiam ueri: quia ira impedit animum, ne possit cernere uerum. Hærens. dubitans. Iuuenalis. Hæremus dicat ipsa. Formido & indignatio. affectus contrarii in eodem homine. Vim. id est, uiolentiam & impetum. Quo. id est, in quem sæuiat: cum non possit in Romanum. Citari. in ius uocari. Nundinatũ. id est ad diem certum uocatum. Nam nundinari est in urbem litis causa ad certum diem uenire, aliquando etiã aliis de rebus. Pactus. cum Romano precium faciens. Colluderet, id est, collusionem faceret. Irritum, id est, uanum nihilq́ efficiens. Retunsis. id est, obtusis & hebetibus. Sauciata parte & non tota lingua. Vsquequaque omni ex parte: alias semper: alias ubique significat. Manere, &c. subaudi iudex dicebat non posse, & non posse iterum uerba exprimi in oris concauitate sine lingua quæ moderatur uerba. Esto. concedamus quod erumpat uox aut spiritus non tamen articulatus. Vacuo specu. i. ex ore uacuo aut thorace. Echo, id est, per repercussionem unde generatur echo. Oratio. quæ constat uocibus articulatis. Veris ueritate & experimento. Calumniam, falsam criminationem. Haustus patentes, id est, partes per quas haurimus cibum potumq́. Regat spiramina, id est, formet uoces in uerba quod est linguæ officium. Puncto leui, id est, punctura modica. Plectro, id est, lingua. Cicero. ii. de natura deorum plectri similem linguam nostra solent dicere. Fatus, id est, loquela à faris & fare. Magistra uocis, id est, lingua ut dicit uerborum moderatorum. In

uitium cadit. id est, uitiatur & læditur. Fiat periculum id est, experimentum. Terentius, Fac periculum in literis, fac in palestra. Lingua eruta. id est. euulsa. Vox fragosa, id est, horrida & aspera: sed si elinguis fiat, nullam habebit omnino. Clamor inconditus. i. inarticulatus. Nil stridulum. id est, non modo nō emittet uocē, sed neq; stridorē quidem. Salutem principis. sic iurare consueuerunt subditi, per uitam, & per geniū principis Suggillet uerba. forte suggerat. i. subministret: quia suggillare aliud est. Latronem Christianorū. i. persecutorem, & carnificem. Non bubulus. i. à boue profusus. Agnoscis illum. s. bubulum sanguinem: & quod non est hic bubulus, sed meus. Pagane. i. non initiate ad Christianorū sacra, sed profane, & est translatio sumpta ex eo quod omnis homo, aut miles est, aut paganus. Vestri bouis, id est, quē uos sacrificare cōsueuistis. Litata cæde. i. in sacrificio effuso bouis sanguine. Scrobe acta sub terram, uidetur significare Terentina sacra quæ fiebant Romæ in campo Martio, in loco qui dicebatur Terētos in quo erat ara Diti patri sacra, pedibus uiginti sub terrā defossa, sacrificabatur autē bos nigra. Infulatus. i. infula indutum habēs caput, quod erat sacerdotū insigne, ut nunc est Episcoporum mitra. Tempora. i. ipse festus & quasi die festo ornatus. Repexus, aut nimiū pexus, ut Persius, Pexus togaq; recēti, aut quod sacerdoti caput repecteretur, ut turbarētur capilli. Oui. iiij. de arte. Illa depexa modo est. Cinctu gabino. i. præcinctus & expeditus. Verg. li. 7. Ipse quirinali lituo cinctuq; gabino & Lucan. in. 1. Ritu succincta gabino. Fultus togam. i. habens togam sericeam. Superne. id est, à parte superiori scrobis. Pulpita strata. id est, stragulis operta. Rimosa. ut per rimas defluat sanguis in scrobem. Rari pægmatis, id est, pulpiti in modum pęgmatis suggesti, rarum autem dixit pro rimosum: Est autem pægma machina ex tabulis compacta quæ rotis imposita poterat deferri per urbem. Iuuenalis, Et pægma & pueros inde ad uelaria raptos. Arcam. id est, pulpiti illius planiciē quā dixit rimosam. Minutis hiatibus. i. foraminibus per quę defluat sanguis. Huc taurus. sacrificandus. s. qui ad aram ferebatur cœnatus lintheo cādido &

do & cornibus auratis,& sertis ex floribus. Fulgor bracteatis, id est, ex bracteis auri, quibus est inauratus. Venabulo, uel cultro, uel alio ferramento cum uenabulū sit uenationi aptum. Intexta. id est, tabulata tabulis cōtexta in modum pontis sublicij. Flumē uaporum. i. sanguinis euaporātis. Tabidū rorē. id est, sanguinē iā corruptū, utpote extra uenas in modū roris sparsum. Defossus. s. in scrobe quam dixit, putrefactus. i. maculatus & tabidus. Quinos supinat, id est, organa omnium quinq; sensuum erigit, ut sanguinem excipiat. Genas oculorum. palpebras aut malas. Cadauer. scilicet, bouis. Sanguine egesto. id est, exhausto, ab illa compage. id est, scrobe cui superimpositum erat pulpitum ex tabulis compactum. Amictus ebrios. id est, sanguine madefactos. Recentis piaculi. id est, sacrificij facti in piaculum. id est, purgationem animarum. Eminus. à longe non audentes accedere, propter uenerationem sacerdotis. Lauerint. id est, expiauerint. Hecatomben. id est, centum boum hostiam, de qua sæpe Homerus, & Iuuenalis qui promittat Hecatomben, unde subdit centena ferro, & cæt. Augures. id est, ipsi sacrificuli. Macellum puluinarium. i. sacrificia templorum redundantia cruore, quasi in macello. puluinaria autem sternebantur in honorem deorū. Cicero in quarto Thus. Deorum, inquit, puluinaribus & epulis magistratuum. Vosmetipsi. de sacerdotibus Bellonæ dicit: qui non alieno, sed sanguine suo deę sacrificabāt, & utraq; manu gladijs strictis armati per urbem efferebātur, & ita uaticinabantur fanatici. i. furibundi. Matrem deam, lego deum pro deorum. i. Cibelen, ex Apuleij sententia qui tres deas Bellonam, Cibelen, Isidem idem numen esse putat, & Iuuenalis eosdē sacerdotes illis attribuit cum dicit. Bellonæ matrisq; deum chorus intrat, & c. Rotare. subaudi caput. Parta. i. parata. Cęlū. i. diuinitatem. Hic. s. Gallus sacerdos matris deorū. Metēda. i. secanda. Horatius. i. ser. Caudamq; salacē Demeteret ferro. Numen. i. deam Cibelen. Nam putabant id esse sacrificij quoddam genus. Iuuena. Mollia qui samia secuit genitalia testa, Semiuir. quoniam genitalia amisit. Donum pudendum. i. mentulam uirilem. Vena ma-

sculini generis, id est, genitale uirile quod uenis constat. Horatius, Nam simul ac uenas inflauit tetra libido Sanctitati.i. deæ sanctæ. nam Gallus, neq; uir est neq; fœmina: unde & semiuir appellatur. Imberbes, aut quia castratis decidunt barbæ, unde Iuuenalis, & despe ratio barbę aut quia Ephebi ad hoc munus eligebātur Leuibus acutis & politis. Sacrādus sacerdos ille Gallus Sphragitidas.i. medicamenta ex terra sphragitide hoc est sigillata: quæ ualet ad cicatricanda uulnera. Celsus lib. v. Pastillus ad glutinandū uulnus sphragis nuncupatur, nā sphragizo est sigillo siue concludo. Membra. id est, genitalia abscissa. Igniuerint. id est, acus illæ fuerint ignitæ. sed usitatius est igneo uel ignesco. Stigmarit, pro stigmatizauerit. i. stigmate notauerit. Obducit cutem. id est, operit partem illam cauterio notatam. Tormenta inuri. id est, per inustionem infligi. Finis. mors quæ est malorum finis. Iam non licebit, scilicet post mortem. Cedas. id est, uincaris. Et desinas, scilicet torquere. Sector. id est, carnifex qui secat membra. Sed peremptoris, ordo est. Sed manus peremptoris strangulatrix fauciū, succedet illis, scilicet faucibus, quia uox inquieta oris garruli aliter nescit silere quàm si fregero tubam, id est, interclusero uocis meatus per strangulationē. Carceris noxialis, id est, in quo noxij sunt clausi. Lictor nefandus, sic appellatur consulis aut prætoris minister. Vinculis. s. corporis in quibus uiolēter detinetur ex Platonis sententia. ad quod alludit Apostolus cum dicit, Cupio dissolui & esse cum Christo. Et alibi, Miser ego, quis me liberabit à corpore mortis huius. Principi. quemadmodum diximus Galerio Cæsari, qui hunc Asclepiadem præfecerat Antiochiæ. Ordinem uoluminum, id est, per uolumina librorum explicatum. Tragœdiæ. Nam hæc materia quodammodo tragica fuit. In fasces, scilicet librorum, uel potius in annales qui à consulibus nomen accipiebant quorum fasces erant insignia cum securibus. Cōficit, obliterat, quia in actis sub Galerio non reperitur huius martyris passio. Inscripta Christo, in libro uitæ de quo in Apocalypsi, & in Euangelio Lucæ capite decimo, nomina uestra scripta sunt in cœlis. Apex, qui literis Hebræis præsertim imponi

Imponi consueuit. Obsolescit, id est, obliterabitur, unde obsoleta dicuntur desueta longo usu. Angelus adstans ex Euangelio, Angeli, inquit, eorum semper uident faciẽ patris. pingens, describẽs. Sanguinis dimensio. i. quantitas. Sulcus, qua ductum est ferrum. Proximam. i. in cutis summitate, ut sit contrarium ei quod dixit, altam, hoc est, profundã. Segmenti. i. secationis, nam à seco dicitur segmentum. In regestis. i. in uoluminibus, in quibus continentur acta & res gestæ. Nã corrupte dicitur uolumẽ illud Gregorij registrum, pro regestis. Et pręmiorũ. i. bonorũ, id quod sequitur pro eo quod præcedit. Inter hœdorum greges. i. inter peccatores qui sistendi sunt ad sinistram iudicis ex euangelio. Mat. 25. Dinoscere eminus. i. à longe me cõspiceret. Romanus. Hoc. s. Romano. Transfer hunc hœdum, scilicet à sinistra in dextram, & sis agnus, &c.

PASSIO HIPPOLYTI MARTYRIS ad Valerianum Episcopum.

Carmen elegiacum.

INnumeros cineres sanctorũ Romula in urbe
 Vidimus ô Christi Valeriane sacer.
Incisos tumulis titulos, & singula quæris,
 Nomina difficile est ut replicare queam.
Tantos iustorum populos furor impius hausit,
 Quum coleret patrios Troia Roma deos.
Plurima litterulis signata sepulchra loquuntur,
 Martyris aut nomen, aut epigramma aliquod
Sunt & muta tamen tacitas claudentia tumbas,
 Marmora quæ solum significant numerum.
Quanta uirûm iaceant congestis corpora aceruis
 Nosse licet, quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic defossas mole sub una
 Relliquias memini me didicisse hominum.
Quorum solus habet cõperta uocabula Christus,
 Vtpote quos proprię iunxit amicitiæ.

Hæc dum lustro oculis, & sicubi forte latentes
Rerum apices ueterum per monumenta sequor:
Inuenio Hippolytũ qui quondã schisma Nouati
Presbyter attigerat, nostra sequenda negans.
Vsq; ad martyrij prouectum insigne tulisse
Lucida sanguinei præmia supplicij.
Nec mirere senem peruersi dogmatis olim
Munere ditatum catholicæ fidei.
Quum iam uesano uictor raperetur ab hoste
Exultante anima carnis ad exitium.
Plebis amore suæ multis comitantibus ibat,
Consultus quę nam secta foret melior.
Respõdit fugite ô miseri execranda Nouati
Schismata, catholicis reddite uos populis.
Vna fides uigeat, prisco quæ condita templo est,
Quam Paulus retinet, quamq; cathedra Petri.
Quæ docui, docuisse piget, uenerabile martyr
Cerno quod à cultu rebar abesse dei.
His ubi detorsit leuo de tramite plebem,
Monstrauitq; sequi quà uia dextra uocat:
Seq; ducem recti spretis anfractibus idem
Præbuit, erroris qui priùs autor erat.
Sistitur insano rectori christicola tunc,
Ostia uexanti per Tyberina uiros.
Illo namq; die Roma secesserat, ipsos
Peste suburbanos ut quateret populos.
Nõ contentus humum celsæ intra mœnia Romæ
Tingere iustorum cædibus assiduis.
Ianiculũ quum iã madidum, fora, rostra, suburrã
Cerneret eluuie sanguinis affluere.
Protulerat rabiem Tyrrheni ad littoris oram
Quæq; loca æquoreus proxima portus habet.
Inter carnifices, & constipata sedebat
Officia, extructo celsior in solio.
Discipulos fidei, detestandiq; rebelles

I doli

Idolij, ardebat dedere perfidiæ.
Carcereo crinita situ stare agmina contra
Iusserat horrendis excrucianda modis.
Inde catenarum tractus, hinc lorea flagra
Stridere, uirgarum concrepitare fragor.
Vngula fixa cauis costarum cratibus altos
Pandere secessus, & lacerare iecur.
Ac iam lassatis iudex tortoribus ibat
In furias, cassa *cognitione fremens. cõditione
Nullus enim Christi ex famulis per tãta repertus
Supplicia, auderet qui uitiare animam.
Inde furens quæsitor ait, iam tortor ab *uno unco
Desine, si uana est quæstio, morte agito.
Huic abscinde caput, crux istum tollat in auras,
Viuentesq; oculos offerat alitibus.
Hos rape præcipites, & uinctos conijce in ignem,
Sit pyra quæ multos deuoret una reos.
En tibi quos properes rimosæ imponere cymbę,
Pellere & in medij stagna profunda freti.
Quos ubi susceptos *rapidũ malesuta per ęquor *rabidum
Vexerit, & tumidis *cæsa labarit aquis. *celsa lauarit
Dissociata putrem laxent tabulata carinam,
Conceptumq; bibant undique naufragium.
Squamea cœnoso præstabit uentre sepulchrum
Bellua consumptis cruda cadaueribus.
Hæc persultanti, celsum subito ante tribunal
Offertur senior nexibus implicitus.
Stipati circum iuuenes clamore ferebant.
Ipsum Christicolis esse caput populis.
Si forte extinctum propere caput, omnia uulgi
Pectora Romanis sponte sacranda deis.
Insolitum lethi poscunt genus, & noua pœna
Inuenta, exemplo quo trepident alij.
Ille supinata residens ceruice, quis, inquit,
Dicitur? affirmant dicier Hippolytum.

Ergo sit Hippolytus, quatiat, turbetq; iugales,
Intereatq; feris dilaceratus equis.
Vix hæc ille, duo cogunt animalia freni
Ignara insueto subdere colla iugo.
Non stabulis, blandiue manu palpata magistri,
Imperiumq; equitis ante subacta pati.
Sed campestre uago nuper pecus è grege captũ,
Quod pauor indomito corde ferinus agit.
Iamq; reluctantes sociarant uincula bigas,
Oraq; discordi fœdere nexuerant.
Temonis uice funis inest, qui terga duorum
Diuidit, & medius tangit utrunq; latus.
Deq; iugo in longum se post uestigia retro
Protendens trahitur, transit & ima pedum.
Huius ad extremũ sequitur qua puluere summo
Cornipedum refugas orbita trita uias.
cunque Crura uiri innectit laqueus, nodoq; tenaci
Astringit plantas, *atq; rudente ligat
Postquam composito satis instruxêre paratu
Martyris ad pœnam, uerbera, uincla, feras
Instigant subitis clamoribus, atq; flagellis,
Iliaq; infestis perfodiunt stimulis.
Vltima uox audita senis uenerabilis hæc est:
Hi rapiant artus, tu rape Christe animam.
Prorumpunt alacres, cæco & terrore feruntur
Qua sonus, atq; tremor, quà furor exagitant.
Incendit feritas, rapit impetus, & fragor urget,
Nec cursus uolucer mobile sentit onus.
Per syluas, per saxa ruunt, non ripa retardat
Fluminis, aut torrens oppositus cohibet.
Prosternunt sepes, & cuncta obstacula rumpunt,
Prona, fragosa petunt, ardua transiliunt.
Sissa minutatim labefacto corpore frusta
Capit spinigeris stirpibus hirtus ager.
Pars sũmis pendet scopulis, pars sentibus hæret.

Parte rubent frondes, parte madescit humus.
Exemplar sceleris paris habet illitus, in quo
Multicolor fucus digerit omne nefas.
Picta super tumulū species liquidis uiget umbris
Effigians tracti membra cruenta uiri.
Rorantes saxorum apices uidi optime Papa,
Purpureasq; notas ueptibus impositas.
Docta manus uirides imitādo effingere dumos,
Luserat, & minio roseolam saniem.
Cernere erat ruptis compagibus ordine nullo
Membra per incertos sparsa iacere situs.
Addiderat charos gressu, lachrymisq; sequētes
Deuia quà fractum semita monstrat iter.
Mœrore attoniti, atq; oculis rimantibus ibant,
Impebantq; sinus uisceribus laceris.
Ille caput niueum complectitur ac reuerendam
Caniciem molli confouet in gremio.
Hic humeros, trūcasq; man⁹, & brachia, & ulnas
Et genua, & crurum fragmina nuda legit.
Palliolis etiam bibulæ siccantur arenæ
Ne quis in * intacto puluere ros maneat.
Si quis & in sudibus recalenti aspergine sanguis
Insidet, hunc omnem spongia pressa rapit
Nec iam densa sacro quisquam de corpore sylua
Obtinet, aut plenis fraudat ab exequijs. infecto
Quumq; recensitis constaret partibus ille
Corporis integri qui fuerat numerus:
Nec purgata aliquid deberent inuia toto
Ex homine, extersis frondibus & scopulis,
Metando eligitur tumulo locus, Ostia linquunt,
Roma placet, sancto quæ teneat cineres,
Haud procul extremo culta ad pomeria uallo fouet
Mersa latebrosis crypta * patet foueis.
Huius in occultum gradibus uia prona reflexis
Ire per anfractus luce latente docet.

Primas

Primas nanque fores summotenus intrat hiatu,
Illustratque dies limina uestibuli.
Inde ubi progressu facili nigrescere uisa est
Nox obscura loci per specus ambiguum.
Occurrunt celsis immensa foramina tectis,
Quæ iaciunt claros antra super radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde recessus,
Arcta sub umbrosis atria porticibus.
Attamen excisi subter caua uiscera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur absentis per subterranea solis
Cernere fulgorem, luminibusque frui.
Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis
Propter ubi apposita est ara dicata deo.
Illa sacramenti donatrix mensa, eademque
Custos fida sui martyris apposita.
Seruat ad æterni spem iudicis ossa sepulchro,
Pascit item sanctis Tybricolas dapibus.
Mira loci pietas, & prompta precantibus ara,
Spes hominum placida prosperitate iuuat.
Hic corruptelis animique & corporis æger
Oraui quoties, stratus opem merui.
Quod lætor reditu, quod te uenerande sacerdos
Complecti licitum est, scribo quod hęc eadem,
Hippolyto scio me debere, deus cui Christus
Posse dedit, quod quis postulęt annuere.
Ipsa illas animæ exuuias quæ continet intus
Aedicula argento fulgurat ex solido.
Præfixit tabulas diues manus æquore leui,
Candentes recauum quale nitet speculum,
Nec Pariis contenta aditus obducere saxis,
Addidit ornando clara talenta operi.
Mane salutatum concurritur, omnis adorat
Pubes, eunt, redeunt, solis adusque obitum.
Conglobat in cuneũ latios simul, ac peregrinos

Permistim

Permiſtim populos, relligionis amor.
Oſcula perſpicuo figunt impreſſa metallo,
Balſama diffundunt, fletibus ora rigant.
Iam quum ſe renouat decurſis menſibus annus,
Natalemq́ diem paſſio feſta refert.
Quanta putas ſtudijs certantibus agmina cogi,
Quæúe celebrando uota coire deo?
Vrbs auguſta ſuos uomit, effunditq́ Quirites.
Vna & Patricios ambitione pari.
Confundit plebeia phalanx umbonibus æquis
Diſcrimen procerum, præcipitante fide.
Nec minus Albanis acies ſe candida portis
Explicat, & longis ducitur ordinibus,
Exultant fremitus uariarum hinc inde uiarum,
Indigena & Picens, plebs & Ethruſca uenit.
Concurrit, Samnitis atrox habitator, & altæ
Campanus Capuæ, iamq́ Nolanus adeſt.
Quiſque ſua lætus cum coniuge, dulcibus & cum
Pignoribus, rapidum carpere geſtit iter.
Vix capiunt patuli populorum gaudia campi,
Hæret & in magnis denſa cohors ſpatijs.
Auguſtum tantis illud ſpecus eſſe cateruis,
Haud dubium eſt, ampla fauce licet pateat.
Stat ſed iuxta aliud q̊d tanta frequentia tẽplum
Tunc adeat cultu nobile regifico.
Parietibus celſum ſublimibus, atq́ ſuperba
Maieſtate potens, muneribusq́ opulens.
Ordo columnarum geminus laquearia tecti
Suſtinet auratis ſuppoſitus trabibus.
Adduntur graciles tecto breuiore receſſus,
Qui laterum ſeriem iugiter extenuent.
At medios aperit tractus uia latior alti
Culminis, exurgens ęditiore apice.
Fronte ſub aduerſa gradibus ſublime tribunal
Tollitur, Antiſtes prædicat unde deum.

Plena

Plena laborantes ægre domus accipit undas,
Arctaq; confertis æstuat in foribus.
Maternum pandens gremium quo condat alūno
Ac foueat fœtos accumulata sinus.
Si bene cōmemini, colit hūc pulcherrima Roma
Idibus Augusti mensis, ut ipsa uocat.
Prisco more diem quem te quoq; sancte magister
Annua festa inter dinumerare uelim.
Crede salutigeros feret hic uenerantibus ortus,
Lucis honoratæ præmia restituens.
Inter solennes Cypriani uel Cheledonij,
Eulaliæq; dies currat & iste tibi.
Sic te pro populo cuius tibi* tradita uita est,
credita Orantem Christus audiat omnipotens.
Sic tibi de pleno lupus excludatur ouili,
Agna nec ulla tuum capta gregem minuat.
Sic me gramineo remanentem deniq; campo
Sedulus ægrotam pastor ouem referas.
Sic cum lacteolis caulas compleueris agnis,
Raptus & ipse sacro sis comes Hippolyto.

PASSIO BEATORVM APOSTOLO rum Petri & Pauli.

Carmen Archilochium, constans tetrametro bucolico, & tribus trochæis. Alterum uero Iambicum Hipponactium cōstans semiquinaria Iambica, & tribus Iambis hoc modo:

— ∪ ∪ — ∪ ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ — ∪ — ∪

— — ∪ — — — ∪ — ∪ — ∪

PLus solito coëunt ad gaudia, dic amice quid (sit,
Romam per omnem cursitant, ouantq;.
Festus apostolici nobis redit hic dies triūphi
Pauli

Pauli atque Petri nobilis cruore.
Vnus utrunq; dies, pleno tamen innouatus anno
Vidit superba morte laureatum.
Scit Tyberina palus, q̃ flumine labitur propinq̃
Binis dicatum cespitem trophæis.
Et crucis, & gladij testis, quibus inrigans easdem
Bis fluxit imber sanguinis per herbas.
Prima Petrum rapuit sententia legibus Neronis
Pendere iussum præminente ligno.
Ille tamen ueritus celsæ decus æmulando mortis
Ambire tanti gloriam Magistri:
Exigit ut pedib9 mersum caput imprimāt supinis
Quo spectet imum stipitem cerebro.
Figitur ergo manus subter, sola uersus in cacumē
Hoc mente maior quo minor figura.
Nouerat ex humili cęlum citius solere adiri,
Deiecit hora, spiritum daturus.
Vt teres orbis iter flexi rota percucurrit anni,
Diemq; eundem Sol reduxit ortus.
Euomit in iugulū Pauli Nero feruidū furorem,
Iubet feriri gentium magistrum.
Ipse prius sibimet finem cito dixerat futurum,
Ad Christum eundum est, iam resoluor, inquit,
Nec mora protrahitur, pœnæ datur, immolatur (ense,
Non hora uatem, non diem fefellit.
Diuidit ossa duum Tybris, sacer ex utraq; ripa,
Inter sacrata dum fluit sepulchra.
Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptū,
Canens oliua murmurans fluento.
Namq; supercilio saxi liquor ortus, excitauit
Fontem perennem chrismatis feracem. frondem
Nūc pretiosa ruit per marmora, lubricatq; cliuū
Donec uirenti fluctu & Colymbo.
Interior tumuli pars est ubi lapsibus sonoris
Stagnum niuali uoluitur profundo.
Omni-

Digitized by Google

Omnicolor uitreas pictura superne tingit undas,
Musci relucent, & uirescit aurum.
Cyaneusq; latex umbram trahit imminentis ostri
Credas moueri fluctibus lacunar,
Pastor oues alit, ipse illic gelidi rigore fontis
Videt sitire quas fluenta Christi.
Parte alia titulum Pauli uia seruat Ostiensis,
Qua stringit amnis cespitem sinistrum. (arces
Regia pōpa loci est, princeps bonus has sacrauit
Lusitq; magnis ambitum talentis.
Bracteolas trabibus subleuit, ut omnis aurulenta
Lux esset intus, ceu iubar sub ortu,
Subdidit & Parias fuluis laquearibus columnas,
Distinguit illic quas quaternus ordo.
Tum Camyros hyalo insigni uarie cucurrit arcus
Sic prata uernis floribus renident.
Ecce duas fidei summo patre conferente dotes,
Vrbi colendas quas dedit togatæ.
Aspice, per bifidas plebs Romula funditur plateas
Lux in duobus feruet una festis.
Nos ad utrunq; tamē gressu properemus incitato
Et his & illis perfruamur hymnis.
Ibimus ulterius quâ fert uia pontis Hadriani,
Leuam deinde fluminis petemus.
Transtyberina prius soluit sacra puigil sacerdos:
Mox huc recurrit, duplicatq; uota.
Hæc didicisse sat est Romę tibi, tu domū reuersus
bisestum Diem * bis festum sic colas memento.

PASSIO CYPRIANI MARTYRIS ET Episcopi Carthaginensis.

Versus est Archilochius, constans tetrametro bucolico, & tribus Trochæis, hoc modo:

— ∪ ∪ — ∪ ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ — ∪ — ∪

Punica

PVnica terra tulit, quo splendeat omne quicquid usquam est,
Inde domo Cyprianum, sed decus orbis, & magistrum,
Est proprius patriæ martyr, sed amore, & ore nr̃,
Incubat in Lybia sanguis, sed ubiq; lingua pollet
Sola superstes agit de corpore, sola obire nescit,
Dum genus esse hominum Christus sinet & uigere mundum
Dum liber ullus erit, dum scrinia sacra literarũ,
Te leget oĩs amans Christũ, tua Cypriane discet,
Spiritus ille dei, qui fluxerat autor in prophetas
Fontibus eloquij te cœlitus actus inrigauit.
O niue candidius linguæ genus, ô nouũ saporem,
Vt liquor Ambrosius, cor mitigat, imbuit palatũ
Sedem animæ penetrat, mentem fouet, & pererrat artus,
Sic deus interius sentitur, & inditur medullis.
Vnde bonum subitũ terris dederis pater reuela,
Deerat apostolicis scriptis opulentus executor,
Eligitur locuples facundia, quæ doceret orbem,
Quæq; uoluminibus Pauli famulata disputaret,
Quo mage cruda hominum præcordia perpolita nossent,
Siue timoris opus, seu mystica, uel ꝓfunda Chr̃i,
Vnus erat iuuenum doctissimus, artibus sinistris,
Fraude pudicitiam perfringere, nil sacrũ putare;
Sæpe etiam magicum cantamen inire per sepulchra,
Quo geniale tori ius solueret æstuante nupta,
Luxuriæ rabiem tantæ cohibet repente Christus,
Discutit & tenebras de pectore, pellit & furorẽ,
Implet amore sui, dat credere, dat pudere facti,
Iamq; figura alia est, q̃ quæ fuit oris & nitoris,
Exuitur tenui uultus cute, transit in seueram,

Desflua cæsaries compescitur ad breues capillos,
Ipse modesta loqui, spem quærere, regulā tenere,
Viuere iustitiæ Chri & penetrare dogma nostrū.
His igitur meritis dignissimus usq; episcopale
Prouehitur soliū doctor, capit & sedile summū.
Valerianus opum princeps erat, atq; Gallienus,
Constituere simul pœna capitis deum fatenti,
Millia terrigenum spurcissima iusserant sacrari,
Cōtrà animos populi doctor Cyprianus incitabat,
Ne quis ab egregiæ uirtutis honore discreparet,
Neu fidei pretium quis sumere degener timeret,
Esse leuem cruciatum, si modo conferat futura,
Quę deus ipse uiris intermina fortibus spopōdit,
Merce doloris emi spem luminis, & diē perennē.
Omne malum uolucri tēpore trāsuolare cursim,
Nil graue quod peragi finis facit, & quiete donat,
Se fore principiū pulchræ necis, & ducē cruoris
Seq; caput gladio submittere, sanguinem dicare,
Qui sociare aīam Chro uelit, ut comes sequatur.
His ubi corda uirûm Christo calefacto pparauit.
Ducitur ante alios proconsule perfurēte uinctus,
altius Antra latēt Tyriæ Carthaginis *abditis reposta,
Conscia tartareæ caliginis abdicata soli:
Clausus in his specubus sanctus Cyprianus & catena
Nexus utraq; manu, nomē patris inuocat supremi,
Christus deus Omnipotens genitor *Christi decus & creator orbis,
Christe parens hominis, quē diligis & uetas pire,
Ille ergo uipereis quē tu bonus oblitum uenenis
Criminibus uarijs tinctum miseratus abluisti,
Iamq; tuum fieri mandas, fio Cyprianus alter,
Et nouus ex ueteri, nec iā reus aut nocens ut ante
Si luteum facili charismate pectus expiasti,
Vise libens tenebris ergastula cæca dissipatis.

Eripe

Eripe corporeo de carcere uinculisq́ mundi
Hāc animam, liceat fuso tibi sanguine immolari,
Ne qua ferū reprimat clemētia iudicem tyrāni,
Neu sciat inuidia mitescere, gloriam negare.
Da quoq; ne quis iners sit de grege, quem tuum regebam.
Ne cadat impatiens pœnę, titubè tuæ quis tuorū,
Incolumem ut numerum reddam tibi, debitumq́ soluam.
Vocibus his dominū permouerat, influebat inde
Spiritus in populum Carthaginis, autor acrioris
Ingenij stimulis, ut pectora subditis calerent
Ad decus egregiū discrimine sanginis petendum,
Non trepidare docens, nec cedere, nec dolore uinci,
Laudis amòre rapi, Christum sapere, & fidē tueri,
Fama refert, foueā campi in medio patere iussam
Calce uaporifera summos ꝓpe margines refertā,
Saxa recocta uomūt ignē, niueusq́ puluis ardet,
Vrere tacta potens & mortifer ex odore flatus.
Appositam memorāt aram fouea stetisse summa
Lege, sub hac salis aut micam, iecur & suis litarēt
Christicolæ, aut mediæ sponte inruerent in ima fossæ.
Prosiluere alacres cursu rapido simul trecenti,
Gurgite puluereo mersos liquor aridus uorauit,
Pręcipitemq́ globū fundo tenus implicauit imo.
Corpora candor habet, candor uehit ad superna mentes.
Candida Massa dehinc dici meruit ꝑ omne sęclū.
Lætior interea iam Thascius ob diem suorum,
Sistitur indomiti proconsulis eminus furori,
Dogmatis, atq; loci iussus genᵘˢ, Christianus inq̄t,
Trado salutiferi mysteria consecrata Christi, seruo
Ille sub hæc, satis est iam criminis, ipse confitetur

Thascius, ipse Iouis fulmen negat, expedite ferrum,
Carnificis gladio pœnam luat hostis idolorum.
Ille deo meritas grates agit, & canit triumphās.
Fleuit obire uirum mœsta Africa, quo docente, facta est
Cultior eloquio cuius sibi docta gloriatur,
Mox tumulum lachrymans struxit, cineresq; consecrauit
Desine flere bonum tātum, tenet ille regna cœli,
Nec minus inuolitat terris, nec ab hoc recedit orbe,
Disserit, eloquitur, tractat, docet, instruit, prophetat.
Nec Lybiæ populos tantū regit, exitusq; in ortū
Solis, & usque obitum, Gallos fouet, imbuit Britannos,
Præsidet Hesperię Christū serit ultimis Hiberis.
Deniq; doctor humi est, idem quoq; martyr in supernis,
Illinc Instruit hic hoīes, *illic pia dona dat patronus.

PASSIO AGNETIS MARTYRIS

Carmen Alchaicum, constans Pentemimere Iambica, & duobus dactylis, hoc modo:

– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪

AGnes sepulchrum est Romulea in domo
Fortis puellæ, martyris inclytæ
Cōspectu in ipso condita turrium
Seruat salutem uirgo quiritium:
Nec non & ipsos protegit aduenas,
Puro ac fideli pectore supplices,
Duplex corona est præstita martyri

Intactum

Intactum ab omni crimine uirginali,
Mortis deinde gloria liberæ,
Aiunt iugali uix habilem thoro,
Primis in annis forte puellulam
Chriſto calentem, fortiter impijs
Iuſſis reniſam, quo minus idolis
Addicta, ſacram deſereret fidem.
Tentata multis nam prius artibus,
Nunc ore blandi iudicis illice,
Nunc ſæuientis carnificis minis,
Stabat feroci robore pertinax,
Corpusq; duris exercitatibus
Vltro offerebat, non renuens mori
Tum trux tyrannus, ſi facile eſt, ait,
Pœnam ſubactis ferre doloribus,
Et uita uilis ſpernitur, at pudor
Charus dicatæ uirginitatis eſt.
Hanc in lupanar trudere publicum
Certum eſt, ad aram ni caput adplicet,
Ac de Minerua iam, ueniam roget.
Quam uirgo pergit temnere uirginem,
Omnis iuuentus inruat, & nouum
Ludibriorum mancipium petat.
Haud inquit Agnes, immemor eſt ita
Chriſtus ſuorum, perdat ut aureum
Nobis pudorem, nos quoq; deſerat,
Præſto eſt pudicis, nec patitur ſacræ
Integritatis munera pollui.
Ferrum impiabis ſanguine, ſi uoles,
Non inquinabis membra libidine.
Sic elocutam, publicitus iubet
Flexu in plateæ ſiſtere uirginem,
Stantem refugit mœſta frequentia,
Auerſa uultus, ne petulantius
Quiſquam uerendum conſpiceret locum.

Intendit unus forte procaciter
Os in puellam, nec trepidat, sacram
Expectare formam lumine lubrico,
En ales ignis fulminis in modum
Vibratur ardens, atq; oculos ferit,
Cæcus corusco lumine corruit,
Atq; in plateæ puluere palpitat,
Tollunt sodales seminecem solo,
Verbisq; deflent exequialibus.
Ibat triumphans uirgo, deum patrem
Christumq; sacro carmine concinens,
Quod sub profani labe periculi
Castum lupanar nec uiolabile
Experta uictrix uirginitas foret.
Sunt qui rogatam retulerint preces
Fudisse Christo, redderet utreo
Lucem iacenti, tum inuenit halitum
Vitæ innouatum uisibus integris.
Primum sed Agnes hunc habuit gradum
Cœlestis aulæ, mox alius datur
Ascensus, iram nam furor incitat
Hostis cruenti, uincor ait gemens,
Astringe ferrum miles & exere
Præcepta summi regia principis.
Vt uidit Agnes stare trucem uirum
Mucrone nudo, lætior hæc ait:
Exulto, talis quod potius uenit
Vesanus, atrox, turbidus, armiger,
Quàm si ueniret languidus ac tener,
Mollisq; ephebus tinctus aromate,
Qui me pudoris funere perderet.
Hic hic amator iam fateor placet,
Ibo inruentis gressibus obuiam,
Nec demorabor uota calentia,
Ferrum in papillas omne recepero,

Pectusq;

Pectusq́ ad imum uim gladij traham.
Sic nupta Christo transiliam poli
Omnes tenebras, æthere celsior.
Aeterne rector diuide ianuas
Cœli obseratas terrigenis prius,
Ac te sequentem Christe animam uoca,
Quum uirginalem, tum patris hostiam.
Sic fata, Christum uertice cernuo
Supplex adorat, uulnus ut imminens
Ceruix subiret prona paratius,
Ast ille tantam spem peragit manu,
Vno sub ictu nam caput amputat.
Sensum doloris mors cita prçuenit.
Exutus inde spiritus emicat,
Liberq́ in aras exilit, Angeli
Sepsere euntem tramite candido.
Miratur orbem sub pedibus situm,
Spectat tenebras ardua subditas,
Ridetq́ solis quod rota circuit.
Quod mundus omnis uoluit & implicat,
Rerum quod atro turbine uiuitur.
Quod uana sęcli mobilitas rapit,
Reges, tyrannos, imperia & gradus.
Pompasq́ honorum stulta tumentium,
Argenti & auri uim rabidam siti
Cunctis petitam per uarium nefas,
Splendore multo structa habitacula
Illusa pictæ uestis inania,
Iram timorem, uota, pericula.
Nunc triste longum, nunc breue gaudium,
Liuoris atri fumificas faces,
Nigrescit unde spes hominum, & decus,
Et quod malorum tetrius omnium est,
Gentilitatis sordida nubila.
Hæc calcat Agnes, ac pede proterit,

Stans, & Draconis calce premens caput.
Terrena mundi qui ferus omnia
Spargit uenenis, mergit & inferis
Nunc uirginali perdomitus solo,
Cristas cerebri deprimit ignei,
Nec uictus audet tollere uerticem
Cingit coronis interea deus
Frontem duabus Martyris innubae,
Vnam decemplex aedita sexies
Merces perenni lumine conficit.
Centenus extat fructus in altera.
O uirgo felix, ô noua gloria,
Coelestis arcis nobilis incola,
Intende nostris colluuionibus
Vultum gemello cum diademate,
Cui posse soli cunctiparens dedit
Castum uel ipsum reddere fornicem.
Purgabo roris propitiabilis
Fulgore, nostrum si iecur impleas
Nil non pudicum est, quod pia uisere
Dignaris, almo uel pede tangere.

FINIS.

AVRELII

PRVDENTII CLEMENTIS VIRI consularis ἀποθέωσις, id est, de diuinitate

PRAEFATIO.

Carmen est heroicum, dactylicum.



EST trina summa deus, trinū specimen, uigor unus.
Corde patris genita est Sapientia, filius ipse est.
Sanctus ab æterno subsistit spiritus ore.
Tēpore nec senior pater est, nec numine maior.
Nam sapiens retro semper deus, ædidit ex se
Per quod semper erat gignēda ad sæcula Verbū.
Aedere sed Verbum patris est, at cætera uerbi
Adsumptū gestare hoīem, reparare peremptum,
Conciliare patri, dextraq; in sede locare,
Spiritus ista dei complet, deus ipse fideles
In populos charisma suum diffundere promptus,
Et patris, & Christi uirtutē in corpora transfert.

HYMNVS IN INFIDELES.

Carmen epodon, constans senario iambico, cui additus est dimeter iambicus, qui sic se habeat:

– – ∪ – ∪ – ∪ – – – ∪ –

– – ∪ – – – ∪ –


IST uera secta te magister cõsulo?
Rectámne seruamus fidem?
An uiperina nõ cauemus dogma-
Et nescienter labimur? (ta?
Arctã salutis uix uiã discernere est
Inter reflexas semitas.
Tam multa surgunt perfidorum compita,
Tortis polita erroribus,
Obliqua qua se conferunt diuortia
Hinc inde textis orbitis.
Quas si quis errans, ac uagus sectabitur
Rectum relinquens tramitem,
Scrobis latentis pronus in foueam ruent,
Quam fodit hostilis manus,
Manus latronum quæ uiantes obsidet,
Inter sequentes deuium.
Quid non libido mentis humanæ struat?
Quid non malorum pruriat?
Statum lacessunt omnipollentis dei
Calumniosis litibus.
Fidem minutis dissecant ambagibus,
Vt quisquis lingua nequior,
Soluunt, ligantq́ quæstionum uincla
Per syllogismos plectiles.
Væ captiosis sycophantarum strophis
Væ uersipelli astutiæ.
Nodos tenaces recta rumpit regula
Infesta dissertantibus.
Idcirco mundi stulta delegit deus,
Vt concidant sophistica.
Deq́ imbecillis subiugauit fortia,
Simplex ut esset credere.
Lapis ecce nostro fixus offensaculo est,
Impingat in quem uanitas.
Signum caueuti, non caueuti scandalum,

Hunc

Hunc sternit illum dirigit.
Dum plura tentat cæcus incerto gradu,
Incurrit id quod obuium est.
Fax sola fidei est præferenda gressibus,
Vt recta sint uestigia.
Quis in tenebris hostis errantes tamen
Pulsat, trahitq́ꝫ, & proterit.
Qui sparsa ad ipsum commeantum transitum
Frumenta sæuus deuorat.
Qui læta Christi culta fur interpolat,
Addens auenas æmulas.
Quas de ueneni lacte in herbã fertilem
Patitur colonus crescere:
Ne forte culmum fibra inanis spiceum
Simul reuulsa internecet.
Expectat ergo dum dolosa, & farrea
Feruens coquat maturitas.
Dat uentilabro lecta quæq́ꝫ ut horreis
Vrat recrementum focis.
Refert sed ipsa nosse, quæ messem necant
Zizaniorum semina.

CONTRA HAERESEM, QVAE patrem passum affirmat.

Plurima sunt sed pauca loquar ne dira relatu
Dogmata, catholicam maculent male prodita linguam,
Ille patrem pellens solio detrudit in arctum
Corporis humani gestamen, nec pauet ipsum
Obiectare neci, duroq́ꝫ adfigere ligno.
Passibilisne deus? cuius species & imago
Nulli uisa unquam, nec enim comprendier illa
Maiestas facilis, sensu ue, oculis ue, manu ue,
Ioannis magni celebris sententia præsto est:
Haud unquam testata deum potuisse uideri,

Ille pater quem nulla acies uiolenta tuendo
Eminus ardentis penetrauit acumine uisus,
Qui se formam hominis non induit, & deitatis
Immensum absumpto nō temperat ore, modóve
Aut euangelici pietas spernenda libelli
Iam blaspheme tibi est? aut nunquam uisa beati
Vis intacta patris non admiscenda caducis,
Sed tamē & patris est specimē, q̄d cernere fas sit
Humanis aliquādo oculis concurrere promptū,
Quod quāuis hebes ītuitus speculamine glauco,
Humentiq; acie potuit nebulosus adire,
Quisq; hominū uidisse deum memoratur, ab ipso
Infusum uidit gnatum, nam filius hoc est,
Quod de patre micans se præstitit inspiciendū,
Per species quas posset homo comprendere uisu.
Nam mera maiestas est infinita, nec intrat
Obtutus, aliquo ni se moderamine formet.
Hoc uidit princeps generosi seminis Abram,
Iam tunc dignati terras inuisere Christi
Hospes homo in triplicē numē radiasse figurā,
Hoc conluctantis tractarunt brachia Iacob,
Ipse dator legis diuinæ accedere coram
Iussus, amicitiæ conlato qui stetit ore
Comminus, & sacris coniunxit uerba loquelis,
Carnis in effigie Christum secernere sensit,
Sed maiora petens, animum per uota tetendit
Inconcessa homini, plusquàm mortale laborans,
Ipsum quantus erat sine corpore uisere Christū,
Deniq; post multi sermonis mutua, postq;
Conspectum præsentis heri, & consortia longa,
Quæso ait, ut liceat te nunc deus optime nosse.
Respondit dominus, mea non me cernere iustis
Posteriora dabo, quid apertius absq; aliena
Quàm sumat facie uerbum non posse uideri?
Posse tamen, quū malit idem nunquā patre uiso

Terrenis oculis, habitu se ostendere nostro,
Sæpe & in angelicas uel mortales memoratū est
Induci species, queat ut sub imagine cerni.
Hoc Verbū est, quod uibrabūt patris ore benigno
Sumpsit uirgineo fragilem de corpore formam.
Inde figuram hominis, nondum sub carne Moysi
Obiecta, effigiem nostri signauerat oris,
Quod quandoq; deus uerbi uirtute coactum
Sumpturus corpus faciem*referebat eandem. simulabat
Sed tamen & sentûm uisa est excita cremare
Flamma rubum, deus in spinis uolitabat acutis.
Vulnificasq; comas, innoxius ignis agebat,
Esset ut exemplo, deus inlapsurus in artus
Spiniferos, sudibus quos texunt crimina densis,
Et peccata malis hirsuta doloribus implent.
Inculto nam stirpe frutex uitiosus iniquis,
Luxuriam uirgis inhonesto effundere succo
Cœperat, & nodos per acumina crebra ligabat.
Cernere erat steriles subito splendescere frondes
Accensisq; citum folijs magno impete late
Conlucere deum, nec spinea lædere texta,
Lambere sanguineos fructus, & poma cruenta,
Stringere mortiferi uitalia germina ligni.
Quandoquidem tristes purgātur sanguine culpæ
Quem contorta rubus densis cruciatibus ædit.
Ergo nihil uisum, nisi quod sub carne uidendum
Lumen, imago dei, Verbum deus, & deus ignis,
Qui sentum nostri peccamen corporis implet:
Nam lucis genitor, Verbisator, auctor, & ignis
Creditur extra oculos, ut Apostolus edocet autor
Qui negat intuitu fontem deitatis adiri.
Credite, nemo Deum uidit, mihi credite, nemo.
Visibilis de fonte deus, non ipse dei fons
Visibilis, cerni potis est qui nascitur. At non
Innatus cerni potis est, latet os patris illud.

Vnde

Vnde deus, qui uisibilem se præstitit olim,
Tale aliquid formans in sese, quale sequuta est
Passio, quæ corpus sibi uendicat: ardua nam uis
Est impassibilis, quoniam natura superni
Ignis ad horrificas nescit descendere pœnas,
Nec capit humanis angoribus excruciari,
Pura, serena, micans, liquido prælibera motu,
Subdita nec cuiquam, dominatrix utpote rerum.
Cui non principium de tempore, sed super omne
Tempus, & ante diem maiestas cũ patre summo,
Imo animus patris, & ratio, & uia consiliorum,
Quæ non facta manu, nec uoce creata iubentis,
Protulit imperium patrio ructata profundo.
Hanc igitur non flagra secant, non sputa saliuis
Aspergunt alapis non uexat palma relisis:
Nec perfossa cruci clauorum uulnera figunt.
His affecta caro est hoĩs, quã fœmina prægnans
Enixa est sub lege uteri, sine lege mariti.
Ille famem patitur, fel potat, & haurit acetum,
Ille pauet mortis faciem, tremit ille dolorem.
Dicite sacrilegi doctores, qui patre summo
deum Desertum iacuisse * thronum contenditis, illo
Tempore quo fragiles deus est inlapsus in artus.
Ergo pater passus? quid non malus audeat error?
Ille puellari conceptus sanguine creuit,
Ipse uerecundæ distendit uirginis aluum,
Et iam falsiloqua est diuini pagina libri,
Quę uerbum in carnis loquitur fluxisse figuram?
At non qui uerbi pater est caro factus habetur,
Fige gradum scriptura tuũ, nil mobile, & anceps
Adfirmasse decet, pater est quem cernere nulli
Est licitum, pater est qui nunq̃ uisus in orbe est,
Nec mundana inter radiauit lumina coràm.
Verbum conspicuum misit, missumq́ recepit
Quum uoluit, uerbo præstrinxit uiscera puræ
Virginis

Virginis,& uerbo struxit puerilia membra,
Ipse quidē in terris uirtute & * numine præsens munere
Semper adest quocunq; loci, nec pars uacat ulla.
Maiestate patris, nusq̄ est genitor deus absens,
Per uerbum sed semper adest, atq; inde Philippo
Christus ait: Tanto tecum iam tempore uersor,
Et patrem te nosse negas, quem perspicis in me?
Est inuisibilis donum patris, ædere natum
Visibilem, per quem ualeat pater ipse uideri.
Nec solis sanctorum oculis, sed lumine cassis,
Cæcorum cæcos loquor, atra socordia quorum
Corde tenebroso uerum perpendere nescit,
Quem si perspicuum mortalibus inficiaris,
Fare age, quē uideat Babylonis ab arce tyrānus
Innocuas inter flammas procul expaciantem,
Calcantem rapidos inadustis fratribus ignes,
Nempe ait, ô proceres tres uasta incendia anhelis
Accepêre uiros fornacibus, additus unus
Ecce uaporiferos ridens intersecat ignes,
Filius ille dei est, * fateor quem uictus adoro, Fateorq; &
Inrisas remouete faces, tedasq; tepentes
Subtrahite, en friget succensi sulphuris ardor.
Filius haud dubium est, agit hęc miracula rerum,
Quem uideo deus ipse, dei certissima proles,
Imperat immensis ardoribus, & domat iras,
Insultans famulante rogo, piceosq; furores
Cōprimit, & rabiem flammarum algescere cogit
Barbaricos calida aura sinus non tangere iussa
Præterit, & tenues, stridens transcurrit amictus
Ipse per Assyrias * metuit uapor ille tyaras, uetitum
Ne coma fusa humeris fumo obsordescat amaro.
Hæc ait, & uarios iubet obmutescere cantus,
Organa, sambucas, citharas, calamosq;, tubasq;,
Stulta superstitio tacuit, uox festa quieuit,
Quę male conspicuę celebrabat imaginis aurum.

Carmina

Carmina sanctorum resonant iam sola uirorum,
Concentu triplici regem laudantia coeli:
Qui mare, qui terras, qui lucida sydera fecit,
Ignibus & medijs securos texit alumnos.
Semper in auxilium sermo patris omnipotentis
Descendit, seruando homini, mortalia semper
Admiscenda sibi proprio curauit amore,
Vt socianda caro, dominoq; implenda perenni,
Degenerem uitam, quam tunc animalis agebat,
Exemplo mutaret heri, similesq; per artus
Cernere consortem terreni adsuesceret oris,
Participemq; suum uisu uelut obside nosse,
Et consanguineo paulatim accedere Christo.
Ergo animalis homo quondã, nunc spiritus illum
Transtulit ad superi naturam seminis, ipsum
Infundendo deum, mortalia uiuificantem.
Nunc noua materies solidata intercute flatu,
Materies sed nostra tamen de uirgine tracta
Exuit antiquæ corrupta exordia uitæ,
Immortale bonum proprio spiramine sumens,
Filius ille hominis, sed filius ille tonantis,
Iam solus uultum patris aspicit, & uidet ipsum.
Nemo patrem nouit nisi filius, & cui monstrat
Filius, & nostri mediator, & omnipotentis.
Deniq; concludam breuis ut compendia summæ:
Non pater in carnem descendit, sed patris arcem
Sumpta caro ascẽdit, natus per utrunq; cucurrit.

CONTRA VNIONITAS,
id est, Scabellianos Hæreticos.

CEde profanatur Christi, iam cede Sabelli,
Depositorq; patris, natiq; insane negator.
Nonne patrẽ uiolas, dũ natũ scire recusas?
Quandoquidem non est genitor, nisi filius extet,
Nec uocitare patrẽ potis es, quẽ germine fraudas

Sed

Sed forasse uelis patriæ pietatis honore
Dispoliare deum, contentus nomine nudo
Quod deus est, adimasq; decus patris, & generis uim,
Et quis in idolio recubans, inter sacra mille,
Ridiculosq; deos uenerans sale, cespite, thure.
Non putat esse deũ summũ, & super omnia solũ.
Quamuis Saturnis, Iunonibus, & Cytheræis,
Portentisq; alijs fumantes consecret aras:
Attamen in cœlum quoties suspexit, in uno
Constituit ius omne deo, cui seruiat ingens
Virtutum ratio uarijs instructa ministris.
Quæ gens tã stolida est ais? tam barbara linguis?
Quæve superstitio tam sordida? quæ caniformẽ
Latrantemq; throno cœli præponat Anubin,
Nemo Cloacinæ, aut* Tiphonę sup astra deabus Eponæ
Dat soliũ, quãui s*solidam persoluat acerram, olidam
Sacrilegisq; molam manibus rimetur, & exta,
Consule barbati deliramenta Platonis,
Cõsule & hircosos Cynicos, quos somniat, & qs

IOANNES SICHARDVS.

CONSVLE & Hircosos Cyn. Cynicos hircosos dixit, ob barbitium, quod cum capris commune habebant, eo tamen tanquã insigni aliquo peculiari maximi sibi sunt uisi Philosophi. Pulchre ergo ei, qui in hũc modum se iactabat, Aulus Gellius respondet: Pallium uideo & barbitiũ: philosophum uero nõ uideo.

Texit Aristoteles torta uertigine neruos.
Hos oẽs quamuis anceps labyrinthus, & error
Circunflexus agat, quamuis promittere & ipsi
Gallinam soleant, aut Gallum, Clinicus ut se
Dignetur præstare deus morientibus æquum,
*Quum uentũ tamẽ ad normam rationis, & artis *cõuentũ
Turbidulos sensus, & litigiosa fragosis

Argumenta modis concludunt numen in unum.
Cuius ad arbitrium sphera mobilis, atq; rotunda
Voluatur, seruentq; suos uaga sydera cursus.
Nõ recipit natura hominis, modo quadrupes ille
Non sit, & erecto spectet cœlestia uultu,
Non recipit, neget ut regimẽ pollere supremum.
Istud & ipse Numæ tacitus sibi sensit aruspex,
Semifer & Gothus sentit cane milite peior.
Sed nos qui dominum libris, & corpore iam bis
Vidimus, ante fide, mox carne, & sanguine corã,
Quique *Quinq; uoluminibus uatũ Cruce teste probatis
Rimantes digitos costarum in uulnera cruda
Mersimus, & manuum uisu dubitante lacunas
Scrutati, æternum regem cognouimus Iesum.
Abiurare deo titulum, nomenq; paternum
Credimus esse nefas, qui regem protulit ex se,
Nõ regem populi Parthorum, aut Romulidarũ,
Sed regem summæ, & mediæ rationis, & imæ,
Atq; ideo rerum dominũ, & super omnia regem,
Carnis habet mediũ, summũ patris, & Stygis imũ
Defluit his gradibus, rursusq; reuoluitur in se,
Est deus, est & hõ, & fit mortuus, & deus idẽ est.
Omnia percurrit naturæ munia pronæ,
Vt rursum patris in gremium replicata reportet
Mortua quæ fuerant, ipsos quoq; subuehat artus,
Hæc fore quũ ueterum cecinissent organa uatum,
Nos oculis, manibus, congressu, uoce loquela
Experti heroum tandem intelleximus orsa
Priscorum, & uiso patefacta oracula Christo.
Hæc est nr̃a salus, hinc uiuimus, hinc animamur,
Hoc sequimur, nunquam detracto nomine nati
Appellare patrẽ, patris & sine nomine nunquam
Natum nosse deũ, nunquam nisi sanctus, & unus
Spiritus intersit, natumq; patremq; uocare,
Sic tamen hæc constare tria, ut ne separe ductu

Tres faciam, tribus his subsistat sed deus unus,
Nec pater ipse autem qui filius, ut quia natum
Scimus ab innato, uere pater, & sata uere
Sit soboles, nec sit genitor sibi filius ipse,
Siue pater natus fuerit siue ipse repente
Perquàm ridiculum est, & futile, natus ut ex se
Nascendi noua materies, ac se deus ultro
Aediderit, natumq; sibi se fecerit ipsum.
Nil falsum, aut mēdax, diuina uocabula fingunt.
Qui pater est, gignendo pater, tum filius ex hoc
Filius, autore ut genitus quod sit patre summo,
Sūmus & ipse tn̄, nec enim minor, aut pr̄e dispar
Vnde in utroq; operis forma indiscreta, nisi oēm
Vim maiestatis patriæ generosus haberet
Filius, idq; deus genitor quod filius esset.
Pergunt ulterius scrutantes, quid sit idipsum,
Gignere, si fas est humanos tendere sensus
Vsq; ad secretum, quod tempora cuncta, diesq;
Præuenit antiquos, & principium super ipsum
Eminet, & quodcunq; potest homo quęrere trāsit
Quum sit difficilis uia noscere principiorum
Semina, cui dabitur mortali exquirere, quid nā
Vltra principium deus egerit? aut quo pacto
Aediderit uerbum, quod principio caret omni?
Hoc solum scimus, quod traditur esse deus, quem
Non genitus genitor generauerit, unus & unum,
Integer integrum, non cœptum, sed tamen ortū,
Et comperpetuū patris, retro sed patre natum.
Sed nec decisus pater est, ut pars patris esset
Filius extendens nec se substantia tractim
Produxit, minuitve aliquid de numine pleno.
Dum mutata nouum procudit portio natum,
Non conuertibilis, nec demutabilis unquam
Est deus, aut gignēdo aliquid sibi detrahit, atqui
Totus & ex toto deus est, de lumine lumen.

Quando autẽ lumen sine lumine, quãdo refulgẽs
Lux fulgore caret, quando est ut proditus ignis
Ignem deminuat, quando pater, & deus, & lux,
Non lucis deus, & pater est: qui si pater olim
Non fuit, & serum genuit post tempora natum,
Fit nouus, inq; nouũ ius proficit, absit ut unquã
Plenus proficiat, qui non eget incremento.
Et deus, & genitor, lumenq;, & gloria semper
Ille fuit, nec post sibi contulit, ut pater esset.
Sic fit ut æternum credamus cũ patre Christum,
Illo autore satum, cui nullus præfuit autor.
Hæc tu si dubitas nati mysteria Christi
Perdite, catholica non es de plebe, sed unus
De grege thurifero uenerator Deucalionum
Deuotus cippo, ficulni & stipitis unctor.
Quin potius scrutare dei signacula in ipso
Fonte uetustatis, percurre scrinia primi
Scriptoris, quẽ nõ Bardus pater, aut auus Augur
Fabula nec ueteris famæ, nec garrula nutrix,
Nec sago clangore loquax, & stridula cornix
Rem docuere dei, sed coràm proditus ipse,
Ipse deus trepidum mortalem mitis amico
Imbuit alloquio, seq; ac sua summa retexit.
Nimirum meminit scriptor doctissimus illo
Orbis principio non solum, nec sine Christo
Informasse patrem facturæ plasma nouellæ.
Fecit, ait, condens hominem deus, & dedit olli
Ora dei, quidnam est aliud, quàm dicere, solus
Non erat? atq; deo deus adsistebat agenti,
Quum dominus faceret dñi sub imagine plasma?
Christ⁹ forma patris, nos Christi forma & imago
Condimur in faciem domini bonitate paterna,
Venturo in nostram faciem post sæcula Christo.
Possum multa sacris exempla excerpere libris
Ne refugis, quæ te doceant, non in patre solo
Vim

Vim maiestatis positam, sed cum patre Christum
Esse deum uelut ille ait genealogus idem,
A domino dominus flammas pluit in Sodomitas.
Quis dominus? de quo domino? si solus ab arce
Syderea spectat pater, aut ardescit in iras?
Filius armatam domini patris ignibus iram
Spargebat dominus, sunt unum fulmen utraque.

ADVERSVS IVDAEOS.

HAec si Iudaicos sic intellecta rigassent
Auditus, stupidas ut*posset tãgere fibras *aut
Audissent dominũ uirtutũ, qui pereuntes
Venerat ut seruaret oues, sed ab auribus omnis
Fluxerat ornatus, caput & iam coctile Bahal
Finxerat, auriculasq́ suo spoliarat honore,
Dux populi peccantis adest de monte corusci
Luminis, alloquioq́ dei, tabulasq́ tremendo
Incisas digito, cæca ad tentoria defert.
Sed cadit in faciem plebs non uisura profundæ
Legis in effigie scriptum per enigmata Christum
Infelix quæ luce oculos præstricta pauentes
Texerit, & presso faciem uelarit amictu.
At nos*reiecto Christum uelamine coràm detecto
Cernimus, atq; deum uultu speculamur aperto.
Nec sub lege graui depressa fronte iacemus,
Sed legis radium sublimi agnoscimus ore,
Heu frondosa prius ramis felicibus arbor,
Pinguibus heu quondam radix oleagina baccis,
Ecce tibi inserto reuirescit nunc oleastro
Truncus, & externi uestitur cortice libri,
Iam miserere tui, non*se syluestris oliui *sis
Surculus, exultans alieno stipite iactat. (amaro
Sed monet ut generis proprij memor, unguine
Contristare comas desuescas, stirpe nec imo

Inuidias, missis in celsa cacumina uirgis.
Blasphemas dominũ gens ingratissima Christũ.
Pascha tuum dic, dic cuius de sanguine festum
Tam solenne tibi est? quis tandem cæditur agnus
Anniculus sacer ille tibi redeuntibus annis?
Sed sacer, in pecude stultum est sic credere sacrum
Sanguine balantis summos contingere postes,
Lasciuire choris, similaginis azymon esse,
Quum fermentati turgescant crimine mores.
Non sapis imprudens nostrũ te effingere pascha?
Legis & antiquæ præductis pingere sulcis,
Omne sacramentum retinet, quod passio uera,
Passio quæ nostram defendit sanguine frontem.
procellis Corporeamq; domum signato conlinit ore.
Hanc fugit exclusis Aegytia plaga *flagellis,
Hæc regis Pharij regnum ferale resoluit,
Deq; potestátis mundanæ grandine densa
Eripit Abraham cum stirpe & gente fideli.
Abrahæ genus est uerum, cui sanguis in ore
Creditur, inscriptusq; rubet cui uisus in orbe,
Haud dubitãte fide deus est, deus ex patre uerus.
Ille deum uidit, uisum mox credidit. At tu
Posteritas carnis, carnaliter omnia cernens,
Carnis opus sub lege geris, quam spiritus implet
Interior, nec enim lex cœlo carnea fluxit
ferta Quam tu carne colis, sed Christo *fixa, meamq;
Spem paritura utero, quã spẽ nisi numinis almũ
Limen, & aduentum domini quẽ uiderat Abrę
Prima fides, nostrisq; pater promiserat olim
Perspiciendum oculis, & legis uoce probandum:
Nec solum legis, nam quæ iam littera Christum
Non habet, aut quæ non scriptorũ armaria Chrĩ
Laude referta, nouis celebrant miracula libris?
Hebræus pangit stilus, Attica copia pangit,
Pangit & Ausoniæ facundia tertia linguæ.

Pila-

Pilatus iubet ignorans, tu scriba tripictis
Digere uersiculis, quæ sit suffixa potestas,
Fronte crucis titulus sit triplex, triplice lingua.
Agnoscat Iudæa legens, & Græcia norit,
Et uenerata deum percenseat aurea Roma.
Quicquid in ęre cauo reboās tuba curua remugit
Quicquid ab arcano uomit ingēs spiritus haustu,
Quicquid casta chelis, quicquid testudo resultat.
Organa disparib⁹ calamis quod consona miscent,
Aemula pastorum quod reddunt uocibus antra,
Christum cōcelebret, Christum sonet, oīa Chr̄um
Muta etiam fidibus sanctis animata loquantur.
O nomen prædulce mihi lux, & decus, & spes,
Præsidiumq́ꝫ meum, requies ô certa laborum,
Blādus in ore sapor, flagrās odor, inriguus fons,
Castus amor, pulchra species, syncera uoluptas.
Si gens surda negat sibi tot præconia de te,
Tam multas rerum uoces, elementaq́ꝫ tantæ
Nuncia lætitiæ, stolidas intrare per aures,
Audiat insanum bacchantis +energia monstri, energi
Quod rabidus clamat capta inter uiscera dęmō,
Et credat miseranda suis torquetur Apollo
Nomine percussus Christi, nec fulmina uerbi
Ferre potest, agitāt miserum tot uerbera linguæ,
Quod laudata dei resonant miracula Christi.
Intonat Antistes domini, fuge callide serpens.
Exue te membris, & spiras solue latentes,
Mancipium Christi fur corruptissime uexas.
Desine, Christus adest, humani corporis ultor,
Non licet ut spolium rapias, cui Christus inhęsit.
Pulsus abi uentose liquor, Christus iubet, exi.
Has inter uoces medias Cyllenius ardens
Eiulat, & notos suspirat Iuppiter ignes.
Ecce Gerassenos legio ruit effera porcos,
Et post multiplices busti sub rupe catenas,

Pœnarum gemitus longis grunnitibus ædit.
Clamarat, sed ab ore hominis: cognoscimus Iesu
Nate deo, nate sceptris & germine Dauid,
Quis sis, quid uenias, qua nos uirtute repellas
Nouimus, aduentusq; tui terrore iacemus.
Hæc Iudæa tuas uox non peruenit ad aures?
Peruenit, mentem sed non penetrauit egenam
Lucis, & à primis foribus disclusa refugit.
Audijt aduentum domini, quem solus Hiberi
Vesper habet roseus, & quē nouus excipit ortus,
Laxauit Scythicas uerbo penetrante pruinas
Vox euāgelica, Hircanas quóve feruida brumas
Soluit, ut exutus glacie iam mollior amnis
Caucasea de cote fluat Rhodopeius Hebrus.
Mansueuêre Getæ, feritasq; cruenta Geloni
Lacte mero sitiens exanguia pocula miscet,
Libatura sacros Christi de sanguine potus.
Nouit & Athlantis pridem plaga perfida Mauri
Dedere crinitos ad Christi altaria reges,
Ex quo mortalem pręstrinxit spiritus aluum,
Spiritus ille dei deus, & se corpore matris
Induit, atq; hominem de uirginitate creauit.
Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra,
Non tripodas Cortyna regit, nō spumat anhelus
Fata Sibillinis fanaticus ædita libris.
Perdidit insanos mendax Dodona uapores,
Mortua iam mutæ lugent oracula Cumæ,
Nec respōsa refert Lybicis in Syrtibus Ammō,
Ipsa suis Christum capitolia Romula mœrent,
Principibus lucere deum, destructaq; templa
Imperio cecidisse ducum, iam purpura supplex
Sternitur Aeneadæ rectoris ad atria Christi,
Vexillumq; crucis summus dominator adorat.
Principibus tamen è cunctis non defuit unus
Me puero, ut memini, ductor fortissimus armis.

Conditor

Conditor & legum, celeberrimus ore manuq́;,
Consultor patriæ, sed non consultor habendæ
Relligionis, amans ter centum millia diuûm.
Perfidus ille deo, quanuis non perfidus urbi,
Augustum caput ante pedes curuare Mineruæ
Fictilis, & soleas Iunonis lambere plantis,
Herculis aduolui, genua incuruare Dianæ.
Quin & Apollineo frontem submittere gypso,
Aut Pollucis equum suffire ardentibus extis,
Fortè litans Hecaten, placabat sanguine multo.
Pontificum festis ferienda securibus illic
Agmina uaccarum steterant, uitulasq́; reuincta
Fronte coronatas umbrabat torta cupressus,
Iamq́; insertato reserabat uiscera cultro,
Vittatus de more senex, manibusq́; cruentis
Tractabat trepidas lethali frigore fibras,
Postremosq́; animæ pulsus in corde tepenti
Callidus interpres numeris & fine notabat.
Quũ subito exclamat media inter sacra sacerdos
Pallidus: En quid ago? maius rex optime maius,
Nescio quod numen nostris interuenit aris,
Quàm sufferre queant spumantia cimbia lacte,
Cæsarum sanguis pecudum, Verbena, coronæ,
Accitas uideo longe dispergier umbras.
Territa Persephone uertit uestigia retrò
Extinctis facibus tracto fugitiua flagello.
Nil agit arcanum murmur, nil Thessala prosunt
Carmina, turbatos reuocat nulla hostia manes.
Nónne uides ut thuribulis frigentibus ignis
Marceat? ut canis pigrescat pruna fauillis?
Ecce Palatinus pateram retinere minister
Non ualet, elisa destillant balsama dextra.
Flamen & ipse suas miratur uertice laurus
Cedere, & incertum frustratur uictima ferrum.
Nescio quis certe subrepsit Christicolarum

Hic iuuenũ, genus hoc hoim tremit infula, & offe
Puluinar diuûm, lotus procul absit, & unctus.
Pulchra reformatis redeat Proserpina sacris.
Dixit, & exanguis conlabitur ac uelut ipsum
Cerneret exerto minitantem fulmine Christum.
Ipse quoq; ex animis posito diademate princeps
Pallet, & astantes circumspicit: ecquis alumnus
Chrismatis inscripto signaret tempora ✝ligno?
Signo Qui zoro astreos turbasset fronte susurros.
Armiger è cuneo puerorum flauicomantum
Purpurei custos lateris deprenditur unus.
Nec negat, & gemino gemmata hastilia ferro
Proijcit, ac signum Christi se ferre fatetur.
Prosiluit pauidus deiecto Antistite princeps
Marmoreum fugiens nullo comitante sacellum,
Dum tremefacta cohors, dñiq; oblita, supinas
Erigit ad cœlum facies, atq; inuocat Iesum.
Iam ne piget facti? iam pœnitet, en tibi Christum
Infelix Iudæa deum, qui sabbata soluens
Terrea, mortales æterna in sabbata sumpsit.
Gentibus emicuit, præfulsit regibus, orbem
Possidet, imperij dominam sibi credere Romam
Compulit, & simulachra deûm Tarpeia subegit.
Disce tuis miseranda malis, quo uindice tandem
Vana superstitio, lex & carnaliter acta
Plectatur, cuius uirtus te proterat ultrix.
Destructo ne iacent Salomonia saxa metallo
Aedificata manu, iacet illud nobile templum?
Cur iacet? artificis quia dextra solubilis illud
Cementum struxit, resolubile iure solutum est,
Et iacet in nihilum quoniam redit omne polutũ,
Quod fieri recipit, recipit quandoq; perire.
Si nostrũ contrà quod sit uis discere templum,
Est illud, quod nemo opifex fabriliter aptans
Composuit, quod nulla abies, pinúsve dolata
Texuit

Texuit, exciso quod nunquam marmore creuit.
Cuius onus nullis fultum sublime columnis
Fornice curuato tenui super * arce pependit: arte
Sed uerbo factum domini, non uoce sonora,
Sed uerbo quod semper erat, uerbū caro factū est
Hoc tēplum æternū est, hoc finē nō habet, hoc tu
Expugnare uolens, flagris, cruce, felle petisti,
Destructum iacuit pœnis uexantibus, esto:
Matris enim ex utero, q̊d destrueretur, habebat.
Sed q̊d morte breui materna ex parte solutū est,
Maiestate patris uiuum lux tertia reddit.
Vidistis angelicis comitatum cœtibus alte,
Ire meum cuius seruor munimine templum,
Illius æternæ suspendunt culmina portæ,
Ac per inaccessas scalarum gloria turres
Tollitur, & gradibus lucet uia candida summis.
At tua congestæ tumulant holocausta ruinæ:
Quid mereare Titus docuit, docuere rapinis
Pompeianæ acies, quibus extirpata per omnes
Terrarum, pelagiq; plagas tua membra ferūtur.
Exiliis uagus huc illuc flaitantibus errat
Iudæus, postquam patria de sede reuulsus,
Supplicium pro cæde luit, Christiq; negati
Sanguine respersus commissa piacula soluit.
En quo priscorum uirtus defluxit auorum?
Seruit ab antiquis delapsa fidelibus hæres
Nobilitas, sed iam non nobilis, illa recentem
Suspectat captiua fidem: uis tanta nouellæ
Crudelitatis inest, Christum confessa triumphat
Gens infida prius, Christi sed uicta negatrix
Subditur imperio, dominos sortita fideles.

CONTRA HOMVNTIONITAS.

SVnt qui Iudaico cognatum dogma furori
Instituunt, media Christum ratione secuti,
Hoc tantū, quod uer' homo est, at cęlitus illū
Adfirmant

Adfirmant non esse deum, pietate fatentur,
Maiestate negant, morum pro laude sacratum
Concelebrant, adimunt naturæ summa supernæ,
Omne opus egregium, per quod solertia pollens
Emicat, ingenij est, aut roboris, illud acuto
Corde uiget, duris excellet uiribus istud,
Mortale est sed utrunq; homini, nã cana senescũt
Ingenia, & ualidos consumunt sæcla lacertos.
Hæc nos in domini uirtute, & laude perenni
Non sequimur sequimur nullo quod semine terrę
Germinat immundum, quod non de labe uirili
Sumit principium, tener illum seminat ignis,
Nõ caro, nec sanguis patrius, nec fœda uoluptas
Intactam thalami uirtus diuina puellam
Syncero afflatu per uiscera casta maritat,
Incomperta ortus nouitas, iubet ut deus esse
Credatur Christus sic conditus, innuba uirgo
Nubit spiritui, uitium nec sentit amoris.
Pubertas signata manet, grauis intus & extra
Incolumis, florens de fertilitate pudica,
Iam mater, sed uirgo tamen, maris inscia mater.
Quid renuis? qd inane caput nõ credule quassas?
Angelus hoc sancto pronunciat ore, placet ne
Credere? & angelicis aurem referare loquelis?
Ipsa coruscantis monitum sacra uirgo ministri
Credidit, atq; ideo concepit credula Christum:
Credentes nam Christus adit, dubitabile pectus
Sub titubante fide, refugo contemnit honore.
Virginitas, & prompta fides Christum bibit aluo
Cordis, & intactis condit paritura latebris
Crede quod emissus solio patris angelus infit,
Vel si concretus liquidam de sydere uocem
Non capit auditus, mulier quid coniuge prægnãs
Clamet anus credens, & tandem sobrius audi.
Mira fides, utero puer interceptus anili

Virgineum

Virgineum dominum materno ex ore salutat,
Primus & infantem non natus nuntiat infans,
Iam nostrum uagire sibi, nam pusio nondum
Norat & ora deo reserabat garrula Christo.
Promite secretos fastos, date, pandite librum
Euomuit spirante deo quem sanctus Esaias,
Percensere libet, calamiq; reuoluere sulcos,
Sydereis quos illa notis manus aurea duxit.
Ite hinc, dum rutilos apices submissus adoro,
Dum lachrymās ueneror, dūq; oscula dulcia figo,
Gaudia cōcipiunt lachrymas, dāt gaudia fletum,
Aduenit promissa dies, quam dixerat iste
Adfore uersiculus, quum uirgo puerpera teste
Haud dubie sponso, pacti cui cura pudoris
Aedidit, Emanuelq; meum me cernere fecit.
Est ne deus iam noster, homo uersatur & adstat
Nobiscum, nomenq; probat, uersumq; uetustis
Obscurum sæclis præsenti inluminat ore.
Est ne deus cuius cunas ueneratus Eous
Lancibus auratis regalia fercula supplex
Virginis ad gremium pannis puerilibus offert.
Quis tam pennatus, rapidoq; simillimus Austro
Nuntius, Auroræ populos, atq; ultima Bactra
Attigit, inluxisse diem lactantibus horis,
Qua tener innupto penderet ab ubere Christus?
Vidimus hunc, aiunt, puerum per sydera ferri,
Et super antiquos signorum ardescere tractus,
Diriguit trepidans Chāldæo in uertice pernox
Astrologus, cessisse Anguem, fugisse Leonem,
Cōtraxisse pedes lateris manco ordine cancrum
Cornibus infractis domitum mugire Iuuencum,
Sydus & Hircinum laceris marcescere uillis.
Labitur hinc pulsus puer Hydrius, inde sagittæ
Palantes Geminos fuga separat, improba uirgo
Prodit amatores tacitos in fornice mundi.

Quiq;

Quiq; alij horrificis pendent in nubibus ignes,
Luciferum timuere nouum, rota lurida solis
Hæret, & excidium sensit iam iamq; futurum,
Seq; die medio uelandam tegmine glauco,
Splendoremq; poli periturum nocte diurna
Orbe repentinus caput obnubente tenebris
Hunc ego non cumulem, myrrhęq;, & thuris & auri
Muneribus? scio quem uideam, quæ dona rependam,
Hunc ego non uenerer? qui cœlo uisus, humiq;
Inuentus rex atq; deus moderatur utrunq;,
Naturæ speciem, tumuloq; inferna refringens
Regna, resurgentes secum iubet ire sepultos,
Cœlum habitat, terris interuenit, abdita rumpit
Tartara, uera fides deus est, qui totus ubiq; est.
Nunquid uana uiros, aut mens, aut lingua fefellit?
Nunquid fortuitis frustrantia dona dederunt
Casibus? aut cæco uotum sub honore dicarunt?
Quæ porrò causa, aut ratio submittere colla
Ante pedes Mariæ, puerìq; crepundia parui
Si tantum mortalis erat, nec summa potestas
Implebat teneros diuinis flatibus artus?
Sed iam tolle Magos, thus, aurum, myrrhea dona,
Quæ uerum docuere deum, præsepia, pannos,
Matris adoratum gremium, face syderis ardens,
Ipsa deum uirtus factorum, & mira loquantur,
Insanos uideo subito mitescere uentos.
Quum iubeat Christus, uideo luctantia magnis
Aequora turbinibus tranquillo marmore tendi
Imperio Christi uideo calcatus eundem
Quum patitur gurges tergum solidante liquore.
Ipse super fluidas plantis nitentibus undas
Ambulat, & presso firmat uestigia fluctu,
Increpat ipse notos, & flatibus otia mandat,
Quis iubeat sæuis Aquilonibus, ite, silete,
Carceribus uestri, amploq; facessite ponto,
Sit nisi cœlipotens aquilonum conditor idem?
Ninguidus agnoscit Boreas, atq; imbrifer Eurus
Nimborum dominum, tempestatumq; potentem,
Excitamq; hyemem uerrunt ridente sereno,
Quis pelagi calcarit aquas? quis per uada glauca

Gressi-

Greſsibus impreſsis ſpaciatus triuiris udum
Non ſubmerſus iter, ſola pendulus, & pede ſicco,
Aequoreæ niſi factor aquæ? qui ſpiritus olim
Ore ſuperfuſus patrio uolitabat in undis
Nondum diſcretis, nec certo littore clauſis,
Suſtinuit greſſum domini, famulus liquor, ac ſe
Mobilitate carens ſolidos ſubſtrinxit ad uſus. axx
Quid diuerſa dei memorem facta inclyta Chriſti?
Altius inſpecta qua maieſtate negator
Haud dubitans hominem, tute ipſe fatebere numen.
Inleuit cæcos oculos, & lumina limo
Reddidit, humectam ſacro ſputamine terram
Contrectans digitis, luteum medicamen operta
Nox habuit, tenebras obducta uligo remouit.
Inſuper oſtendit quónam caligo lauacro
Expurganda foret, uarijs ſyloa refundit
Momentis latices, nec fluctum ſemper anhelat:
Sed uice diſtincta largos lacus accipit hauſtus.
Agmina languentum ſitiunt ſpem fontis auari,
Membrorum maculas puro abluitura natatu.
Certatim interea roranti pumice raucas
Expectant ſcatebras, & ſicco margine pendent.
Hoc limum iubet impoſitum de fonte lauari
Chriſtus, & infuſa uultum ſplendeſcere luce.
Norat enim limo ſeſe informaſſe figuram
Ante tenebroſam, proprij medicamen & oris
Adieciſſe nouo, quem primum finxerat Adæ.
Nam ſine diuino domini perflamine ſummi
Arida terra fuit, nulli prius apta medelæ,
Sed poſtquam liquidus cœleſtis ſpiritus ore
Virgineam reſperſit humum, medicabilis illa eſt.
Inde trahit ſuccum, lentoq; humore ſalutem
Inlinit, infunditq; diem baptiſmate lota.
Cæcus adeſt oculis iam Chriſti ex ore retectis,
Seq; luto & nitidis lucem ſumpſiſſe fluentis
Clamat, & autorem ſtupefacta per oppida monſtrat,
Autorem lucis, largitoremq; dierum
Non dedignatum medicæ purgamina aquai
Corpore ſub proprio monſtrare errantibus ęgris.
Millibus ex multis pauciſsima quæq; retexam,

Summa-

Summatim relegens, totus quæ non capit orbis.
Quinque in deserto panes iubet, & duos pisces
Adponi in pastum populis, qui forte magistrum
Non reuocante fame stipabant undique septum,
Immemoresque cibi, uicos, castella, macellum,
Oppida, mercatus, & conciliabula & urbes
Respuerant, largo contenti dogmate uesci.
Multa uirûm strato feruent conuiuia fœno,
Centenos simul accubitus iniere sodales,
Seque per innumeras infundunt agmina mensas.
Pisciculis iam crede deum saturanda duobus,
Et paucis crescente cibo per fragmina crustis
Ambesis dapibus cumulatim aggesta redundant
Fercula, bissenos micarum molibus implent
Post cœnam cophinos, crudus conuiua resudat
Congeriem uentris, gemit & sub fasce minister
Quis cumulare potest epulas in grandia paruas?
Quis, nisi qui corpus pastumque corporis omnem
Condens, ex nihilo nulla existente creauit
Mundum materia? non sicut sculptor ab æris
Rudere decoctam consuescit fingere massam.
Sed deus omnipotens orbem sine semine finxit,
Nil erat omne quod est, nil id procedere & esse,
Atque nouum fieri, mox & grandescere iussum est.
Paruum de nihilo primum fuit, addita paruo
Incrementa modis auxerunt omnia plenis.
Ergo ego cum uideã manibus sic crescere Christi
Parua alimẽta hominũ, possum dubitare ꝑ ipsum
Exiguas rerum species, elementaque mundi
Ex nihilo primũ modica, & mox grandia sensim
Creuisse, ex modicis quæ consummata uidemus.
Ac ne post hominum pastus calcata perirent,
Néve relicta lupis aut uulpibus, exiguis ve
Muribus in prædam nullo custode iacerent,
Bis sex appositi, cumulatim qui bona Christi

Seruarent

Seruarent grauidis procul ostentata canistris.
Sed quid ego hæc autem titubanti uoce retexo.
Indignus qui sancta canam? procede sepulchro
Lazare, dic cuius uocem tellure sub ima
Audieris, quæ uis penetrauerit * intima lethi. abdita
Quod cũ te Christus penitus nigrante profundo
Immersum uocat, ut redias, ceu proximus audis,
Nec remoratus ades, quæ tam uicina Charybdis
Regna tenebrarum tenui distantia fine
Coiungit superis? ubi Tenera tristia uasto
In præceps deiecta Chao? latebrosus & ille
Amnis inexpletis uoluens incendia ripis.
Ante fores tumuli, quas saxa immania duro
Obice damnarant, scopulis substructa cauatis
Stat dominus nomen'q; ciet frigentis amici.
Nec mora, funereus reuolutis rupibus horror
Euomit exequias gradiente cadauere uiuas.
Soluite iam lætę redolentia uincla sorores,
Solus odor sparsi spiramen aromatis efflat,
Nec de corporeo nidorem sordida tabo
Aura refert, oculos sanie stillante solutos
Pristinus in speculũ decor excitat, & putrefactas
Tincta rubore genas paulatim purpura uestit.
Quis potuit fluidis animã suffundere membris?
Nimirum qui membra dedit, qui fictilis uluæ
Perflauit uenam madidam, cui tabida gleba
Traxit sanguineos infecto humore colores.
O mors auritis iam mitis legibus, ô mors
Surda prius, iam docta sequi * quacunq; iubetur. quæcunq; iubentur
Cui tantum de te licuit? conuicta fatere
Esse deum solum qui me tibi præripit Iesum.
Abde negatores Christi, nemo inuidet, abde,
Vtere sorte tua blasphemis nocte tenendis,
Perpetuam plebem iustorum capta resolue,
Qui norunt hominẽ atq; deum sic dicere Christũ

Vt uerus summusq; deus mortalia gestet.
Ipse gerit, quod struxit opus, nec ferre pudescit
Factor quod peperit, corpus loquor, atq; aię uim
Finxerat hoc digitis, animam sufflauerat ore,
Totū hominē deus adsumit, quia totus ab ipso est
Et totum redimit quē sumpserat, omne reducēs
Quicqd homo est, istud tumulis, ast illud abysso.

DE NATVRA ANIMAE.

OCcurrit dubitans hic dissertator, & illud
Obijcit, an ne fides caput, ut substātia flāte
Inspirata deo cruciatum sentiat, atq;
Inferni petat ima poli, barathroq; coquatur.
Crede animam non esse deum, sed crede creatis
Maiorem cunctis, ipsam quoq; crede creatam.
Formata est nanq; ore dei, quæ non erat ante,
Sed formata habitu pulcherrima, pictaq; rebus
Diuinis, & plena deo, similisq; creanti,
Non tamen ipsa deus, quoniā generatio non est,
Sed factura dei est, solus de corde parentis
Filius emicuit, uerus deus ille, sed istud
Conlatum est animę subito, ut quę nō erat, esset.
Ille coæternus patri est, & semper in ipso est,
Nec factus, sed natus, habet quodcūq; paternū est
Hæc similis uelut umbra dei est, sic ipse loquutus
Factor, utroq; hominē meditās de figmine iunctū
Aedificare sui similem, sed non habet umbra
Quod corpus solidū, cuius imitatio in umbra est,
Atq; aliud uerum est, aliud simulatio ueri.
quia Est similis, seclis + quod non consumitur ullis,
Quod sapiens, iustiq; capax, reginaq; rerum
Imperat, ante uidet, perpendit, præcauet, infit,
Verborum morumq; opifex, instructaq; mille
Artibus, & cœlum sensu percurrere docta.

His

His animam similem sibi conditor effigiauit, (est
Cętera dissimilē, quippe hāc cōprēdere promptū
Quā modus & species determinat, at deus ingēs
Atq; superfusus trans omnia, nil habet in se
Extremum, ut claudi ualeat, sensuve teneri,
Incomprensa manet uirtus, cui linea desit
Vltima, quam spacium non mensurabile tendit.
Ergo animam factam, magno & factore minorē,
Maioremq; alijs, atq; omnibus imperitantem,
Corruptela putris nascentem turbida carnis
Concipit, ac membris tabentibus interfusam
Participat de fece sua, fit mista deinde
Peccandi natura luto cum simplice flatu:
Sed fortasse animam domini, quia fluxit ab ore
Compositam factámq; neges, uelut ipsa dei pars,
Quod dictu scelus est, tetras trahat oblita culpas
Et pressum damnata ruens chaos intret opertum
Sit res illa dei non abnuo, pars tamen illa
Haud quāq̄ dicenda dei est, quæ tempore cœpit,
Nec prior, aut senior, q̄ primū plasma putāda est
Tunc etenim factam uideo, cum cordis amici
Intrauit germana domum, limiq; recentis
Hospita, & ipsa recens fraterna sedit in aula.
Illa quidem flatus domini est, sed spiritus, & uis
Non est plena dei, tanto moderamine missa,
Quanto flans uoluit flandi seruare tenorem.
Est impossibile spectare profunda Sabaoth,
Sed speculum deitatis homo est, in corpore discas
Rem non corpoream sollers interprete Christo,
Qui patrem propriū mortali in corpore mōstrat
Perspice q̄ uarios fundamus ab ore uapores,
Spiramus quoties animæ sufflabilis auras,
Nunc flatum tepidum calor exhalatus anhelat,
Rorantes nebulas udis de faucibus efflans,
Quum libet in gelidum flabrali frigore uentum

Spiritus exiſtit tenuis, & ſibilat aër.
Adde & diſtinctum quem muſica tibia flatum
Concipit, aut ille eſt preſſo modulamine parcus,
Aut tumidum largo ſublimat flamine bombum,
Aut raucos frangit modulos, aut lene ſuſurrat,
Aut exile trahens ſonitus producit acutos,
Aut murmur tenerum ſublidit uoce minuta.
Hæc quum te uideas mortali in corpore poſſe,
Cur non æternum potuiſſe infundere credas
Qualē aīam uoluit? præſcriptis quā quia cōdens
Efflauit fuditq; modis, ſic facta neceſſe eſt.
Deniq; multa ſapit, ſed non ſapit omnia noſtræ
Vis animæ, certum ſapere, ac prænoſcere iuſſa.
Iā cui certus ineſt modus, & cui noſſe negatū eſt
Omnia factura eſt, nā cōdita, & aucta probatur.
Collige de ſimili ſitne hæc factura, creauit
Nempe manus domini corpus mortale, lutumq;
Compoſuit digitis, nunquid manus articulatim
Eſt digeſta dei? nunquid uolæ? nūquid & ungues
Claudere flexibiles? patulam ſeu tendere palmā?
Iſta figura manus noſtræ eſt, quā non habet in ſe
Incircunſcriptus dominus, ſed tradita forma eſt,
Humanis quæ nota animis daret intellectum:
Vt per corpoream ſpeciem plaſmaſſe feratur
Corporis effigiem, ſic eſt plaſmata uiciſſim
Flatu incorporeo res flabilis, oris & eſſe
Fertur opus, tenuis per quod conſtructa refulſit.
Forma animæ, atq; rudi factā ſe munere ſenſit.
Si non eſt factura manus caro noſtra, nec oris
Eſt factura anima, flatu & ſpiramine cœpta,
Inq; locū deducta aliquē, nanq; omne quod hora
Natalis profert, locus accipit, & locus ullus
Quod cohibere poteſt, modicū eſt, nec in oīa fuſū
Et quod tam modicum eſt, ut certa ſede locetur,
Iam titubare poteſt, & quod titubauerit, intra
Naturam

Naturam uitij est, uitiosum denique tristem
Reicit in pœnam, deus hoc mihi credite non est
Aut si maiestas animæ est, ostendite quid sit,
Quod lapsam Christiq́ inopē noua grā* mundat. inundat
Spiritus & sanctus baptismate iustificatam
Nobilitat, famulæq́ decus quod defuit, addit.
Quod quia præstatur meritis, meritisq́ negatur,
Absurde fertur deus, aut pars esse dei quæ
Diuinum summumq́ bonum de fonte perenni
Nūc bibit obsequio, nūc culpa aut crimine perdit
Et modo supplicium recipit, modo libera calcat,
Miraris peccare animam, quæ carne coactam
Sortita est habitare domum, cum peccet & ipse
Angelus hospitium qui nescit adire caducum,
Cratis tabifluæ peccat, quia factus & ipse est,
Non genitus, quocunq́ modo sit factus, id unus
Scit factor dominus, factum mihi credere sat sit,
Solus labe caret peccati conditor orbis,
Ingenitus, genitusq́ deus, pater, & patre natus,
Solus & exceptus tormentum admittere triste
Inuiolatus agit, nec quicquam sentit acerbi,
Exortem dic esse animam crucis, atq́ doloris,
Si culpæ immunem, uacuamq́ à crimine nostri,
Quæ peccare ualet, ualet & succumbere pœnæ.
Ipsa quidem syncera fuit dum conditur olim
Quæ conlata rudem fecit uiuescere limum:
Vtpote de liquido naturæ semine primos
Accipiens habitus, superoq́ expressa sereno.
Sed mox ut grauido iussa est innectier aruo,
Suauibus inlecebris nimium blandita refrixit,
Deq́ uolutabris pretiosum polluit ignem,
Dum transgressa dei positum fas improba calcat
Hæc prima est natura animę sic condita simplex,
Decidit in uitium per sordida fœdera carnis
Exin, tincta malo peccamine principis Adæ

Infecit genus omne hominũ quod pullulat inde,
Et tenet ingenitas animarum infantia in ortu
Primi hoīs maculas, nec quisq̃ nascitur insons.
Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis
Transfundi in sobolem credatur fons animarum
Sanguinis exemplo, cui texta propagine uena est
Non animas animæ pariunt, sed lege latenti
quod Fundit opus natura suum, * quo paruula anhelẽt
Vascula, uitalisq; adsit scintilla coactis,
Quæ quamuis infusa nouũ penetret noua semper
Figmentum, uetus illa tamen de crimine auorum
Ducitur, illoto quoniam concreta ueterno est.
Inde secunda redit generatio, & inde lauatur
Naturæ inluuies, iterumq; renascimur intus
Perfusi, utueterẽ splendens anima exuat Adam.
Quæ quia materiam peccati ex fomite carnis
Consociata trahit, nec non simul ipsa sodali
Est incentiuum peccaminis, implicat ambas
Vindex pœna reas, peccantes mente sub una,
Peccandiq; cremat socias cruciatibus æquis:
His crucibus Christus nos liberat, incorruptæ
Matris, & innocui gestator corporis unus
Naturam pœnæ expositam, sed non uitiorum
Naturam expositam contactibus induit Iesus.
Atq; ideo pœnæ nil debuit, intemeratus,
Fraude carens, omni culparum aspergine liber.
Quid peccatorum prosapia corpore in illo,
Quid Christi in membris peccati sæua satelles
Pœna ageret? qd mors hoī sine crimine posset?
Nimirum cassis conatibus, & sine neruis
Concideret sterilis peccati fomite nullo.
Mors alitur culpa, culpam qui non habet, ipso
Pastus defectu mortem consumit inanem.
Sic mors in domini cõsumpta est corpore Christi,
Sic perijt solitum dum non habet arida pastum.

Suspice

Suſpice quapropter ſolum inculpabile numen,
Virtutem patris, & Chriſti, & iam deſine noſtrę
Inuidiam cõflare animæ, quod ſit deus, aut quod
Portio parua dei, quum Chriſto abſcidere quicq̃
Et reſecare deo parem, uel carpere tantum
Numen non liceat, plenum ſibi ſemper & in ſe.

ADVERSVS PHANTASMATIcos qui Chriſtum negant uerum hominis corpus habuiſſe.

EST operę pretiũ nebuloſi dogmatis umbrã
Prodere, quã tenues atomi cõpage minuta
Inſtituunt, ſed caſſa cadit, uentoq; liqueſcit
Aſsimilis, fluxu nec ſe ſuſtentat inani.
Aërium manicheus ait, ſine corpore uero
Peruolitaſſe deum, mendax, phantaſma cauumq;
Corporis effigiem nil contrectabile habentem,
Ac primum ſpecta an deceat quicq̃ ſimulatum
Adſignare deo, cuius mera gloria falſi
Nil recipit, membris hic ſe fallacibus aptans
Fingeret eſſe hominem uentoſa ſubdolus arte?
Mentitus toties, quum diceret, inueteratis
Do ueniam morbis, ſimul & peccata remitto.
Filius eſt hominis, peſtem qui pellere carnis
Et ſcelerum nexus laxare & ſoluere poſsit:
Surge ualens, ſurge innocuus, iam tolle grabatũ,
Filius hoc hominis iubeo, dignus ne uidetur
Qui teſtis ſibi ſit, ſeq; ac ſua carnea norit?
Quid, cum diſcipulos hominis quid filius eſſet
Paſſurus, fido iam præſcius ore monebat?
Nonne fatebatur ſecum uirtute +paterna superna
Eſſe hominem uerum? quod ſi non, credo fefellit.
Si natura dei quæ ſit Manichee requiris,
Omne quod eſt, uerũ eſt, nã ſi mendoſus agit qd,
Nec deus eſt, mendum diuinus non capit uſus.

Obiicis æterno domino, quod lubricus ad nos
Venerit, adsimulans aliud quàm uerus habebat.
Obmutesce furor, linguam canis improbe morde
Ipse tuam, lacero consumens uerba palato.
Latranti obsistet Matthæus, rabiemq́ꝫ refellet,
Qui notat omne genus carnalis stirpis, adusqꝫ
Corporeum Christum, per sex septena uirorum
Nomina descendens, & uenam sanguinis alti
Ex Atauis longo texens per stemmata filo.
Septimus hebdomadæ uenit superaddere sextæ,
Hunc numerũ Christus, placidũ qui cõficit annũ
Cuncta remittentem contractibus inlaqueata
Multimodis, hominẽq́ꝫ hominis de morte leuantẽ
Imperfectus enim limus mortalis erat tunc,
Vir solus perfectus adest, atqꝫ integer Iesus,
Cui nihil ex septem septenis defuit, ex quo
Perficeret mortale genus uirtute perenni.
Hic ille est nobis qui septima sabbata complet,
Vt caro nostra deo tandem sociata quiescat,
Quam bis terna malis uexabant sabbata noxis,
Curramus notis gradibus, regumq́ꝫ sequamur
Progeniẽ, Christum inuenies de carne parentum
Effluxisse hominum, qui sit de semine Dauid,
Stirpe recensita numerandus sanguinis hæres.
germine Quid cũ sanctiloquus reuoluto * sanguine Lucas
Sursum uersus agit seriem, scandente nepotis
Corpore, perq́ꝫ atauos cursum relegente uetustos
Septenos decies conscendit Christus in ortus,
Et duo: nam totidem doctores misit in orbem:
Descensos nascendo gradus redeundo retexit
Actus ad usqꝫ apicem terreni corporis Adam.
Inde parens deitas recipit sua, nostraq́ꝫ mistim,
Fitq́ꝫ dei summi per Christum filius Adam.
Restat ut aëriam pingas ab origine gentem,
Aërios proceres, Leuin, Iudam, Simeonem,

Aërium

Aërium Dauid, magnorum corpora regum
Aëria, atq; ipsam fœcundæ uirginis aluum
Aëre fallaci, nebulisq; & nube tumentem.
Vanescat sanguis perflabilis, ossa liquescant
Mollia, neruorum pereat textura uolantum.
Omne quod est gestum notus auferat irritus auræ
Dispergant tenues, sit fabula quod sumus omnes,
Et quid agit Christus si me nõ suscipit? aut quem
Liberat infirmum, si dedignatur adire
Carnis onus, manuũq; horret monimenta suarũ?
Indignum ne putat luteum consciscere corpus?
Qui non indignum quondam sibi credidit ipsum
Pertractare lutum, quum uas componeret aruo,
Nondum uiscereo, sed inertis glutine limi
Impressoq; putres sub pollice duceret artus.
Tantus amor terræ, tanta est dilectio nostri.
Dignatur præpinguis humi cõprendere mollem
Diuinis glebam digitis, nec sordida censet
Hærentis massæ contagia, iusserat ut lux
Confieret, facta est ut iusserat, omnia iussu
Imperitante nouas traxerunt ædita formas.
Solus homo emeruit domini formabile dextra
Os capere, & flabro deitatis figmine nasci,
Quorsum igitur limo tanta indulgentia nostro
Contigit ut domini manibus tractatus honora
Arte sacer fieret, tactu iam nobilis ipso?
Decrerat quoniam Christum deus incorrupto
Admiscere solo, sanctis quod fingere uellet
Dignum habuit digitis, & charũ condere pignus.
Destituit natura quidem destructa coactæ
Telluris formam, mortiq; obnoxia cessit,
Sed natura dei nunquam soluenda, caducam
Tellurem nostro uitiatam primitus usu
Esse suam uoluit, ne iam uitiabilis esset.
Christus nr̃a caro est, mihi soluitur & mihi surgit,

Soluor

Soluor morte mea, Christi uirtute resurgo,
Quum moritur Christus, cũ flebiliter tumulatur,
Me uideo, è tumulo quum iam remeabilis adstat
Cerno deum, si membrorũ phantasma meorũ est,
Et phantasma dei est, mẽdax in utraque necesse est
Sit Christus specie, si Christus fallere nouit.
Si non uerus hõ est, quẽ mors hoĩem probat ipsa,
Nec uerus deus est, operis quem gloria prodit
Esse deum, uel crede mori; uel adesse refelle,
Et gemina uerum Christum ratione negato.
Nam quid magnificum, si non est mortuus Iesus?
Et redit illa dei uirtus memorabilis est, ut
Occisus redeat superis, surgatque sepultus.
Quisque deum Christum uult dicere, dicat eundem
Esse hominem, ne maiestas sua fortia perdat.

DE RESVRRECTIONE carnis humanæ.

NOsco meum in Christo corpus consurgere quid me
Desperare iubes? ueniã quibus ille reuenit
Calcata de morte uijs, quod credimus, hoc est,
Et totus ueniam, nec enim minor, aut alius quàm
Nunc sum restituar, uultus, uigor, & color idem
Qui modo uiuit, erit, ne me uel dente, uel ungue
Fraudatum reuomet patefacti fossa sepulchri.
Qui iubet ut redeam, non reddet debile quicq̃.
Nam si debilitas redit instauratio non est,
Quod casus rapuit, q̊d morbus, q̊d dolor hausit,
Quod truncauit edax senium populante ueterno
Omne reuertenti reparata in membra redibit.
Debet enim mors uicta fidẽ, ne fraude sepulchri
Reddat curtum aliquid, q̃uis iam curta uorarit
Corpora, debilitas tamen & uiolentia morbi
Virtus mortis erat, reddat quod particulatim
Sorbuerat, quodcunque modo ne mortuus omnis

Non redeat, si quid pleno de corpore desit.
Pellite corde metũ mea mẽbra, & credite uosmet
Cum Christo reditura deo, nam uos gerit ille
Et secum reuocat, morbos ridete minaces,
Inflictos casus contemnite, & atra sepulchra
Despuite, exurgens quô Christus prouocat, ite.

FINIS.

AVRELII PRVDENTII CLEMENTIS,

Viri consularis, Hamartigenia, id est, de Origene peccatorum.

Carmen est Iambicum senarium Acatalecticum monocolon, habens locis imparibus Spondæum, Anapæstum, Iambum, Tribrachum, hoc modo:

∪– ∪– –– ∪– –∪ ∪–

PRAEFATIO.



FRatres ephebi fossor & pastor
 duo
Quos fœminarum prima pri
 mos procreat, (ctibus,
Sistunt ad arã de laborum fru
Deo sacranda munerum pri-
 mordia,
Hic terrulentis, ille uiuis fungitur,
Certante uoto discrepantes immolant,
Fœtum bidentis alter, ast alter scrobis.
Deus minoris comprobauit hostiam.
Reiecit illam, quam parauit grandior,

Vox

Vox ecce summo missa persultat throno,
Cain quiesce, nanque si recte offeras,
perta Oblata nec tu lege recta diuidas,
Peruersa nigram uota culpam traxerint.
Armat deinde parricidalem manum
Frater, probatæ sanctitatis æmulus,
Germana curuo colla frangit sarculo,
Mundum recentem cæde tingit impia,
Sero expiandum iam senescentem sacro
Cruore Christi, quo peremptor concidit,
Mors prima cœpit innocentis uulneris,
Cessit deinde uulnerato innoxio.
Per crimen orta, dissoluta est crimine,
Abel quod ante perculit, Christum dehinc.
Finita & ipsa est, finis exortem petens.
Ergo ex futuris prisca cœpit fabula,
Factoq; primo res notata est ultima,
Vt ille mortis inchoator rusticus,
Insulsa terræ deferens libamina,
Deumq; rerum mortuarum deputans
Rastris redacta digna sacris crederet.
Viuentis atrox æmulator hostiæ.
Agnosco nempe quem figura hæc denotet,
Quis parricida, quis peremptor inuidus
Prauè sacrorum disciplinam diuidit,
Mactare dum se uota senset rectius
Marcion arui forma corruptissimi,
Docet duitas discrepare à spiritu
Contaminatæ dona carnis offerens,
Et segregatim numen æternum colens,
Qui si quiescat, nec monentem negligat,
Pacem quietam diligat germanitas,
Vnum atq; uiuum fassa uiuorum deum.
Hic se caduco dedicans mysterio,
Hic qui caduci rem laboris offerens

Summam

Summam profanus diuidit substantiam,
Malum bonumq́ ceu duorum separans
Regnum diuorum, sceptra committit duo,
Deum esse credens quem fatetur pessimum,
Cain cruentus, unitatis inuidus,
Nundicolonus, immolator squalidus,
Cuius litamen sordet, & terram sapit,
Terram caduci corporis, uenam putrem,
Humore denso conglobatam, & puluere,
Natura cuius fraude floret fertili,
Fœcunda fundens noxiorum crimina,
Animæq́ uitam labe carnis enecat,
Caro in sororem tela mentem dirigit,
Mens *inlecebro uentilatur ebrio, in cerebro
Ex quo furores succulentos colligit
Madens ueneno corporis lymphatico.
Deum perennem findit in duos deos
Audet secare numen insecabile,
*Cadet peremptor denegans unum deum, Cain
Cain triumphat morte fratris alitus.

ADVERSVS MARCIONITAS qui duos esse deos affirmant.

Carmen heroicum, dactylicum.

QVò te præcipitat rabies tua perfide Cain?
Diuisor blaspheme dei? tibi cõditor unus
Non liquet, & bifidæ caligãt nubila lucis.
Insyncera acies duo per diuortia semper
Spargitur, in geminis uisum frustrata figuris.
Terrarum tibi forma duplex obludit, ut excors
Diuiduum regnare deum super æthera credas.
Bina boni atq; mali glomerat discrimina sordens
Hic mundus, domino sed cœlum obtẽperat uni.

Non

Non idcirco duos retinent cœlestia reges,
Quod diuûm sint opera humanas agitãtia curas:
Exterior terrenus homo est, qui talia cernens
Conijcit esse duo uariarum numina rerum,
Dum putat esse deum, qui praua effinxerit olim,
Et qui recta itidem condens induxerit, ambos
Autumat esse deos natura dispare summos.
Quæ tandem natura potest +consistere duplex?
constare Aut regnare diu? quam fons diuisus ab arce
biformis Separat, alternaq; apicum ditione recidit.
Aut unus deus est, rerum cui summa potestas,
Aut+q̃ iam duo sunt, minuuntur dispare summo,
quia Porrò nihil summum, nisi plenis uiribus unum,
Distãtes quoniam proprium dum quisq; reuulso
Vindicat imperio, nec summa, nec oĩa possunt
Ius uarium non est plenum, quia non habet alte.
Quicquid dispar habet, cumulũ discretio carpit.
Nos plenum sine parte deum testamur, & unum.
In quo Christus inest, idẽ quoq; plenus & unus,
Qui uiget, & uiguit super omnia, quiq; uigebit,
Participem nullum conlato fœdere passus,
Summa potestatum, simplex dominatio rerum.
Virtutum sublime caput, fons unicus orbis
Naturalis apex, generisq; & originis autor
Ex quo cuncta fluunt, & lux, & tempora & anni,
Et numerus, qui post aliquid dedit esse secũdum,
Vnus enim princeps numeri est, nec dinumerari
Tantum unus potis est, sic cũ pater, ac deus alter
Non sit, item Christus non sit genitore secũdus,
Anterior numero est cui filius unicus uni est,
Ille deus, meritóq; deus, quia primus & unus,
In uirtute sua primus, tum primus in illo
Quẽ genuit, qd enim differt generatio simplex?
Vnum semper erit gignens, atq; unus ab uno
Ante Chaos genitus, numeróq; & tempore liber.
Quis

Quis dixisse duos rem maiestate sub una
Regnantem, propriamq́ sibi, retroq́ perennem
Ausit? & unius naturæ scindere uires?
Nunquid adoptiuũ genitor sibi sumpsit, ut alter
Externi generis numerum præstare duorum
Debeat, & geminum distans inducere numen?
Forma patris ueri uerus stat filius, ac se
Vnum rite probat, dum formam seruat eandem,
Non amor adscitus sociat, nec iungit utrunq;
Coniurata fides, pietas, sed certa genúsq;
Vnum, quod deus est, summã reuocatus ad unam.
Hæc tibi Marcion uia displicet, hæc tua damnat
Secta fidem, dominis cœlum partita duobus.
Quæ te confundunt nebulæ? quis somnus inerti
Incubat ingenio? cui per phantasmata duplex
Occurrit species, biuio dispersa superno.
Si uim mentis hebes stupor obsidet, aspice saltẽ
Obuia terrenis oculis elementa, quibus se
Res occulta dei dignata est prodere signis.
Hanc hæresin præsaga patris præuiderat olim
Maiestas fore, quæ rectorem lucis & orbis
Scinderet in partes, geminatum segrege regno.
Idcirco specimen posuit spectabile nostris
Exemplumq́ oculis, ne quis duo numina credat
Imperitare uagas mundi per inania formas.
Vna per immensam cœli caueam resolutos
Præbet flamma dies, rexit sol unicus annum,
Triplex ille tamen nullo discrimine, trina
Subnixus ratione uiget, splendet, uolat, ardet,
Motu agitur, feruore cremat, tum lumine fulget,
Sunt tria nempe simul, lux, & calor, & uegetamẽ,
Vna eadémq; tamen rota syderis indiscreti
Fungitur his, uno seruat tot munera ductu.
Et tribus una subest mistim substantia rebus,
Non conferre deo uelut æquiparabile quicquã
Ausim

Ausim, nec domino famulum componere signũ:
Ex minimis sed grande suum uoluit pater ipse
Coniectare homines, quibus ardua uisere nõ est.
Paruorum speculo non intellecta notamus,
Et datur occultum per proxima quęrere uerum.
Nemo duos soles nisi sub glaucomate uidit,
Aut si fusca polum suffundit palla serenum,
Oppositus quoties radiorum spicula nimbus
Igne repercusso mentitos spargit in orbes.
Sunt animis etiam sua nubula crassus & aër,
Est glaucoma, aciẽ quod tegmine uelat aquoso,
Libera ne tenerum penetret meditatio cœlum,
malefida Néve deum rapidis comprendat sensibus unum.
Spargitur in bifidas*malesana intentio luces,
Et duplices geminis autoribus extruit aras.
Si duo sunt igitur, cur non sunt multa deorum
Millia? cur numero deitas contenta gemello est?
An non in populos dispersa examina diuûm
Fundere erat melius, mũdumq; implere capacem
Semideis passim nullo discrimine monstris?
Qui fera barbaries perituros mactat honores,
Dissona discretum retinent si numina cœlum.
Conuenit & nebulis, & fontibus, & reboanti
Oceano, & syluis, & collibus, & speluncis,
Fluminibus, uentis, fornacibus atque metallis
Adsignare deos proprios, sua cuiq; iura
Vel si gentiles sordet uenerarier umbras,
deos Et placet esse*duos sceptris socialibus æquos,
Dic age quis terras ditionis sorte retentet?
Quis regat æquoreas æterna lege procellas?
Ede cohæredum distinctum ius dominorum,
Vnus, ais, tristi residet sublimis in arce,
Autor nequitiæ, scelerum deus, asper, iniquus,
Qui, quodcunq; malum uitioso feruet in orbe,
Sæuit, & anguineo medicans noua semina succo,

Rerum principium mortis de fomite traxit.
Ipse opifex mundi, terram, mare, sydera fecit,
Condidit ipse hoiem, lutulenta & mēbra coēgit,
Effigiās quod morbus edat, quod crimine multo
Sordeat, informi tumulus quod tabe resoluat.
Ast alij pietatis amor, placidumq; medendi
Ingenium, recreans homines, mortalia seruans,
Testamenta duo fluxerunt principe utroq;
Tradidit iste nouum melior, uetus illud acerbus.
Hęc tua Marcion grauis, & dialectica uox est.
Imò hæc attoniti phrenesis manifesta cerebri.
Nouimus esse patrem scelerū, sed nouimus ipsum
Haud quaq̄ tamen esse deum, quin imo gehennæ
Mancipium, stygio qui sit damnandus auerno.
Marcionita deus tristis, ferus, insidiator,
Vertice sublimis, cinctum cui nubibus atris
Anguiferum caput, & fumo stipatur & igni.
Liuentes oculos subfundit felle perusto.
Inuidia impatiens iustorum gaudia ferre,
Hirsutos iuba densa humeros, errantibus hydris
Obtegit, & uirides allambunt ora cerastæ.
Ipse manu laqueos per lubrica fila reflexos
In nodum reuocat, facilíq; ligamine tortas
Innectit pedicas, neruosq; in uincula tendit.
Ars olli captare feras, animalia bruta
Inretire plagis, retinacula deniq; cæcis
Indeprensa locis erranti opponere præde.
Hic ille est uenator atrox, qui cæde frequenti
Incautas animas non cessat plectere Nebroth.
Qui mundum curuis anfractibus, & syluosis
Horrentem scopulis, uersuto circuit astu.
Fraude alios, tectisq; dolis innectere adortus.
Porrò giganteis alios luctando lacertis
Frangere, funereas, late exercere triumphos.
Improba mors quid non mortalia pectora cogis?

Ipse suam (pudet heu contempto principe uitæ)
Perniciem ueneratur homo, colit ipse cruentum
Carnificem, gladijq́ aciem iugulandus adorat.
In tantum miseris peccati nectare captis
Dulce mori est, tãta in tenebris de peste uoluptas
Qui mala principio genuit, deus esse putatur,
Quiq́ bona infecit uitijs, & candida nigris.
Par furor illorum, quos tradit fama dicatis
Consecrasse deas Febrem Scabiemq́ sacellis.
Inuentor uitij non est deus. Angelus illud
Degener infami conceptum mente creauit.
Qui prius Augustum radiabat sydus, & ingens
Ex nihilo splendor nutrito ardebat honore:
Ex nihilo nam cũcta retro, factũq́ quod usq̃ est
At non ex nihilo deus, & sapientia uera
Spiritus & sanctus, res semper uiua, nec unquam
Cœpta, sed aërios etiam molita ministros.
Horum de numero quidam pulcherrimus ore,
Maiestate ferox, nimijs dum uiribus auctus
Inflatur, dum grande tumens sese altius effert,
Ostendatq́ suos licito iactantius ignes,
Persuasi proprijs genitum se uiribus, ex se
Materiam sumpsisse sibi, qua primitus esse
Inciperet, nasciq́ suum sine principe cœptum.
Hinc schola subtacitã meditatur gignere sectã,
Quę docet è tenebris subitum micuisse tyrannũ,
Qui uelut æterna latitans sub nocte retrorsum
Vixerit & tecto semper regnauerit æuo.
Aemulus, ut memorant, opera ad diuina repente
Corrumpenda, caput caligine protulit atra.
Hoc ratio sed nostra negat, cui non licet unam
Infirmare fidem, sacra quæ tradita libro est.
Nil ait absq́ deo factum, sed cuncta per ipsum.
Cuncta, nec est alius quisquam ni factus ab ipso,
Sed factus de stirpe bonus, bonitatis in usum

Proditus

Proditus,& primo generis de fonte serenus,
Deterior mox sponte sua, dum decolor illum
Inficit inuidia, stimulisq; instigat amaris:
Arsit enim scintilla odij de fomite zeli,
Et dolor ingenium subitus conflauit iniquum.
Viderat argillam, simulachrum & structile flatu
Concaluisse dei dominum quoque conditioni
Qui cunctū ꝓprior regeret moderamine mūdum
Impositum, natura soli, pelagiq;, poliq;
Vt famulās homini locupletem fundere partum
Nosset,& effusum terreno addicere regi,
Inflant fermento animi stomachante tumorem
Bestia, deq; acidis uim traxit acerba medullis,
Bestia +sorde carens, cui tunc sapientia longi corde
Corporis enodem, seruabat recta iuuentam
Complicat ecce nouos, sinuoso pectore nexus,
Inuoluens nitidam spiris torquentibus aluum
Simplex lingua prius, uaria micat arte loquendi,
Et discissa dolis resonat sermone trisulco.
Hinc natale caput uitiorum, principe ab illo
Fluxit origo mali, qui se corrumpere primum
Mox hominē didicit, nullo informante magistro.
Vltimus exitium subuerso præside mundus
Sortitur, mundiq; omnis labefacta supellex.
Non aliter q̄ cùm incautum spoliare uiantem
Fortè latro digressus ꝑdę prius immemor ipsum
Ense ferit dominum, pugnæ, nodumq; moramq;,
Quo pereunte trahat capatiuos uictor amictus,
Iam non obstanti locuples de corpore prædo,
Sic hominis subiecta domus, ditissimus orbis
Scilicet in facilem domino peccante ruinam
Lapsus, herile malum iam tunc uitialibus hausit.
Tunc lolium, lappasq; leues per adultera culta
Ferre malignus ager, glebis male pinguibꝰ ausus
Triticeam uacuis segetem uiolauit auenis.

Tunc etiam innocuo uitulorum sanguine pasci,
Iamq; iugo edomitos rictu laniare iuuenco
Occiso pastore truces didicere leones,
Necnon & querulis balatibus irritatus
Plenas nocte lupus studuit perrumpere caulas.
Omne animal diri callens solertia furti
Imbuit,& tortos acuit fallacia sensus.
Quanuis maceries florentes ambiat hortos,
Sepibus & densis uallentur uitea rura,
Aut populata rodit gēmantia germina bruchus,
populatur Aut auibus discerpta feris lacerabitur uua.
edis Quid loquar herbarum fibras, medicāte ueneno
Tinctas,lethiferi fudisse pericula succi?
Noxius in teneris sapor æstuat ecce frutetis,
Quum prius innocuas tulerit natura cicutas,
Roscidus & uiridē qui uestit flos Rhododaphnē
Pabula lasciuis dederit syncera capellis,
Ipsa quoq; appositum distructo fœdere certo
Transcendunt elementa modū,rapiūtq;, ruuntq;
Omnia legirupis quassantia uiribus orbem,
Frangunt umbriferos Aquilonum prælia lucos,
Et cadit immodicis sylua extirpata procellis.
Parte alia uiolentus aquis torrentibus amnis
Transilit obiectæ præscripta repagula ripæ,
Et uagus euersis late dominatur in agris.
Nec tamen his tantam rabiem nascentibus ipse
Conditor instituit, sed laxa licentia rerum
Turbauit placidas rupto moderamine leges.
Nec mirum si membra orbis concussa rotantur.
Si uitijs agitata suis mundana laborat
Machina,si terras lues incentiua fatigat,
Exemplum datura hominum quo cętera peccent
& error Vita hominum,cui quicquid agit,uesania terror
Suppeditant,ut bella fremant, ut fluxa uoluptas
Diffluat, impuro feruescat ut igne libido,

Sorbeat

Sorbeat ut cumulos numorum faucibus amplis
Gurges auaritiæ, finis quam nullus habendi
Temperat, aggestis addentem uota talentis.
Auri nanque fames parto fit maior ab auro,
Inde seges scelerum, radix & sola malorum,
Dũ scatebras fluuiorũ omnes, & operta metalla,
Eliquat ornatus soluendi leno pudoris.
Dum uenas squalentis humi scrutatur inepta
Ambitio, scalpens naturæ occulta latentis,
Si quibus in foueis radiantes forte lapillos
Rimata inueniat, nec enim contenta decore
Ingenito, externam mentitur fœmina formam.
Ac uelut artificis domini manu imperfectum
Os dederit, quod adhuc res exigat, aut hiacynthis
Pingere+sculptilibus redimitæ frontis in arce. sutilibus
Colla uel ignitis syncera incingere sertis,
Auribus aut grauidis uirides suspendere baccas,
Nectitur & nitidis concharum calculus albens
Crinibus, aureolisque riget coma texta catenis
Tædet sacrilegas matrum percurrere curas
Muneribus dotata dei, quæ plasmata fuco
Inficiunt, ut figmentis cutis inlita perdat
Quod fuerat, falso non agnoscenda colore.
Hæc sexus malefortis agit, cui pectore in arcto
Mens fragilis facili uitiorum fluctuat æstu.
Quid? q̃d & ipse caput mulieris corporis, & rex
Qui regit inualidam propria de carne resectam
Particulam, quas cũ tenerum ditione gubernat,
Soluitur in luxum? cernas mollescere cultu
Heroas uitulos, opifex quibus aspera membra
Finxerat, & rigidos durauerat ossibus artus.
Sed putet esse uiros, quærunt uanissima quæque
Quis niteant, genuina lues, ut robora soluant
Vellere non ouium, sed Eoo ex orbe petitis
Romanũm spolijs fluitantes sumere amictus,

Gaudent,& durum scutulis perfundere corpus
Additur ars,ut fila herbis saturata recoctis
Inludant uarias distincto*stamine formas.
Vt quæq; est, lanugo fere mollissima tactu
Pectitur,hunc uideas lasciuas præpete cursu
Venantem tunicas,auium quoq; uersicolorum
Indumenta nouis texentem plumea telis:
Illum pigmentis redolentibus,& peregrino
Puluere fœmineas spargentem turpiter auras.

Omnia luxus habet nostræ uegetamina uitæ
Sensibus in quinq; statuens quæ condidit autor,
Auribus,atq; oculis,tum naribus atq; palato
Quæritur infectus uitiosis artibus usus.
Ipse etiam toto pollet qui corpore tactus,
Palpamen tenerum blandis ex fotibus ambit.
Proh dolor ingenuas naturæ occumbere leges,
Captiuasq; trahi regnante libidine dotes.
Peruersum ius oẽ uiget, dum quicquid habendũ
Omnipotens dederat, studia in contraria uertũt,
Idcirco ne rogo speculatrix pupula molli
Subdita palpebræ est, ut turpia semiuirorum
Membra theatrali spectet uertigine ferri,
Incestans miseros fœdo oblectamine uisus?
Aut ideo spirant,mediaq; ex arce cerebri
Demittunt geminas sociata foramina nares,
Vt bibat inlecebras male conciliata uoluptas?
Quas pigmentato meretrix iacit improba crine.
Num propter Lyricæ modulamina uana puellæ,
Neruorumq; sonos,& conuiuale calentis
Carmen,nequitiæ patulas deus addidit aures?
Perq; cauernosos iussit penetrare meatus
Vocis iter? nunquid madido sapor inditus ori
Viuit ob hanc causam,medicata ut fercula pigræ
Ingluuiẽ, * uegetamq; gulam ganeonis inescẽt?
Per uarios gustus instructa ut prandia ducat

Margin notes: *famine; *uetitãq;

In noctem? lasset'q; grauem sua crapula uentrem?
Quid durū, q̄d molle foret, quid lene, q̄d horrēs,
Quid calidū, gelidúm've deus cognoscere nosmet
Ad tactum uoluit palpandi interprete sensu.
At nos delitias*plumarum, & linea texta Palmaris
Sternimus, atq; cute fulcro attenuante polimus.
Felix qui indultis potuit mediocriter uti
Muneribus, parcúmq; modum seruare fruendi.
Quē locuples mūdi species, & amœna uenustas
Et nitidis fallens circunflua copia rebus
Non capit ut puerum, nec inepto addicit amori.
Qui sub adumbrata dulcedine triste uenenum
Deprendit latitare boni mendacis operto.
Sed fuit id quondam nobis sanctúmq;, bonúmq;
Principio rerum Christus quū conderet orbem.
Vidit enim deus esse bonū, uelut ipse Moyses
Historicus mundi nascentis testificatur.
Vidit, ait, deus esse bonum quodcunq; creauit,
Hoc sequar, hoc stabili conceptum mēte tenebo
Inspirante deo quod sanctus uaticinator
Prodidit, antiquæ recolens primordia lucis,
Esse bonum quicquid deus, & sapientia fecit.
Cōditor ergo boni pater est, & cū patre Christus
Nam deus, atq; deus pater, est & filius unum:
Quippe unum natura facit, quæ constat utriq;
Vna uoluntatis, iuris, uirtutis, amoris.
Non tamen idcirco duo numina, nec duo rerum
Artifices, quoniam generis dissensio nulla est.
Atq; ideo nulla est operis distantia, nulla
Ingenij, peperit bona omnia conditor unus.
Nil luteum de fonte fluit, nec turbidus humor
Nascitur, aut primæ uiolatur origine uenæ:
Sed dum liuentes liquor incorruptus harenas
Prælambit, putrefacta inter contagia sordet,
Nunquid equus, ferrum, taurus, leo, funis, oliuū,

In se nim sceleris quum formarentur habebant?
Quod iugulatur homo, nō ferrum causa furoris,
Sed manus est, nec equum uesania feruida circi
Autorem leuitatis habet, rapidive fragoris,
Mens uulgi rationis inops, non cursus equorum
Perfurit, infami studio perit utile donum,
Sic Lacedæmonicas oleo maduisse palæstras
Nouimus, & placidum seruire ad crimina succū.
Inde per aërium pendens audacia funem,
Ardua securis scandit proscenia plantis.
Inde foras uolucri temeraria corpora saltu
Transiliunt, mortisq; inter discrimina ludunt,
Sanguinis humani spectacula publicus ædit
Consessus, legesq; iubent uenale parari
Suppliciū, quo membra hoīm discerpta cruentis
Morsibus, oblectent hilarem de funere plebem.
Mille alia stolidi bacchantia gaudia mundi
Percensere piget, quæ ueri oblita tonantis
Humanum miseris uoluunt erroribus æuum.
Nemo animum summi memorē genitoris in altū
Excitat, ad cœlum mittit suspiria nemo:
Nec recolens apicem solij natalis ad ipsum
Respicit autorem, nec spem super aëra librat,
stertere Sed mentem grauidis contentus * sternere curis
Indigno subdit domino, perituraq; pronus
Diligit, & curuo quærit terrestria sensu.
capit Hoc pulchrū quod terra * parit, q̄d gloria cōfert
Lubrica, commendat quod perniciosa uoluptas,
Quod uelut excitus difflato puluere uentus
Præterit, exemplo tenuis quod trāsuolat umbræ
His ægras animas morborum pestibus urget
Prædo potens, tacitis quem uiribus interfusum
Corda bibunt hominum, serit ille medullitus oēs
Nequitias, spargitq; suos per membra ministros.
Nanq; illic numerosa cohors sub principe tali
Militat

Militat, horrendisq́ animas circumsidet armis,
Ira, superstitio, mœror discordia, luxus,
Sanguinis atra sitis, uini sitis, & sitis auri,
Liuor, adulterium, dolus, obtrectatio, furtum.
Informes horrent facies, +halituq́ minaces, habituq́
Ambitio uentosa tumet, doctrina superbit,
Personat eloquium, nodos fraus abdita nectit.
Inde canina foro latrat facundia toto.
Hinc gerit Herculeam uilis sapientia clauam,
Ostentatq́ suos uicatim gymnosophistas.
Inserat lapides fumosos idololatrix
Relligio, & surdis pallens aduoluitur aris,
Heu quãtis mortale premit gen⁹ improb⁹ hostis
Armigeris, quanto ferrata satellite ductor
Bella gerit, quanta uictos ditione triumphat.
Surgit in auxiliũ Chananeus, atq́ agmina denset
Casside terribilis setarum ponderamento
Concutiens dextrãq́ graui cum cuspide quassans
Ast alia de parte furens exercitus ardet
Regis Amorrhei, tum millia Gergeseorum
Effundunt aciem toto uolitantia campo:
Eminus hi feriunt, confligunt comminus illi.
Ecce Gebusaicæ feruent ad prælia turmæ,
Aurea tela quibus de sanguine tincta draconis
Mortifero splendore micant, radiantq́ micantq́.
Nec non terrificas pilis armare cateruas
Te Gethæe iuuat, sed gens Ferezea sagittis
Insultat uirtute pari, sed dispare ferro
Postremum cuneum rex promouet Aeueorum,
Squamosum thoraca gerens de pelle colubri.
His subnixa uiris scelerum peruersa potestas
Edomat inualidas mentes, quæ simplicitate
Indociles belliq́ rudes sub fœdere falso
Tristis amicitiæ primum socia agmina credunt,
Mãmoneamq́ fidem pacis sub amore sequuntur.

Mox faciles ad uincla rapi iuga dura uolentes
Addictis subeunt ceruicibus, & nebulonum
Spirituum iussis seruire ferocibus optant.
Ille super uacuis augens patrimonia fundis,
Finitimisq; inhians contempto limite agellis,
Ducitur innexus manicis, & mille catenis
Ante triumphales currus post terga reuinctus,
Nec se barbaricis addictum sentit habenis,
Hic qui uentosæ scandit fastigia famæ,
Inflatúrq; cauo pompæ popularis honore,
Qui summum, solidúmq; bonũ putat ambitionis
Crescere successu, præconum uoce trementes
Exanimare reos, miserorum in corpore fasces
Frangere, terribiles legum exercere secures,
In laqueum iam colla dedit, iam compede dura
Nectitur, & pedibus seruilia uincula limat.
Credite captiui mortales, hostica quos iam
Damnatos cohibent ergastula, quos famulatu
Pœnarum uirtus non intellecta coërcet.
Hæc illa est Babylon, hæc transmigratio nostræ
Gentis, & horribilis uictoria principis Assur,
Carmine luctifico quam deflens Hieremias,
Orbatam proprijs ululauit ciuibus urbem.
Num latet, aut dubiũ est animas de semine Iacob
Exilium gentile pati, quas Persica regna
Captiuas retinent, atq; in sua fœdera cogunt?
Illic natali desuescunt uiuere ritu,
Moribus & patrijs exutæ, in barbara iura
Degenerant, linguamq; nouã uestémq; sequuntur
Déq; profanato discunt sordescere cultu,
Nutricemq; abolent petulanti è pectore Sion.
Iam patriæ meminisse piget, iam mystica frangũt
Organa, & externi laudant anathemata regni.
Nónne fuit melius sæuum Memphitidis aulæ
Imperium tolerasse patres, penitusq; sinistris
Adsedisse

Adſediſſe focis? poſitos Pharaonis iniqui
Sub pedibus, limo & paleis ſeruire paratos,
Carnis & immodicæ ſpurco ructamine crudos?
Quo tantum auxilij per prodigialia ſigna
Effudit dominus populum dum forte rebellem
Seruat ope immerita, uinclis dum ſubdita colla
Soluit, & Aegyptum uirga ſerpente coërcet?
Quid iuuat æquoreum pelago ſedēte profundum
Puluerea calcaſſe uia, quum conſcia ponti
Saxa ſub ignota patuerunt prodita cœlo,
Aruit & medio ſitiens ſub gurgite limus?
Si uictor uirtute dei, mediaſq; tenebras
Luce columnari ſcindens exercitus olim,
Perdidit inuenti uallem botryonis opimam?
Si neſcit uerſare ſolum, cui melle perenni
Gleba fluens niueos permiſcet lactea riuos?
Si domitam Hierichon, lituis atq; ære canoro
Rurſus in antiquos patitur conſurgere muros?
Si * riuis reflui Iordanis pellitur, & iam — ripis
Deſerit ad ſcriptam dimenſa in iugera ſortem?
Deniq; ſi ſtructam tantis ſudoribus urbem,
Et quæ nubigenas tranſcendunt culmina nimbos
Defenſare nequit, ſi neſcit, quis lapis ille eſt
Hoſtibus obſiſtens, & inexpugnabile * turris — terris
Præſidiū, quē nō fragor hoſticus * arietis, aut quē — arietis uis
Vis impacta * quatit, non æris machina roſtro — *Concutit
Arietat inſiliens, nec ferrea uerbera quaſſant. — impacto
Angulus hic portæ in capite eſt, hic continet oēm — aut ærato
Saxorum ſeriem, conſtructaq; limina firmat, — machina,
Quem qui rite ſuis per propugnacula muris — roſtro
Nouerit inſertum, ſeq; ac ſua mœnia uallo
Præcingat triplici, celſa ſtans eminus arce
Fretus amore petræ, caſtis & peruigil armis.
Non illum regina Tyri, non accola magni
Euphratis Parthus rapiet, non decolor Indus

Tempora

Tempora pennatis redimitus nigra sagittis.
Quin si fulmineos cogens ad bella gigantes
Allophylus tua castra uelit delere tyrannus,
Tutus eris, nec te firma statione mouebit
Ipse Charon mundi, numen Marcionis ipse,
Qui regit aërio uanas sub sole tenebras,
Nam uanum quicquid sol aspicit, ex elementis
Cuncta solubilibus fluxoq́ꝫ creamine constant.
Fallo, creaturam nisi doctor Apostolus omnem
Subiectam uanis non sponte laboribus orsus
Periuro ingemuit miserans seruire latroni:
Errat, ait, qui luctamen cum sanguine nobis,
Et carne, & uenis feruentibus, & uitioso
Felle putat, calidisq́ꝫ animam peccare medullis.
Non mentē sua mēbra premūt, nec terrea uirtus
Oppugnat sensus liquidos, bellóve lacessit,
Sed cum spiritibus tenebrosis, nocte dieq́ꝫ
Congredimur, quorū dominatibus humidus iste
Et pigris densus nebulis obtemperat aër.
Scilicet hoc medium, cœlum inter, & infima terrę
Quod patet, ac uacuo nubes suspendit hiatu
Frena potestatum uariarum sustinet, ac sub
Principe Belial rectoribus horret iniquis.
His concluctamur prædonibus, ut sacra nobis
Oris apostolici testis sententia prodit.
Nemo habitum naturæ, aut irritamina peccāti
Corporis accuset, facile est frenare rebelles
Affectus carnis, nimiosq́ꝫ retundere pulsus
Materiæ fragilis, & uiscera uicta domare:
Quippe animus longe prestātior, utpote summo
Aethere demissus, subiectos si uelit artus
Imperio quassare graui, iussisq́ꝫ seueris
Dedere, regnanti domino uis nulla resistit.
Maior inest uis illa homini, quæ flatile uirus
Ingerit, & tenuem tenui ferit aëre mentem.

Parthica

Parthica non æque uentos transcurrit arundo,
Cuius iter nullus potis est comprendere uisus,
Præpes enim uolucris dū pēnis transuolat auras,
Improuisa uenit, nec stridor nunciat ante
Aduentum lethi, quàm pectoris abdita rumpit,
Securam* rapiens medicato uulnere uitam. penetrans
Sed magis alligera est, magis & medicata sagitta
Quam iacit umbrosi dominatio lubrica mundi,
Eludens ex cussa oculos, calamiq; uolantis
Præpete transcursu cordis penetralia figens.
Nec segnis natura animæ est, ut tarda cauendi
Vulneris, ignitum quoniam deus indidit olli
Ingenium, purum, sapiens, subtile, serenum,
Nobile, sollicitum, uelox, agitabile, acutum.
Factorem modo* facta suum ueneretur, & ipsi casta
Militet, ac uictum proculcet sobria mundum:
Nil de pestiferis opibus, aut falsificatis
Terrarum spolijs stulto oblectamine libans,
Nec sub fasce iacens alieno, & dedita regno
Non queat argutas hostis uitare sagittas.
Sed quid ego oē malū mūdiq; hoīmq; maligni
Hostis ad inuidiā detorqueo? quum mala nostra
Ex nostris concreta aīs, genus, & caput, & uim
Quid sint, quid ualeant, sumant de corde parēte?
Ille quidē fomes nostrorū, & causa malorum est.
Sed tantum turbare potest, aut fallere, quantum
Nos uolumus, qui decrepito suggesta Leoni
Armamenta damus, friget fera futile frendens,
Humani generis ni per suffragia gliscat.
Gignim⁹ omne malū, proprio de corpore nostro
Vt genuit Dauid, aliàs pater optimus, unum
Crimen Abessalon tetrum, pater ille, sed unum
Innocuas inter soboles genuit patricidam.
Ausus in autorem generis qui stringere ferrum,
Ah pietas, signis contraria signa paternis

Egit,& unius commisit sanguinis arma.
Nostra itidem duros urente propagine natos
Pectora parturiunt,uersis qui protinus in nos
Morsibus insuescunt gignentum uiuere pęnis:
Depopulantur enim nimium fœcunda parentum
Viscera,& interitu genitalis stirpis aluntur.
Progeniem uerum ille suam rex utpote summus,
Atq; dei uates,pariturę & uirginis autor,
Tristibus atq; pijs uariauerat,ut Salomonis
Frater Abessalon misceret crimina iustis
Pignoribus , dulcemq; domum turbaret amaris.
Nos dignum Salomone nihil,nos degener implet
Solus Abessalon lacerans pia uiscera ferro.
Si licet ex Ethicis quicquam præsumere, uel si
De physicis exempli aliquid,sic uipera (ut aiunt)
Dentibus emoritur fusæ per uiscera prolis.
Mater morte sua,non sexu fertilis,aut de
Concubitu distenta uterum , sed quum calet igni
Percita fœmineo , moriturum obscœna maritum
Ore sitit patulo,caput inserit ille trilingue
Coniugis in fauces , atq; oscula feruidus intrat,
Insinuans oris coitu genitale uenenum.
Nupta uoluptatis ui saucia,mordicus haustum
Frangit amatoris blanda inter fœdera guttur,
Infusasq; bibit caro pereunte saliuas.
His pater inlecebris consumitur,at genitricem
Clausa necat soboles,nam postq̃ semine adulto
Incipiunt calidis corpuscula parua latebris
Serpere,motatumq; uterum uibrata ferire,
Aestuat interno pietatis crimine mater,
Carnificemq; gemit damnati conscia sexus,
Progeniem septi rumpentem obstacula partus,
Nam quia nascendi nullus patet exitus,aluus
Fœtibus in lucem nitentibus excruciata
Carpitur,atq; uiam lacerata per ilia pandit.
Tandem

Tandem obitu altricis, prodit grex ille dolorum
Ingressum uitæ uix eluctatus, & ortum
Per scelus exculpens, lambunt natale cadauer
Reptantes catuli, proles dum nascitur orba
Haud experta diem, miseræ ni posthuma matri.
Non dispar nostræ conceptus mentis, ab ore
Vipereo infusum sic combibit illa uenenum
Coniuge Beliadæ, sic oscula deuorat haustu,
Interiusq; rapit, sic felle libidinis ardens
Impletur uitijs, perituro mista marito,
Tunc prægnans lethale genus concepta maligni
Fert opera ingenij, de semine complicis hydri,
Quem pœnis pensare prius sua facta necesse est
Corruptę pro stupro animæ, proq; orbe perẽpto,
Ipsam porrò animam crudelia uulnera carpunt
Mille puerperijs, soboles dum parturit, ex se
Contra naturam genitas, peccamina crebra
Scilicet, &* partos materno funere natos. pastos
Hinc illa est domini iusta obiurgatio Christi:
Nónne pater dæmon uos increpo peccatores
Concubitu carnis semen sitientis iniquum
Vos genuit? sanctum lector* percense uolumen, perquire
Quod loquor inuenies dominũ dixisse profanis
Vera obiectantem mortalibus, ex patre nam uos
Esse meo genitos, pietas* ait ipsa probaret, aut
Ac pietatis opus, proh cæca libido, quid hoc est?
Quod cũ se thalamis despõsam mens bona iustis
Nouerit, inq; *thronum regis nuptura uocetur, thorum
Et regis semper iuuenis, senio repulso
Diuinum decus æterno seruantis in ore,
Malit adulterium, *furuo & se munere uilem
Vendat nocticolæ spurcis complexibus Indi falso
Aspernata dei fusam per uirginis artus
Progeniem, dulcesq; uocans in fornice natos?
Sentio quam contra moueat pellacia litem,

Quo

Quo dente obnitens spinosa calumnia pugnet,
Nosq; lacessito uocet ad luctamina uero.
Si non uult deus esse malum, cur nō uetat, inquis,
Nil refert autor fuerit, factorq; malorum,
An ne opera in uitium sceleris pulcherrima uerti
Quum possit prohibere, sinat? q̊d si uelit omnes
Innocuos agere omnipotens, nec sancta uoluptas
Degeneret, nec se facto manus inquinet ullo.
Cōdidit ergo malum dominus, q̊d spectat ab alto
Et patitur, fieriq; probat, tanquam ipse crearit,
Ipse creauit enim, quod quum discludere possit,
Non abolet, longoq; sinit crassarier usu.
Damna aures pater alme meas, & claude meatus
Obrutescentis capitis, ne peruia tales
Concipiat flexura sonos, est perdere tanti
Extinctum uitæ officium de parte cerebri,
Immunē modo sese anima, expertemq; nefandi
Auditus felix, stolida conseruet ab aure.
Quis ferat hæc iniecta deo conuitia? qui se
Diuinis Meminit prçcellere nobilitatum
Muneribus? multa ut taceam, uel sola benignum
Res probat esse deū, uetiti q̊d amore peremptos
Excitat è tumulis homines, regniq; per æuum
Participes iubet esse sui: qui se foret autor,
Seruatorq; mali, nunquam post damna salutis,
Peccantumq; obitus, rediuiuam ferre medelam
Vellet & amissos opere instaurare secundo.
Labi hominis, seruare dei est: meritis perit iste,
Ille abolet pereuntis opus, meritumq; resoluit.
Argumentum ingens, dominum qui talia prçstet
Nolle malum, nec quod post abluit, ante probare
Inuito ne aliquis potis est peccare tonante?
Cui facile est in corde hominis componere sensus
Quos libeat, fibrasq; omnes animare pudicis
Pulsibus, & totum uenis infundere honestum.

Nescit

Nescis stulte tuæ uim libertatis ab ipso
Formatore datam? nescisq́ ab origine quanta
Sit concessa tibi famulo super orbe potestas?
Et super ingenio proprio, laxeq́ soluto
Iure *potestatis, liceat cui uelle, sequiq́ — uoluntatis
Quod placitum, nulliq́ animũ subiũgere uinclo?
An quum te dominum cunctis quæcunq́ crearat
Præficeret, mundumq́ tuis seruire iuberet
Imperijs, cũq́ arua, polũm, are, flumina, uentos
Dederet, arbitrium de te tibi credere auarus
Nollet, ut indigno libertatemq́ negaret?
Quale erat, electus magni rex orbis ut esset,
Non rex ipse sui, curto fœdatus honore.
Nam q̃s honos domini est, cuius mẽs libera nõ est
Vna, sed impositæ seruit sententia legi?
Quæ laus porrò hoĩs, uel q̃d meritum sine certo
Inter utranq́ uiam discrimine uiuere iuste?
Non fit sponte bonus, cui non est prõpta potestas
Velle aliud, flexosq́ animi conuertere sensus.
Atqui nec bonus est, nec conlaudabilis ille
Qui non spõte bonus, quoniam probitate coacta
Gloria nulla uenit, sordetq́ in gloria uirtus.
Nec tamen est uirtus, ni deteriora refutans
Emicet, & meliore uiam petat indole rectam.
Vade, ait ipse parens, opifexq́, & conditor Adæ,
Vade homo, & adflatu nostri prænobilis oris,
*Insubiecte, potens, rerum arbiter, arbiter idem, — Insubiecta
Et iudex mentis propriæ, mihi subdere soli
Sponte tua, quo sit subiectio, & ipsa soluto
Libera iudicio, non cogo nec exigo per uim,
Sed moneo iniustum fugias, iustumq́ sequaris.
Lux comes est iusti, comes est mors horrida iniq.
Elige rem uitæ, tua uirtus temet in æuum
Prouehat, æternum tua damnet culpa uicissim,
Præstet & alterutram permissa licentia sortem.

Hac pietate uigens, & tanto munere abundans,
Transit propositum fas, & lethalia prudens
Elegit, atq; uolens *magis utile dum sibi credit,
Quod prohibente deo persuasit callidus anguis,
Persuasit certe hortatu, non impulit acri
Imperio, hoc mulier rea criminis exprobranti
Respondit domino, suadelis se malefabris
Illectam suasisse uiro, uir & ipse libenter
Consensit, licuit ne hortantem spernere recti
Libertate animi? licuit, nanq; & deus ante
Suaserat, ut meliora uolens sequeretur, at ille
Spernens consilium sæuo plus credidit hosti.
Nunc inter uitæ dominum, mortisq; magistrum
Consistit medius, uocat hinc deus, inde tyrannus
Ambiguum, atq; suis se motibus alternantem.
Accipe gestarum monimenta insignia rerum,
Prçlusit quibus, historia spectabile signum.
Loth fugiens Sodomis ardentibus, omnia secum
Pignora chara domus properabat sede relicta
Nubibus urbicremis subducere, sulphure quũ *iam*
Nimboso ignitus cœlum subtexeret aër,
Flagrantemq; diem crepitans incenderet imber.
Angelus hanc hospes legem præscripserat ollis
Emissus uirtute dei sub imagine dupla:
Omnis ut è portis iret domus, utq; in apertum
Dirigeret constans oculos, nec ponè reflexo
Lumine regnantes per mœnia cerneret ignes.
Nemo memor Sodomæ, q̃ mũdi forma cremãdi
Vt semel è muris gressum promouerit, ore (est,
Post tergum uerso, respectet funera rerum.
Loth monitis sapiens obtemperat, at leuis Vxor
Mobilitate animi torsit muliebre retrorsus
Ingenium, Sodomisq; suis reuocabilis hæsit.
Traxerat Eua uirum diræ ad consortia culpæ.
Hæc peccans, sibi sola perit, solidata metallo

illud magis utile ferur.

Diriguit fragili, saxumq́ꝫ liquabile facta.
Stat mulier sicut steterat prius, omnia seruans
Caute, sigillati longum salis effigiata
Et decus, & cultum, frōtemq́ꝫ, oculosq́ꝫ comamq́ꝫ,
Vt flexam in tergum faciem, paulumq́ꝫ relata
Menta retro, antiquæ monimenta rigentia noxę.
Liquitur illa quidem salsis sudoribus uda,
Sed nulla ex fluido plenæ dispendia formæ
Sentit deliquio, quantumq́ꝫ armenta saporum
Attenuant saxum, tantum lambentibus humor
Sufficit, attritamq́ꝫ cutem per damna reformat.
Hoc meruit titulo peccatrix fœmina sisti,
Infirmum, fluidumq́ꝫ animum per lubrica soluens
Consilia, & fragilis iussa ad cœlestia, uoti
Propositum contra non commutabile seruat
Loth ingressus iter nec mœnia respicit, alto
In cinerem conlapsa rogo, populumq́ꝫ perustum,
Et mores populi, tabularia, iura, forumq́ꝫ,
Balnea, propolas, meritoria, templa, theatra,
Et circum cum plebe sua madidasq́ꝫ popinas.
Quicquid agūt homines Sodomorū, incēdia iustis
Ignibus inuoluunt, & Christo iudice damnant.
Hæc fugisse semel satis est, non respicit ultra
Loth noster, fragilis sed coniunx respicit & quæ
Fugerat, inuerso mutabilis ore reuisit,
Atq́ꝫ inter patrias perstat durata fauillas.
En tibi signatum libertatis documentum.
*Quod uoluit nos scire deus, quodcunq́ꝫ sequēdū
Sub nostra ditione sitū, passimq́ꝫ remissum (est
Alterutram calcare uiam, duo cedere iussi
De Sodomis, alter se præripit, altera mussat,
Ille gradum celerat fugiens, contrà illa renutat,
Liber utriq́ꝫ animus, sed dispar utriq́ꝫ uoluntas,
Diuidit huc illuc rapiens sua quenq́ꝫ libido.
Talem * multa sacris speciem notat orbita libris.

Quo

muta

Aspice Ruth gñis Moabitidis, & simul Orpham,
Illa socrum Noëmin fido comitatur amore,
Deserit hæc, atqui thalamis & lege iugali
Exutæ, Hebræisq; thoris, sacrisq; uacantes,
Iure fruebantur proprio, sed pristinus Orphæ
Fanorum ritus præputia barbara suasit
Malle, & semiferi stirpem nutrire Goliç.
Ruth dum per stipulas agresti amburitur æstu,
Fulcra Booz meruit, castóq; adscita cubili
Christigenam fœcunda domũ, & Dauidica regna
Aedidit, atq; deo mortales miscuit ortus.
Sepe egomet memini fratres geminos ad hiul-
Peruenisse simul biuiũ, nutante iuuenta, (cum
Et dubitasse diu bifido sub tramite quod nam
Esset iter melius, quum dextrum spinea sylua
Sentibus arctaret, scopulosáq; semita longe
Duceret aërium cliuoso margine callem.
At leuum, nemus umbriferum per amœna uireta
Ditibus ornaret pomis, & lene iacentem
Planicies daret ampla uiam squalentibus unum
Contentum spinis reptasse per ardua saxa.
Porrò alium campo sese indulsisse sinistro,
Illum syderibus caput immiscere propinquis,
Hunc in cœnosas subito cecidisse paludes.
Omnibus una subest natura, sed exitus omnis
Non unus peragit placitorum segrege forma.
Haud secus, ac si olim per sudum lactea fortè
Lapsa columbarum nubes descendat in aruum
Ruris frugiferi, laqueos ubi callidus auceps
Prætendit, lentóq; inleuit uimina uisco,
Sparsit & insidias siliquis, uel farre doloso,
Iniciunt aliàs fallentia grana, gulámq;
Innectunt auidam, tortæ retinacula setæ,
Molle uel implicitas gluten circumligat alas.
Ast aliæ quas nullus amor prolectat edendi,
Gressibus

Greßibus innocuis sterili spaciantur in herba,
Suspectámq; cauent oculos conuertere ad escam.
Mox ubi iam cœlo reuolãdum, pars petit æthram
Libera sydeream, plaudens super aëra pennis:
Pars captiua iacet, laceris & saucia plumis
Pugnat humi, & uolucres nequicq̃ suspicit auras
Sic animas cœli de fontibus unicolores
Infundit natura solo, sed suauibus istic
Deuinctæ inlecebris retinentur, & æthera paucę
Conscendunt reduces, multas uiscosus inescat
Pastus, & ad superas percurrere non sinit auras.
Præscius inde pater liuentia tartara plumbo
Incendit liquido, piceásq; bitumine fossas
Infernalis aquæ, furuo suffodit auerno,
Et Phlegetonteo sub gurgite sanxit edaces
Perpetuis scelerum pœnis inolescere uermes.
Norat enim flatu ex proprio uegetamen inesse
Corporibus nostris, animámq; ex ore perenni
Formatam non posse mori, non posse uicißim
Pollutam uitijs rursum ad conuexa reuerti,
Mersandam penitus puteo feruentis abyssi,
Vermibus, & flammis, & discruciatibus, æuum
Immortale dedit, senio ne pœna periret
Non pereũte anima, carpunt tormenta, fouentq́;
Materiem sine fine datam, mors deserit ipsa
Aeternos gemitus, & flentes uiuere cogit.
At diuersa procul regionibus in paradisi
Præmia constituit, maiestas gnara futuri
Spiritibus puris, & ab omni labe remotis,
Quiq́; Gomorrhęas non respexere ruinas,
Auersis sed rite oculis, post terga tenebras
Liquerunt miseri properanda pericula mundi,
Ac primum facili, referuntur ad astra uolatu:
Vnde fluensanima structum uegetauerat Adam.
Nam quia naturam tenuem decliuia uitæ

Pondera non reprimunt, nec tardat ferrea cõpes
Concretum celeri relegens secat aëra lapsu,
Exuperatq; polum feruens scintilla remensum,
Carcereos exosa situs, quibus hæserat exul.
Tunc postliminio redeuntem, suscipit alto
Cana fides gremio, tenerisq; oblectat alumnam
Delitijs, multos post diuersoria carnis
Ore renarrante querulo quos passa labores,
Illic purpureo latus exporrecta cubili
Floribus æternis spirantes libat odores,
Ambrosiumq; bibit roseo de gramine rorem,
Ast aliæ quas dira lues, errorq; malignus
Immersit tenebris, uastoq; obsedit auerno,
Haud impune pijs ah semet abesse fatentur
Concilijs, meritas ferre & per sęcula pœnas.
Quis patris antiqui aut ægri reuerentis abysso
Exclusis, mundiq; bonis cum morte potitis
Ditibus & longo fumantibus interuallo,
Fluminaq;, & totos cœli sitientibus imbres
Implorata, negat digitum insertare palato,
Flammarumq; apices humenti extinguere tactu.
Nec mirere locis longe distantibus inter
Damnatas, iustasq;, animas concurrere uisus
Conspicuos, meritasq; uices permagna notari
Interualla, polus medio quæ diuidit orbe.

DE INTEGRITATE VIsionis animæ.

ERat quisq; animas nostrorum sine oculorũ
Aestimat, inuoluit uitreo quos lucida palla
Obice, quis speculũ concreta coagula texũt,
Impediuntq; uagas obducto humore fenestras.
Num ne animarũ oculis denso uegetamine guttæ
Voluuntur teretes? aut palpebralibus extra
Horrescunt setis? cilióve umbrante teguntur?

Illis

Illis uiua acies, nec pupula parua, sed ignis
Traiector nebulæ, uasti & penetrator operti est.
Nil ferrugineum, solidúmve tuentibus obstat,
Nocturnæ cedunt nebulæ, nigrantia cedunt
Nubila, prætenti cedit teres area mundi.
Nec tantum aërios uisu transmittit hiatus
Spiritus, oppositos sed transit lumine montes,
Oceani fines, atque ultima littora Thyles
Transadijt, uolucresque oculos in tartara mittit.
Nostris nempe omnes pereunt sub nocte colores
Visibus, & cæco delentur tempore formæ.
Nunquid & * exuti membris, ac uiscere, perdunt exutæ
Agnitione notas rerum, uel gressibus errant?
Vna animas semper facies habet, & color unus
Aëris, ut cuique est meritorum summa, sinistri
Seu dextri, alternas nec commutabile tempus
Conuertit uariatque uices, longum atque perenne est
Quicquid id est, unus uoluit sua secula cursus,
Expertos dubitas animas percurrere uisus?
Abdita corporeis oculis, cum sæpe quietis
Rore soporatis, cernat mens uiua remotos
Distantesque locos, aciem per rura, per astra,
Per maria intendens, nec enim se segregat ipsa
Ante obitum uiuis ex artibus, aut fugit exul
Sanguinis & carnis penetralia, seque medullis
Exuit abductámve abigit de pectore uitam,
Viscera sed sede manens, speculatur acutis
Omnia luminibus, & qua circumtulit acrem
Naturæ leuis intuitum, nullo obice rerum
Disclusa, ante oculos subiectū prospicit orbem,
Atque orbis sub mole situm sordens elementum.
Obiacet interea tellus, nec uisibus obstat
Quin si stelligerum uultus conuertat ad axem,
Nil intercurrens obtutibus, impedit ignem
Peruigilis animæ, quamuis densata grauentur

Nubila, & opposito nigrescat uellere cœlum.
Sic arcana uidet tacitis coopertaᵃ futuris, figuris
Corporeus Ioannes adhuc, nec carne solutus,
Munere sed somni paulisper carne sequestra
ᵃLiber ad intuitum, sensu'q;, oculis'q; peragrans, liberat intuitum
Ordine dispositos uenturis solibus annos,
Procinctum uidet angelicũ iam iam'q; cremandi
Orbis in excidium, raucos & percipit aure
Mugitus grauium mundi sub fine tubarum.
Hæc illę ante obitum, membrorũ carcere septus
Secedente anima, non discedente uidebat.
Nónne magis flatus sine corpore cuncta notabit
Corporis inuolucris tumulo frigente repostis?
Certa fides, rabidos sub tetra nocte caminos,
Qui pollutam animam per sæcula longa perenni
Igne coquunt, oculis longum per inane remotis
Pauperis expositos, nec secius aurea dona
Iustorum dirimente Chao, rutilas'q; coronas
Eminus ostendi pœnarum carcere mersis.
Hinc paradisicolæ post ulcera dira beato
Proditur infelix ululans in peste reatus
Spiritus, in'q; uicem meritorum mutua cernunt.

PERORATIO POETAE.

O Dee cũctiparẽs animę dator, ô dee Christe
Cuius ab ore deus subsistit spiritus unus,
Te moderãte regor, te uitã principe duco,
Iudice te pallens trepido, te iudice eodem
Spem capio, fore quicquid ago, ueniabile apud te,
Quamlibet indignum uenia faciam'q;, loquar'q;.
Confiteor, dimitte libens, & parce fatenti:
Omne malũ merui, sed tu bonus arbiter aufer
Quod merui, meliora fauens largire precãti,
Dona animæ quandoq; meæ, cum corporis huius
Liquerit hospitium, neruis, cute, sanguine, felle,
Ossibus

Ossibus extructum, corrupta quod incola luxu
Heu nimium complexa fouet, quum flebilis hora
Clauserit hos orbes, & conclamata iacebit
Materies, oculisq; suis mens nuda fruetur,
Ne cernat truculentum aliquē de gente latronū:
Immitem rabidum, uultuq; & uoce minaci
Terribilē, qui me maculosum aspergine morum
In præceps ut prædo trahat, nigrisq; ruentem
Immergat specubus, cuncta exacturus adusq;
Quadrantem minimum, damnosæ debita uitæ.
Multa in Thesauris patris est habitatio Christe,
Disparibus discreta locis, non posco beata
In regione domum, sint illic casta uirorum
Agmina, puluerium quæ dedignantia censum
Diuitias petiere tuas, sit flore perenni
Candida uirginitas, animum castrata recisum:
At mihi tartarei satis est si nulla ministri
Occurrat facies, auidæ nec flamma gehennæ
Deuoret hanc animam, mersam fornacibus imis.
Esto, cauernoso quia sic pro labe necesse est
Corporea, tristis me sorbeat ignis auerno,
Saltem mitificos incendia lenta uapores
Exhalent, æstuq; calor languente tepescat,
Lux immensa alios, & tempora uincta coronis
Glorificent, me pœna leuis clementer adurat.

HAMARTIGENIAE FINIS.

IN PRVDENTII CLEMENTIS V. C. Symmachum, Argumentum per Ioannem Sichardum.

Inualescẽte Christianismo, atq; ob id sensim frigescentibus gentilium sacris, è Curia, conniuentibus, opinor, ad hoc Romanis principibus, eiecta est ara, quam uelut consiliorum, dictorumq; omnium testem, multis abhinc annis religiosissime in senatu coluerãt. Eratq; in hoc iã plane res, ut sacris illis rancidis ueterum semel nuncius remitteretur. Exortus est Symmachus Præfectus urbis, uir honestissimi apud suos loci, & eloquentiæ tantæ, quanta in ista tempora cadere potuit maxima qui ex autoritate senatus, & quod peculiare hoc etiam munus exigeret, ad Principes legationem suscepit agens hoc potissimum, ut & sacra tot annorum consensu inolita, locum quem usu ceperant tuerentur, & eorum Antistites pergerent eo uti iure, quod & de immunitate, & uictu annuo suppeditando iam pridẽ obtinuerant. Eam uero orationem, quum esset inter diui Ambrosij Mediolanensis episcopi opera relata, consilium fuit Prudentio inserere, non tam ob elegantiam, quæ pro re suscepta, & temporum ratione, tolerabilis est, quàm ut facilius intelligantur ea quæ ex eadem relatione elegantissimus poëta sibi conuellenda desumpsit. Nominatim enim, quibus respondeat, subinde quędam suis admiscet, sed ita, ut non satis intelligas quid Symmachus præ se tulerit, nisi integrã legeris. Quam nunc exhibemus uobis nihil ueriti, quod quædam essent mendosa, ne solidam à uobis gratiam iniremus. Quid enim facias sine exemplari? Vnum hoc præstare uoluimus, quod consequutum me confido, ut Prudentij liber, quem uellemus scholis fieri quàm familiarissimum paulo inoffensius legeretur.

SYMMACHI V. CL. ET PRAEFECTI VRbis, relatio ad Valentinianum, Theodosium, & Arcadiũ Augustos, Pro ueteri deorum cultu, aduersus Christianos.



BI primum senatus amplissimus, semperq; uester, subiecta legibus uitia cognouit, & à principibus pijs uidit purgari famam temporum proximorũ, boni sæculi autoritatem sequutus, euomuit diu pressum dolorem, atq; iterum me querelarum suarũ iussit esse legatum. Cui ideo diui principis denegata est ab improbis audiẽtia: quia non erat iustitia defutura, domini imperatores Valentiniane, Theodosi, & Arcadi inclyti uictores, ac triumphatores semper Augusti. Gemino igitur functus officio, & ut Præfectus uester gesta publica prosequor, & ut legatus, ciuiũ mandata commendo. Nulla est hic dissensio uoluntatum, qa iam homines credere desierunt, aliquorum ministri regum coguntur se studio præstare si discrepent, amari, coli, diligi, magis imperio est. Quis ferat obfuisse reipublicę priuata certamina? Merito illos senatus insequitur, qui potẽtiam suam famæ principis prætulerunt. Noster autem labor pro clementia uestra ducit excubias. Cui enim magis commodat, quod instituta maiorum, quod patriæ iura, & fata defendimus quàm temporum gloriæ? Quæ tum maior est, cum uobis contra morem parentum, intelligitis nil licere. Repetimus igtur religionum statum, qui reipublicæ diu profuit. Certe numerentur principes utriusque sectæ, utriusque sententiæ, proximus eorum ceremonias patrum coluit, recẽtior non remouit. Si exemplum non facit religio ueterum, faciat dissimulatio proximorũ. Quis ita familiaris est Barbaris, ut aram uictoriæ non requirat? Cauti in posterum sumus, & talium rerum

ostenta

ostenta uitamus. Reddatur saltem nomini honor, qui numini denegatus est. Multa Victorię debet æternitas uestra, & adhuc plura debebit. Auersentur hanc potestatem, quibus nihil profuit, Vos amicum triumphis patrocinium nolite deserere. Cunctis potentia ista votiua est. nemo colendam neget quam profitetur optandam. Quod si huius ominis non est etiam iusta uitatio ornamentis saltem curiæ decuit abstineri. Prestate, oro uos, ut ea quæ pueri suscepimus, senes posteris relinquamus. Cõsuetudinis amor magnus est. Merito diui Constantij factum diu non stetit. Omnia uobis exempla uitanda sunt, quæ mox remota didicistis: Aeternitatem curamus famæ, & nominis uestri, ne quid futura ætas inueniat corrigendum. Vbi in leges uestras, & uerba iurabimus, qua religione, mens falsa terrebitur ne in testimonijs mentiatur? Omnia quidem ideo plena sunt, nec ullus perfidis tutus est locus: sed plurimum ualet ad metum delinquendi, etiam præsẽtia religionis urgeri. Illa ara cõcordiam tenet omnium, illa ara fidem cõuenit singulorum, neq; aliud magis autoritatem facit sentẽtijs nostris, quàm quod omnia quasi iuratus ordo decernit. Patebit ergo sedes prophana periurijs, & hoc inclyti principes mei, probabile iudicabunt, qui sacramento publico tuti sunt? Sed diuus Constantius idem fecisse dicitur. Cætera potius illius principis æmulemur qui nihil tale esset aggressus, si quis ante se alius non deuiasset. Corrigit enim sequentem lapsus prioris, & de reprehensione antecedentis exempli nascitur emendatio. Fas fuit ut Parens ille clementiæ uestræ, in re adhuc noua nõ caueret inuidiam Num potest etiam nobis eadem defensio conuenire, si imitemur quod meminimus improbatum? Accipiat æternitas uestra alia eiusdẽ principis facta, quæ in usũ dignius trahat. Nil ille decerpsit sacrarũ uirginum priuilegijs, repleuit nobilibus sacerdotia, Romanis ceremonijs non negauit impensas, & per omnes uias æternæ Vrbis lætũ sequut⁹ senatũ uidit placito ore delubra legit inscripta fastigijs deum nomina, percontatus est templorum origines, miratus est conditores. Quumq; alias religiones ipse sequeretur, has seruauit imperio:

Suus

Suus enim cuiq; mos & suus cuiq; ritus est. Varios custodes urbibus, & cultus mens diuina distribuit. Vt animae nascentibus, ita populis fatales genij diuiduntur. Accedit utilitas, quae maxime homini deos asserit. Nã quum ratio omnis in operto sit, unde rectius quàm de memoria, atq; documentis rerum secundarum cognitio uenit numinum? Iam si longa aetas autoritatem religionibus faciat, seruanda est tot sęculis fides, & sequẽdi sunt nobis parẽtes, qui sequuti sunt feliciter suos Romã nunc putemus assistere, atq; his uobiscũm agere sermonib⁹: Optimi principes, patres patrię reueremini annos meos, in quos me pius ritus adduxit, utar ceremonijs auitis: neq; enim me pœnitet, uiuã meo more quia libera sum. Hic cultus in leges meas orbem redegit, hęc sacra Hannibalẽ à mœnibus. à capitolio Senonas repulerunt. Ad hoc ego seruata sum, ut longaeua reprehendar? Videã quod instituendum putatur? Sera tamen & cõtumeliosa est emendatio senectutis. Ergo dijs patrijs, dijs indigetibus pacem rogamus. Aequum est, quicquid omnes colunt unum putari. Eadem spectamus astra, commune cœlum est, idem nos mundus inuoluit. Quid interest qua quisq; prudentia uerum requirat? Vno itinere non potest perueniri ad tam grande secretum. Sed hęc ociosorum disputatio est. Nũc preces, nõ certamina offerimus. Quanto quomodo sacri aerarij uestri uestalium uirginũ praerogatiua detracta est? Sub largissimis imperatoribus denegatur, q̊d parcissimi pręstiterunt. Honor solus est in illo uelut stipẽdio castitatis. Vt uittae earũ capiti decus faciunt, ita insigne ducitur, sacrificij uacare muneribus. Nudũ quodammodo nomen immunitatis requirũt. quoniã Paupertate ac dispendio tutae sunt. Itaq; amplius laudi earũ tribuunt, qui aliquid rei detrahunt: si quidem saluti publicae dicata uirginitas, crescit merito, quum caret praemio. Absint ab aerarij uestri puritate ista compendia: Fiscus bonorum principũ, non sacerdotũ dãnis sed hostium spolijs augeatur. Vllum ne lucrũ compẽsat inuidiam? Et quia auaritia in mores uestros non cadit, hoc miseriores sunt, qbus subsidia uetera decerpta sunt Etenim sub imperatoribus qui alieno abstinent, qui resistunt

Suum cuique ius est.

sistunt cupiditati, ad solam detrahitur amittentis iniuriam, quod desiderium non mouet auferentis. Agros etiam uirginibus & ministris, deficientium uoluntate legatos fiscos retentat. Oro uos iustitiæ sacerdotes, ut urbis uestræ sacris reddatur priuata successio. Dictent testamenta securi, & sciant, sub principibus non auaris stabile esse quod scripserint. Delectet nos ista felicitas generis humani, cœpit causæ huius exemplum sollicitare morientes. Ergo Romanæ religiones sub Romana iura non pertinent? Quod nomen accipiet ablatio facultatum, quas nulla lex, nullus casus fecit caducas. Capiunt legata liberti, seruis testamentorum iusta commoda non negantur? Tantum nobiles uirgines & fatalium sacrorum ministri excludũtur prædijs hæreditate quæsitis. Quid iuuat saluti publicæ castum corpus dicare, & imperij æternitatem cœlestibus fulcire præsidijs, armis uestris, aquilis uestris amicas applicare uirtutes? pro oĩbus efficacia uota suscipere, & ius cum omnibus non habere? Itaque melior est seruitus, quæ hominibus impenditur. Rempublicam lædimus, cui nunquam expedit, ut ingrata sit. Nemo me putet solam causam religionum tueri, ex huiusmodi facinoribus orta sunt cuncta Romani generis incommoda. Honorauerat lex parentum Vestales uirgines, ac ministros deorũ uictu modico iustisq; priuilegijs. Stetit muneris huius integritas usq; ad degeneres Trapezetas, qui ad mercedẽ uiliũ baiulorũ sacræ castitatis alimenta uerterunt. Sequuta est hoc factum fames publica, & spem prouinciarum oĩum messis ægra decepit. Non sunt hæc uitia terrarum, nihil imputamus astris: nec rubigo segetibus offuit, nec auena fruges necauit, sacrilegio annus exaruit. Necesse enim fuit perire omnibus, quod religionibus negabatur. Certe si est huius mali aliquod exemplum, imputemus tantam famem uicibus annorum. Grauis hanc sterilitatem aura constrinxit, syluestrib⁹ arbustis uita producitur, & rursus ad Dodonæas arbores glebis rusticę inopia cõuolauit. Quid tale prouinciæ pertulerunt, quum religionum ministros honor publicus pasceret? Quando in usum hominum concussa quercus? quando nullæ sunt herbarum

barum radices? quando alternos regionum defectus deseruit fœcunditas mutua? quum populo & uirginibus sacris communis esset annona? Commendabat enim terrarum prouentus, uictus Antistitum, & remedium magis quàm largitas erat. An dubium est semper pro copia omnium datum, quod nunc inopia omnium uédicauit? Dicet aliquis sumptum publicum denegatum alienæ religionis impendijs. Absit à bonis principibus ista sententia, ut quod olim de communi quibusdam tributū est, in iure fisci esse uideatur. Nam quum respublica de singulis constet, quod ab ea proficiscitur, fit rursus proprium singulorum. Omnia regitis, sed suum cuiq; seruatis, plusq; apud uos iustitia quàm licentia ualet. Consulite certe munificētiam uestram, an hæc publica uelit existimari, quæ in alios transtulistis? Semel honori urbis delata compendia, desinunt esse tribuētium, & quod à principio beneficium fuit, usu atque ætate fit debitum. Inanem igitur metum diuino animo uestro tentat incurrere, si quis asserit conscientiam uos habere præbentium, nisi detrahentium subieritis inuidiam. Faueant clementiæ uestræ sectarum omnium arcana præsidia, & hæc maxime, quæ maiores uestros aliquando iuuerunt, uos defendant, à nobis colantur. Eum religionum statum petimus qui diuo parenti culminis uestri seruauit imperium, qui fortunato principi legitimos suffecit hæredes. Spectat senior ille diuus ex arce syderea lachrymas sacerdotū, & se culpatum putat more uiolato, quem libenter ipse seruabat. Pręstate enim diuo fratri uestro alieni consilij correctionem, tegite factum quod Senatui displicuisse nesciuit. Siquidem constat ideo exclusam legationem, ne ad eum iudicium publicum perueniret. Pro ęstimatione est temporum superiorū, ut non dubitetis abolere quod probandum est, principis non fuisse.

RELATIONIS SYMMACHI Finis.

AVRELII

AVRELII

PRVDENTII CLEMENTIS VIRI consularis, in librum contra Sym machum Præfectum urbis Præfatio.

Carmen est Asclepiadeum, monocolon, constans Spondæo, duobus Choriambis & Pyrrhichio, uel Iambo hoc modo:

— — — ∪ ∪ — — ∪ ∪ — ∪ ∪



Aulus præco dei, qui fera gentium
Primus corda sacro perdomuit stilo
Christũ per populos ritibus asperis
Immanes, placido dogmate seminãs
In mansueta suas ut ceremonias
Gens pagana deo sperneret agnito
Actus turbinibus forte nigerrimis
Hibernum pelagus iam rate debili,
Et uim naufragi pertulerat noti.
Sed cum cærulei prælia gurgitis
Iussisset domini dextra quiescere:
Ad portum fluitans cymba relabitur,
Exponitq; solo littoris uuidi.
Contractos pluuio frigore remiges,
Tunc de littoreis sepibus algidi
Arentum propere brachia palmitum
Conuectant, rapidos unde focos struant,
Fascem quisque suum congerit ignibus
Expectans calidi luxuriam rogi.
Paulus, dum fragiles cogere surculos
Et densare foci congeriem studet,
Incautam cumulis inseruit manum,

Torpebat

Torpebat glacie pigra ubi uipera,
Sarmentis laqueos corporis implicans,
Quæ postquam intepuit fomite fumeo,
Laxauitq; ferox colla rigentia,
Iam flecti facilis, rettulit ad manum
Vibrato capite spicula dentium.
Hærentem digiti uulnere mordicus,
Pendentemq; gerens Paulus inhorruit.
Exclamant alij, quod cute liuida
Virus mortiferum serpere crederent.
At non intrepidum terret Apostolum
Tristis tam subiti forma periculi,
Attollens oculos sydera suspicit,
Christum sub tacito pectore murmurans
Excussumq; procul decutit aspidem.
Abiectus coluber uerberat aëra,
Atq; oris patuli soluit acumina.
Mox omnis sanies deserit, & dolor,
Ceu nullo laceram uulnere dexteram,
Siccatusq; perit uipereus liquor.
Hydrum præcipitem dum rotat impetus,
Arsurum medijs intulit ignibus.
Sic nunc post hyemem, uimq; trucis freti,
Quo iactata ratis tunc sapientiæ est,]
Quum sub* sacricolis territa regibus,
Vix panso poterat currere carbaso, sacrilegis
Afflictosq; suos turbine seculi
Vectarat, rabidis fluctibus innatans.
Morsum uulnificum lex p[illegible] pertulit:
Occultabat enim se prius abditum
Virus, nec grauidum protulerat caput
Contentum inuolucris, atq; cubilibus,
Subter quo premeret clausa silentia.
Sed dum forte latens impietas riget,
Dexteram institiæ pigra momorderat

Succensi stomacho fellis inæstuans.
Heu q̃ catholicam nil propè profuit
Puppim nasse sacri remigio stili.
Quem Paulus uarijs gentibus ædidit.
Vix portu placido tuta quieuerat
Victrix, edomitis mille furoribus.
Vix adstricta suis iam retinaculis
Vectores stabili condiderat solo.
Erumpit subito triste periculum.
Nam dum præcalidos igniculos sibi
Soluendis adolent, & senio, & gelu,
Dum uirgas steriles, atq; superfluas
Flammis de fidei palmite concremant.
Vt concreta uagis uinea crinibus
Syluosi inluuiem poneret idoli,
Palpauit nimius perniciem tepor,
Spes insueta subit, serpere flexibus.
Et uibrare sagax eloquij caput.
Sed dextera impatiens uulneris, inritos
Oris rhetorici depulit halitus,
Effusum ingenij uirus inaniter,
Summa Christicolis in cute substitit.
Saluator generis Romulei precor,
Qui cunctis ueniam das pereuntibus.
Qui nullum statuis non operis tui
Mortalem, facili quem releues manu,
Huius, si potis est, iam misere scito,
Præruptam in foueam præcipitis uiri,
Spirat sacrilegis flatibus inscius,
Erroresq; suos indocilis fouet.
Obtestor iubeas, ne citus impetus
Arsurum medijs inferat ignibus.

AVRE-

AVRELII

PRVDENTII CLEMENTIS V.C. aduersus Symmachum Præfectum urbis, Liber prior.

Carmen est Heroicum Dactylicum.



Redebā uitijs ægrā gētilibus urbē
Iam satis antiqui pepulisse pericula morbi,
Nec quicq̄ restare mali, postquam medicina
Principis immodicos sedarat in arce dolores.
Sed quoniam renouata lues turbare salutem
Tentat Romulidū, patris implorāda medela est,
Ne sinat antiquo Romam squalere ueterno,
Néue Togas procerū, fumoq; & sanguine tingi.
Inclytus ergo parens patriæ moderator, & orbis
Nil egit, prohibendo uagas ne pristinus error
Crederet esse deum nigrante sub aëre formas,
Aut elementorum naturam, quæ patris ars est
Omnigeni, summa pro maiestate sacraret:
Vir solus, cui cura fuit, ne publica morum
Plaga cicatricem summa leuiter cute clausam
Duceret, & latebram tabentis uulneris alte
Impressam, penitusq; putri de pure peresam,
Iuncta superficies medico fallente foueret.
Sed studuit quo pars hominis generosior intus
Viueret, atq; animam lethali peste piatam
Nosset ab interno tutam seruare ueneno.
Illa tyrannorum fuerat medicina, uidere
Qui status ante oculos præsentibus, ac perituris
Competeret rebus, nec curam adhibere futuris.
Heu male de populo meriti, male patribus ipsis
Blanditi, quos præcipites in tartara mergi

Cum Ioue fiuerunt, multa & cum plebe deorum.
Ast hic imperium protendit latius æuo
Posteriore, suis cupiens sancire salutem:
Nimirum pulchre quidam doctissimus, esset
Publica res, inquit, tunc fortunata satis, si
Vel reges saperent, uel regnarent sapientes.
Est ne ille è numero paucorum, qui diadema
Sortiti, ætheriæ coluerunt dogma sophiæ?
*Contigit ecce hominum generi, gentiq; togatæ
Dux sapiens, felix nostræ res publica Romæ
Iustitia regnante uiget, parete magistro
Sceptra gubernanti, monet ut deterrimus error,
Vtq; superstitio ueterum procul absit auorum,
Nec putet esse deū, nisi qui super omnia summus
Emineat, magniq; immensa creauerit orbis.

Est operæ precium

DE SATVRNO.

NVm melius Saturnus auos rexisse Latinos
Creditur? edictis qui talibus informauit
Agrestes aïos, & barbara corda uirorū?
Sum deus aduenio, fugiens, præbete latebras
Occultate senem, Nati feritate tyranni
Deiectum solio, placet hic fugitiuus & exul
Vt lateam, genti atq; loco Latium dabo nomen,
Vitibus incuruum, si qua est ea cura, putandis
Procudam chalybem, nec non & mœnia uestri
Fluminis in ripa statuam Saturnia uobis.
Vos nemus, appositasq; meo sub honore sacrātes
Sum quia nam cœlo genitus, celebrabitis aras.
Inde deos, quorum patria spectata sepulchra
Scimus, in ære hebetes informauere minores,
Aduena quos profugus gignens & equina libido
Intulit Italiæ, Thuscis nanq; ille puellis
Primus adhinniuit simulato numine mœchus.

DE IOVE.

Mox

Mox patre deterior syluosi habitator olympi
Iuppiter, incœstas spurcauit labe Lacœnas
Nũc boue* subuectam rapiẽs ad crimẽ amatã subiectam
Nunc tenera pluma leuior, blandosq́ susurros
In morem recinens suaue immorientis oloris,
Capta quibus uolucrem uirguncula ferret amorẽ
Nunc foribus surdis, sera quas uel pessulus arctis
Firmarat cuneis, per tectum diues amator
Imbricibus ruptis, undantis desuper auri
Infundens pluuiã, gremio excipientis amicæ.
Armigero modo sordidulam curante rapinam,
Compressu immundo miserũ* cupiẽs catamithũ, afficiens
Pellice iam puero magis indignante sorore.
Hæc causa est & origo mali, quod sęcla uetusto
Hospite regnante, crudus stupor aurea finxit.
Quodq́ nouo ingenio uersutus Iuppiter, astus
Multiplices, uariosq́ dolos texebat, ut illum,
Vertere quum uellet, pellem faciemq́ putarent
Esse bouẽ, prædari Aquilam,* confingere Cycnũ concumbere
Et nummos* fieri, & gremium penetrare puellæ. serere
Nam quid rusticitas non crederet indomitorum
Stulta uirûm, pecudes, inter rictusq́ ferinos?
Dedere sueta animum, diuæ rationis egenum?
In quancunq́ fidem nebulonis callida traxit
Nequitia, infelix facilem gens præbuit aurem.

DE MERCVRIO.

SVccessit Iouis imperio corruptior ætas,
Quæ docuit rigidos uitijs seruire colonos
Expertes furandi homines, hac imbuit arte
Mercurius Maia genitus, nunc magnus habetur
Ille deus, cuius dedit experientia fures,
Nec non Thessalicæ doctissimus ille magiæ
Traditur extinctas sumptæ moderamine uirgæ
In lucem reuocasse animas, Cocytia lethi
Iura resignasse, sursum reuolantibus umbris

Ast aliàs damnasse neci, penitusq́ꝫ latenti
Immersisse Chao, facit hoc ad utrunq́ꝫ peritus
Vt fuerit, geminoq́ꝫ armarit crimine uitam:
Murmure nam magico tenues excire figuras,
Atqꝫ sepulchrales scite incantare fauillas,
Vita itidem spoliare alios, ars noxia nouit.
Artificem scelerum simplex mirata uetustas
Supra hominem coluit, simulans per nubila ferri
Aligerisq́ꝫ leues pedibus transcurrere uentos.

DE PRIAPO.

Ecce deûm in numero formatus & æneus (adstat
Grat⁹ hõ, augustaq́ꝫ Numę ꝓfulget in arce.
Strenuus exculti dñs quondam fuit agri, quidam
Hortorumq́ꝫ opibus memorabilis, hic tamen idẽ
Scortator nimius, multaq́ꝫ libidine suetus
Rusticolas uexare lupas, interq́ꝫ salicta,
Et densas sepes obscœna cubilia inire:
Indomitũ intendens animum, semperq́ꝫ paratum
Ad facinus, nunquam calidis dabat ocia uenis.
Hic deus & patrio prænobilis Hellesponto
Venit adusqꝫ Italos sacris cum turpibus hortos,
Sinum lactis, & hæc uotorum liba quotannis
Accipit, ac ruris seruat uineta Sabini,
Turpiter, adfixo pudeat quem uisere ramo,

DE HERCVLE,

Herculeus mollis pueri famosus amore (go
Ardor, & in trãstris iactata efferbuit Ar-
Nec maris erubuit Nemeęa pelle fouere
Concubitus, & Hylan pereuntẽ quærere cœlebs
Nunc salijs, cantuq́ꝫ domus, Pinaria templum
Collis Auentini conuexa in sede frequentat.

DE LIBERO, QVI ET BACCHVS

Thebanus iuuenis superatis fit deus Indis,
Successu dum uictor ouans lasciuit, & auri
Captiuę gentis reuehit, spolijsq́ꝫ superbus
Diffi-

Diffluit in luxum cum semiuiro comitatu
Atq; auidus uini, multo se proluit haustu
Gemmantis pateræ spumis, multóq; falerno
Perfundens bijugum rorantia terga ferarum.
His nunc promeritis, Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & uirides discindunt ore chelydros
Qui Bromiũ placare uolunt, q̃d & ebria iam tũc
Ante oculos regis Satyrorum insania fecit,
Et fecisse reor stimulis furialibus ipsas
Mænadas, inflãmãte mero in scelus om̃e rotatas.
Hoc circumsaltante choro, temulentus adulter
Inuenit expositum secreti in littoris acta
Corporis egregij scortum quod perfidus illic
Liquerat, incœsto iuuenis satiatus amore,
Hanc iubet assumptam ferũes post uina Neæram
Secum in delicijs fluitantis stare triumphi,
Regalemq; decus capitis gestare coronam.
Mox Ariadnæus stellis cœlestibus ignis
Additur, hoc precium nocti persoluit honore
Liber, ut ætherium meretrix illuminet axem.
Tantum posse omnes illo sub tempore reges,
Indocilis fatui ducebat ineptia uulgi
Vt transire suis cum sordibus induperator
Possit in æternum cœli super ardua regnum
Regia tunc omnis uim maiestatis & omnis
Parua licet, cœli imperium retinere potestas
Credita thure etiam ducibus, paruoq; sacello
Impertit⁹ honos quẽ dũ metus, aut amor aut spes
Accumulant, longum miseris processit in æuum
Mos patrius, cœpit falsæ pietatis imago.
Ire per ignaros nebuloso errore nepotes,
Tum quia quæ uiuis ueneratio regibus ante
Contigerat, functis eadem iam munere lucis
Cessit, & ad nigras altaria transtulit urnas.
Inde puellarum ludibria, pignora, partus.

Et furtiuus amor iuuenum, & deprensa iugalis
Corruptela thori, quoniam regalibus aula
Feruere tunc uitijs solita est, nec perdita luxu
Diuorum soboles sancti meminisse pudoris.

DE MARTE, VENERE, IVNONE & Cybele.

ATq; ut Roma tuos cœlesti ex sede parẽtes
Quis te semideam iactãt autoribus ortã,
Perstringam breuiter, Gradiuum, uel Cithersam
Ille sacerdotem uiolat, contra ille marito
Succumbit Phrygio, coitus fuit impar utriq;
Nec terrestre deam decuit mortale subire
Coniugium, nec cœlicolam descendere ephebum
Virginis ad uitium, furtiuoq; igne calere:
Sed Venus augusto de sanguine fœmina, uili
Priuatoq; uiro uetitum per dedecus hæsit,
Et si Rhea sacram lasciui Martis amore
Lusa pudicitiam, fluuiali amisit in ulua:
Crediderim generosæ aliquem stirpis, sed eundẽ
Moribus infamem, compressa uirgine per uim
Se dixisse deum, ne stuprum numinis ullus
Obicere auderet turpi miseræq; puellæ.
Hæc Italos induxit auos, uel fama, uel error
Martia Romuleo celebrarent ut sacra campo,
Vtq; palatinis capitolia condita saxis
Signarent titulo proaui Iouis, atq; Pelasgæ
Palladis, & Libyca Iunonem ex arce uocarent.
Cognatos de Marte deos, Veneris quoq; nudum
Accirent proceres Hericino è uertice signum.
Vtq; deûm mater Phrygia ueheretur ab Ida,
Bacchica de uiridi peterentur ut orgia Naxo
Facta est terrigenæ domus unica maiestatis,
Et tot templa deûm Romæ, q̃t in urbe sepulchra
Heroum numerare licet, quos fabula manes

Nobilitat

Nobilitat, noster populus ueneratus adorat.
Hos habuere deos Ancus, Numitor, Numa, Tull.
Talia Pergameas fugerunt numina flammas.
Sic Vesta est, sic Palladium, sic umbra penatum,
Talis & antiquum terror seruauit Asylum.

VNDE ERROR INVALVERIT.

VT semel obsedit gentilia pectora patrum
Vana superstitio, non interrupta cucurrit
Aetatũ p mille gradus, tener horruit hęres
Et coluit, quicquid sibimet uenerabile cani
Monstrarant ataui, puerorum infantia prima
Errorem cum lacte bibit, gustauerat inter
Vagitus, de farre molæ saxa inlita ceris
Viderat, unguentoq; lares humescere nigros,
Formatum Fortunæ habitum cum diuite cornu,
Sacratumq; domi lapidem consistere paruus
Spectarat, matremq; illic pallere precantem.
Mox humeris positus nutricis, triuit & ipse
Impressis silicem labris, puerilia uota
Fudit opesq; sibi cæca de rupe poposcit,
Persuasumq; habuit, quid quis uelit inde petendũ
Nõ qui oculos, animumq; leuans rationis ad arcẽ
Rettulit, insulsum tenuit sed credulus usum,
Priuatos celebrans agnorum sanguine diuos,
Iamq; domo egrediens, ut publica festa, diesq;
Et ludos stupuit, celsa & capitolia uidit,
Laurigerosq; deûm templis astare ministros,
Ac sacram resonare uiam mugitibus ante.

DE SIMVLACHRO ROMAE.

DEhubrũ Romæ, colitur nã sãguine & ipsa
More deę, nomẽq; loci ceu numẽ habetur,
Atq; urbis, Venerisq; pari se culmĩe tollũt

ſanctę au-tore ſena-tu. Ita legi-tur in ue-tuſtiſsimis licet carmi-nis ratio reclamet ✻ retinētq; uetu

Templa, ſimul geminis adolentur thura deabus.
Vera ratus, quæcunq; ✻ ſenatu authore probentur.
Contulit ad ſimulachra fidem, dominosq; putauit
Aetheris horrifico qui ſtant ex ordine uultu.
Illic Alcides, ſpoliatis Gadibus hoſpes
Arcadiæ fuluo ære riget, Gemini quoq; fratres
Corrupta de matre nothi, Lædeia proles,
Nocturniq; equites, celſæ duo nomina Romæ
Impendent ✻ retinente ſolo, magniq; triumphi
Nuntia, ſuffuſo figunt ueſtigia plumbo,
Aſsiſtunt etiam priſcorum inſignia regum,
Dux Italus, Ianúsq; bifrons, genitórq; Sabinus,
Saturnúsq; ſenex, maculoſo & corpore Picus,
Coniugis epotum ſparſus per membra uenenum.
Omnibus ante pedes poſita eſt ſua cuiq; uetuſta
Aurula, Iano etiam celebri de menſe litatur
Auſpicijs, epulisq; ſacris, quas inueterato
Heu miſeri ſub honore agitant, & gaudia ducunt
Feſta calendarum, ſic obſeruatio creuit,
Ex atauis quondam male cœpta, deinde ſequutis
Tradita temporibus, ſerisq; nepotibus aucta,
Traxerunt longam corda inconſulta catenam,
Móſquē tenebroſus uitioſa in ſæcula fluxit.

DE SIMVLACHRO AVGVSTI.

HVnc morē ueterū docili iam ætate ſequuta
Poſteritas, menſe, atque adytis, & flami-
ne, & aris
Auguſtum coluit, uitulo placauit, & agno.
Strata ad puluinar iacuit, reſponſa popoſcit,
Teſtantur tituli, produnt conſulta ſenatus,
Cæſareum Iouis ad ſpeciem ſtatuentia templum.

DE SIMVLACHRO LIVIAE AVGVSTAE.

Adiecere

ADiecere sacrum, fieret quo Liuia Iuno,
Nõ minus infamis thalami sortita cubile,
Quàm quũ fraterno caluit Saturnia lecto
Nondum maternam partu uacuauerat aluum,
Conceptámq; uiri sobolem paritura gerebat
Pronuba, iam grauidæ fulcrum geniale paratur,
Iam sponsus, saliente utero nubentis, amicos
Aduocat, haud sterilẽ certus fore iam sibi pactam
Vitricus ante uenit tardum præferuidus ortum
Primigni nondum geniti, mox æditụum inter
Fescennina, nouo proles aliena marito,
Idq; deum sortes, & Apollinis antra dederunt
Consilium, nunquam melius nam cedere tedas
Respõsum est q̃ cũ prægnãs noua nupta iugatur.
Hanc tibi Roma deam titulis, & honore sacratam
Perpetuo Floras inter, Venerésque creasti,
Nec mirum, quis enim sapiens dubitauerat illas
Mortali de stirpe satas uixisse, & easdem
Laude uenustatis claras in amoribus usque
Ad famæ excidium formæ nituisse decore?

DE CVLTV HADRIANI ET Catamithi eius.

QVid loquar Antinoũ cœlesti sede locatũ?
Illum delicias nunc diui Principis, illum
Purpureo in gremio spoliatũ sorte uirili?
Adrianiq; dei Ganymedem, non cyathos dis
Porgere, sed medio recubantem cum Ioue fulcro
Nectaris Ambrosij sacrum portare Lyæum,
Cúmque suo in templis nota exaudire marito.
Ergo his auspicibus, Traianus, Nerua, Seuerus,
Et Titus, & fortes gesserunt bella Nerones:
Quos terrena uiros illustres gloria fecit.
Et uirtus fragilis prouexit in ardua famæ
Adscitæ terris, sub relligione iacentes.

Quàm

Quàm pudet hoc illis persuasum, talibus ut se
Romanasq́ꝫ acies censerent Martis amore
Posse regi, dum se Paphiæ male blandus adulter
Venditat, Aeneadasq́ꝫ suos successibus auget.
Felices, si cuncta deo sua prospera Christo
Principe disposita scissent, qui currere regna
Certis ducta modis, Romanorumq́ꝫ triumphis
Crescere, & impletis uoluit se infundere sæclis.
Sed caligantes animas, & luce carentes
In Iouis Augustiq́ꝫ adytis, templisq́ꝫ duarum
Iunonum, Martisq́ꝫ etiam Venerisq́ꝫ sacellis
Mactatas, tetro lethi immersere barathro,
Supremum regimen crassis in partibus orbis
Esse rati, mersoq́ꝫ poli consistere fundo.

DE CVLTV ELEMENTORVM sub specie quorundam non deorum, sed dæmonum.

alias sic, quicquid pelagus alit.

QVicqd humꝰ, +pelagꝰ, cœlũ mirabile gignũt
Id duxere deos, colles, freta, flumĩa, flãmas
Hęc sibi ꝑ uarias formata elemẽta figuras
Constituere patres, hominumq́ꝫ uocabula mutis
Scripserunt statuis, uel Neptunum uocitantes
Oceanum, uel Cyaneas caua flumina Nymphas,
Vel syluas Dryadas, uel deuia rura napæas,
Ipse ignis, nostrum factus qui seruit ad usum,
& in Vulcanus perhibetur, +qui uirtute superna
Fingitur, ac delubra deus, & nomine & ore
Assimulatus habet, necnon regnare caminis
Fertur, & Aeoliæ summus faber esse uel Aetnæ.

DE CVLTVRA SOLIS quem credunt Apollinem.

EST qui cõspicuis superos quæsiuit in astris
Ausus habere deũ Solem, cui tramite certo
Cõditio imposita ẽ, uigilẽ tolerare laborẽ,

Visibus

Visibus obiectum mortalibus, orbe rotundo
Præcipitem, teretiq; globo per inane uolantem,
Et quod nemo negat, mundo, cœlóq; minorem.
Area maior enim, quàm qui percurrit in illa,
Et longe campi spatium diffusius, in quo
Emicat, ac uolucri feruens rota uoluitur axe.
Quanuis nonnullis placeat, terram breuiorem
Dicere circuitu, quàm sit pulcherrimus ille
Circulus, & flammas immensi syderis, ultra
Telluris normam, porrecto extendere gyro,
Númne etiam cœli minor, & contractior orbis?
Cuius planiciem longo transmittere tractu
Circinus excurrens meta interiore laborat?
Ille deus uerus, quo non est grandior ulla
Materies; qui fine caret, qui præsidet omni
Naturæ, qui cuncta simul concludit & implet.
Solem certa tenet regio, plaga certa coërcet,
Temporibus uarijs distinguitur, aut subit ortu,
Aut ruit occasu, latet aut sub nocte recurrens,
Non torquere facem potis est ad signa Trionũ,
Orbe nec obliquo portas Aquilonis adire,
Nec solitum conuersus iter reuocare retrorsum.
Hic erit ergo deus præscriptis lege sub una
Deditus officijs? Libertas laxior ipsi
Concessa est homini, formam cui flectere uitæ
Atq; uoluntatis licitum est, seu tramite dextro
Scandere, seu leuo malit decurrere campo,
Sumere seu requiem, seu continuare laborem,
Seu parêre deo, siue in contraria uerti.
Ista ministranti regimen solenne dierum
Haud quaquam Soli datur, à factore potestas.
Sed famulus subiectus agit, quodcũq; necesse est.
Hoc sydus, currum, rapidasq; agitare quadrigas
Commenti, & radios capitis, & uerbera dextræ,
Et frenos, phaleràsq;, & equorũ pectora anhela
Aeris

Aeris inaurati, uel marmoris, aut orichalci,
Iusserunt nitido fulgere polita metallo.
Post trabeas, & eburnam Aquilam, sellãq; curulẽ,
Cernuáq; ora senex barbatus, & oscula figit
Cruribus ænipedum, si fas est credere equorum,
Immotasq; rotas, & flecti nescia lora,
Aut ornat redimita rosis, aut thure uaporat,

DE CVLTV LVNAE quam & Dianam credunt.

HOc tamẽ utcũq; ẽ tolerabile, qđ: qđ & istos
Dãt tibi Roma deos, inferni gurgitis ũbrę
Eumenidũ dña Stygio caput exerit antro
Rapta ad tartarei thalamum Proserpina regis.
Et si quando suos dignatur adire Quirites,
Placatur uaccæ sterilis ceruice resecta,
Et regnare simul cœlóq; herebóq; putatur.
Nunc bigas frenare boues, nunc sæua sororum
Agmina, uipereo superis immittere flagro.
Nunc etiam uolucres caprearum in terga sagittas
Spargere, terq; suas eadem uariare figuras.
Deniq; quum luna est, sublustri splendet amictu,
Quum succincta iacit calamos, Latonia uirgo est,
Quum subnixa sedet solio, Plutonia coniunx,
Imperitat furijs, & dictat iura Megeræ.
Si uerum quæris, Triuiæ sub nomine dæmon
Tartareus colitur, qui te modo raptat ad æthrã,
Sydereóq; deum uenerandum suadet in astro.
Per syluas modo mortiferi discurrere mundi,
Erroresq; sequi subigit, nemorúmq; putare
Esse deam, quæ corda hominum pauitantia figat
Quæq; feras perimat lethali uulnere mentes,
Depressos modo subter humũ formidine sensus.
Obruit, implorent ut numina lucis egena.
Seq; potestati committant noctis opertæ.

IN SPECTACVLIS
quos sint uenerati.

RESpice terrifici scelerata sacraria Ditis,
Cui cadit infausta fusus gladiator harenæ.
Heu male lustratæ Phlegetontia uictima
Nā qd uesani sibi uult ars impia ludi? (Romæ.
Quid mortes iuuenū? q d sanguine pasta uoluptas
Quid puluis caueæ semper funebris? & illa
Amphitheatralis spectacula tristia pompę?
Nempe Charon, iugulis miserorū se duce dignas
Accipit inferias, placatus, crimine sacro:
Hæ sunt deliciæ Iouis infernalis, in istis
Arbiter obscuri placidus requiescit auerni.
Nonne pudet regem populis sceptrisq; potētem
Talia pro patriæ censere litanda salute?
Relligionis opem subternis poscere ab antris?
Euocat heu pœnis tenebrosa ex sede ministrum
Interitus, speciosa hominum cui funera soluat.
Incassum arguere iam taurica sacra solemus.
Funditur humanus latiali in munere sanguis,
Consessusq; ille spectantum soluit ad aram
Plutonis fera uota sui: quid sanctius ara,
Quæ bibit egestum per mystica tela cruorem?
An ne fides dubia est tibi, sub caligine cæca
Esse deum, quem tu tacitis rimeris in umbris?
Ecce deos Manes cur inficiaris haberi?
Ipsa patrū monumēta probant, dijs manibus illic
Marmora secta lego, quæcunq; Latina uetustos
Custodit cineres, densisq; salaria bustis.

ROMAM ALLOQVITVR.

Ic qbus hūc scribis titulū? nisi q; trucis orci
d Imperiū, ueræ ceu maiestatis adoras?
En quib9 implicita squalebat regia summi
Imperij, tractis maiorum ab origine sacris.
Quum princeps gemini bis uictor cæde tyranni
Pulchra

Pulchra triumphali respexit mœnia uultu,
Nubibus obsessam nigrantibus aspicit urbem,
Noctis obumbratæ caligine, turbidus aër
Arcebat liquidum septena ex arce serenum.
Ingemuit miserans, & sic ait, exue tristes
Fida parens habitus, equidem prædiuite cultu
Illustrata cluis, spolijsq; insigne superbis
Attollis caput, & multo circunfluis auro.
Sed nebulis propter uolitantibus, obsitus alti
Verticis horret apex, ipsas quoq; liuida gemmas
Lux hebetat, spissúsq; dies, & fumus ob ora
Suffusus, rutilum frontis diadema retundit.
Obscuras uideo tibi circunferrier umbras
Cæruleásq; animas, & nigra idola uolare.
Censeo sublimem tollas super aëra uultum,
Sub pedibúsq; tuis nimbosa elementa relinquas
Omne q̊d ex mūdo est tibi subiacet, hoc deus ipse
Constituit, cuius nutu dominaris, & orbi
Imperitas, & cunctas potens mortalia calcas.
Non decet, ut submissa oculos regina caducum
Contemplere solum, maiestatemq; requiras,
Circa humiles rerū partes, quibus ipsa superstas.
Non patiar, ueteres teneas ut me duce nugas
Vt cariosorum uenereris monstra deorum.
Si lapis est, senio dissoluitur, aut crepat ictu
Percussus tenui, molli si bractea gypsum
Texeris, infido rarescit glutine sensim.
Si formam statuæ laminis commisit ahænis
cauato Lima terens, aut in partē caua membra * grauata
Pondere curuantur, scabra aut erugo peresam
Conficit effigiem, crebróq; foramine rumpit
Nec tibi terra deus, cœli nec sit deus astrum.
Nec deus Oceanus, nec uis quæ subter operta est,
Infernis triste ob meritum damnata tenebris,
Sed nec uirtutes hominum deus aut animarum,

Spiri

Spirituúmve, uagæ tenui sub imagine formæ.
Absit ut umbra deus tibi sit geniúsve locúsve,
Aut deus aërias uolitans phantasma per auras.
Sint hæc barbaricis gentilia numina pagis,
Quos penes oẽ sacrũ est, qcq̃d formido tremẽdũ
Suaserit, horrificos quos prodigialia cogunt.
Credere mõstra deos, quos sanguinolẽtus edendi
Mos iuuat, ut pinguis loco lanietur in alto
Victima, uisceribus multa inter uina uorandis,
At te, quæ domitis leges, ac iura dedisti
Gentibus, instituens magnus qua tenditur orbis,
Armorum, morumq́ꝫ feros mansuescere ritus,
Indignum ac miserum est, in relligione tenenda
Id sapere, immanes populi de more ferino
Quod sapiunt nullaq́ꝫ rudes ratione sequuntur,
Seu uos procinctus maneat, seu pace quietas
Dictemus leges, seu debellata duorum
Colla tyrannorum media calcemus in urbe,
Agnoscas Regina libens mea signa necesse est,
In quibus effigies crucis, aut gemmata refulget,
Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.

DE POTENTIA CRVCIS.

HOc signo, inuictus trãsmissis alpibꝰ ultor
Seruitiũ soluit miserabile Constantinus.
Quũ te pestifera premeret Maxẽtius aula
Lugebas longo damnatos carcere centum
Vt scis ipsa patres, aut sponsus fœdera pactæ
Intercepta gemens, diroq́ꝫ satellite rapta,
Immersus tenebris, dura inter uincla luebat.
Aut si nupta thorum regis conscendere iussa,
Cœperat impurum domini oblectare furorem,
Morte maritalis dabat indignatio pœnas.
Plena puellarum patrumq́ꝫ ergastula sæui
Principis, abducta genitor si uirgine mussans

GG Tristius



onibus annos.
ralibus agros
aduisse recordans,
illia circum
, ac ditionis
urpibus iræ,
uulnera læsæ
q; petenda,
ctate repulsa
iacula quærit,
sfertur amore.
s utilis urbi,
plaudēte Iugurthā
tibi Roma medelæ
r uincla Cethego,
ub tempore princeps
: multos Catilinas *Prospexit
incendia tectis,
ara nigra animabus,
tormenta parantes.
pla, per atria passim,
pitolia celsa tenebant.
italia plebis
nte ueneno
miscere medullis
nti ex hoste togatus,
e sanguine, rēq; Quirini
in sæcula regno.
, nec tempora ponit,
t, ne Romula uirtus
oria parta senectam.

SENATVM CON-
Christum.

deas, pulcherrima mundi
senum gestire Catonū

Candidiore toga, niueum pietatis amictum
Sumere, & exuuias deponere pontificales.
Iamq; ruit, paucis Tarpeia in rupe relictis
Ad syncera uirum penetralia Nazareorum,
Atq; ad apostolicos Euandria curia fontes, Aeneadũ
*Anniadum soboles, & pignora clara proborum
Fertur enim ante alios generosus Anitius, urbis
Illustrasse caput, sic se Roma inclyta iactat,
Quin & Olibriaci generisq; & nominis hæres,
Adiectis fastis, palmata insignis ab aula
Martyris ante fores, Bruti submittere fasces
Ambit, & Ausoniam Christo inclinare securim
Non Paulinorum, non Bassorum dubitauit
Prõpta fides dare se Christo, stirpemq; superbam
Gentis patriciæ uenturo attollere sæclo.
Iam quid Plebicolas percurrã carmine, Grachos
Iure potestatis fultos, & in arce senatus
Præcipuos, simulachra deûm iussisse* reuelli? repelli
Cumq; suis pariter lictoribus omnipotenti
Suppliciter Christo se consecrasse regendos?
Sexcentas numerare domos de sanguine prisco
Nobilium licet, ad Christi signacula uersas,
Turpis ab idolij uasto emersisse profundo,
Si persona aliqua est, aut si status urbis, in his est:
Si formam patriæ facit excellentior ordo,
Hi faciunt, iuncta est quoties sententia plebis,
Atq; unum sapiunt plures, simul ac potiores.
Respice ad illustrẽ, lux est ubi publica, cellam,
Vix pauca inuenies gentilibus obsita nugis
Obtritos Ingenia* obstrictos ægre retinentia cultus,
Et quibus exactas placeat seruare tenebras,
Splendentemq; die medio non cernere solem.

PLEBEM ROMANAM
in Christum credidisse.

Post

POst hinc ad populum conuerte oculos * quis in urbe est, quota pars est
*Qui Iouis insectã sanie nõ despumat arã? Quæ
Omnis qui celsa scandit cœnacula uulgus,
Quiq; terit silicem uarijs discursibus atram,
Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis,
Aut Vaticano tumulum sub monte frequentat,
Quo cinis ille latet genitoris amabilis obses,
Cœtibus aut magnis Lateranas currit ad ædes,
Vnde sacrum referat regali chrismate signum.
Et dubitamus adhuc Romam tibi Christe dicatã
In leges transisse tuas? omniq; uolentem
Cum populo, & summis cũ ciuibus, ardua magni
Iam super astra poli, terrenũ extendere regnum?
Nec moueor, quod pars hoĩm rarissima, clausos
Non aperit sub luce oculos, & gressibus errat.
Quamlibet illustres meritis, & sanguine clari,
Præmia uirtutum titulis, & honoribus aucti
Ardua rettulerint, fastorumq; arce potiti
Annales proprio signarint nomine chartas,
Atq; inter ueteres cera numerentur & ære,
Attamen in paucis iam deficiente caterua,
Nec persona sita est Patriæ, nec Curia constat,
Et quodcunq; fouet studij priuata uoluntas,
Ac iam rara tenet, sed publica uota reclamant,
Dissensu celebri trepidum damnantia murmur.
Sic consulta Patrum subsistere conscriptorum,
Non aliter licitum prisco sub tempore, q̃ si
Tercentum sensisse senes legerentur in unum,
Seruemus leges patrias, infirma minoris
Vox cedat numeri, paruaq; in parte silescat.

APOSTROPHE AD SYMmachum.

ASpice q̃ pleno subsellia nostra senatu
Decernãt infame Iouis puluinar, & omne
Idolium, longe purgata ex urbe fugandũ
Quà uocat egregij sententia principis, illuc
Libera tum pedibus, tũ corde frequentia transit.
Nec locus inuidiæ est, nullum uis aspera terret,
Ante oculos sic uelle patet, cunctiq; probatum
Non iussum, sola capti ratione sequuntur,
Deniq; pro meritis terrestribus ęqua repẽdens
Munera sacricolis, summos impertit honores
Dux bonus, & certare sinit cum laude suorum,
Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire uiros prohibet, quoniam cœlestia nunquam
Terrenis solitum per iter gradientibus obstant.
Ipse magistratum tibi consulis, ipse tribunal
Contulit, auratumq; togę donauit amictum.
Cuius relligio tibi displicet, ô pereuntum
Adsertor diuûm, solus qui restituendos
Vulcani, Martisq; dolos, Venerisq; peroras,
Saturniq; senis lapides, Phœbiq; furores,
Iliacę matris Megalesia, Bacchica Nysi,
Isidis amissum semper plangentis Osirim,
Mimica, ridendáq; suis solennia caluis,
Et quascunq; solent Capitolia claudere laruas.
O linguam miro uerborum fonte fluentem,
Romani decus eloquij, cui cedat & ipse
Tullius, has fundit diues facundia gemmas.
Os dignum ęterno tinctum quod fulgeat auro,
Si mallet laudare deum, cui sordida monstra
Prætulit, & liquidam temerauit crimine uocem.
Haud aliter, quàm si rastris quis tentet eburnis
Cœnosum uersare solum, limóq; madentes
Excolere aureolis si forte ligonibus uluas.
Splendorem dentis nitidi scrobis inquinat atra,
Et preciosa acies, squalenti sordet in aruo.

Non uereor, ne me nimiũ confidere quisquam
Arguat, ingeniję putet luctamen inire.
Sum memor ipse mei, & satis mea friuola noui,
Non ausim conferre pedem, nec spicula tantæ
Indocilis fandi coniecta lacessere linguæ.
Illæsus maneat liber, excellensę uolumen
Obtineat partam dicendi fulmine famam.
Sed liceat tectum seruare à uulnere pectus,
Oppositaę uolans iaculum depellere parma.
Nam si nostra fides sæclo iam tuta quieto,
Viribus infestis, hostilię arte petita est,
Cur mihi fas non sit, lateris sinuamine flexi
Ludere uentosas iactu pereunte sagittas?
Sed iam tempus, iter longi cohibere libelli,
Ne tractum sine fine ferat fastidia carmen.

AVRELII

PRVDENTII V. C. IN POSTERIOrem contra Symmachum librum præfatio.

Carmen Glyconium, conſtans ſpondæo, Choriambo, & Pyrrhichio, ſeu Iambo, hoc modo:

– – –∪∪– ∪∪


Imon, quem uocitant Petrum,
Summus diſcipulus dei,
Lucis forte ſub exitu,
Quum ueſper croceus rubet,
Curuam uulſerat ancoram:
Captans flamina linteis.
Et tranſnare uolens fretum,
Nox uentum mouet obuium
Fundo, qui mare miſceat,
Iactatam quatiat ratem.
  Clamor nauticus æthera
Plangens, atq; ululans ferit,
Cum ſtridore rudentium,
Nec quicquam ſuberat ſpei,
Mergendis prope naufragis.
  Quum Chriſtum procul aſpicit
Pallens turba periculis
Calcantem pedibus mare,
Ac ſi per ſolidam uiam,
Siccum littus obambulet.
  Hæc miracula cæteri
Vectores pauidi ſtupent.
Solus non trepidus Petrus

Agnoſcit

Agnoſcit dominum poli,
Terræq́;, & maris inuij,
Cuius omnipotentiæ eſt
Plantis æquora ſubdere.
Tendit ſuppliciter manus,
Notum ſubſidium rogat.
Aſt ille placide annuens,
Puppi ut deſiliat iubet,
Iuſsis obſequitur Petrus,
Sed ueſtigia fluctibus
Summis tingere cœperat,
Et lapſante gradu pedes
Peſſum mergere lubricos.
Mortalem deus increpat,
Qui ſit non ſtabili fide,
Nec calcare fluentia:
Nec Chriſtum ualeat ſequi.
Tum dextra famulum leuat,
Siſtitq́;, & docet ingredi
Tergum per tumidum freti.
Sic me tuta ſilentia
Egreſſum dubijs loquax
Infert lingua periculis,
Non ut diſcipulum Petrum
Fidentem & merito & fide,
Sed quem culpa frequens, leuem
Voluat per freta naufragum.
Sum plane temerarius,
Qui noctis mihi conſcius,
Quam uitæ in tenebris ago
Puppem credere fluctibus
Tanti non timeam uiri?
Quo nunc nemo diſertior,
Exultat, fremit, intonat,
Ventisq́; eloquij tumet,

Pulchra triumphali respexit mœnia uultu,
Nubibus obsessam nigrantibus aspicit urbem,
Noctis obumbratæ caligine, turbidus aër
Arcebat liquidum septena ex arce serenum.
Ingemuit miserans, & sic ait, exue tristes
Fida parens habitus, equidem prædiuite cultu
Illustrata cluis, spolijsq; insigne superbis
Attollis caput, & multo circunfluis auro.
Sed nebulis propter uolitantibus, obsitus alti
Verticis horret apex, ipsas quoq; liuida gemmas
Lux hebetat, spissúsq; dies, & fumus ob ora
Suffusus, rutilum frontis diadema retundit.
Obscuras uideo tibi circunferrier umbras
Cæruleásq; animas, & nigra idola uolare.
Censeo sublimem tollas super aëra uultum,
Sub pedibúsq; tuis nimbosa elementa relinquas
Omne q̊d ex mũdo est tibi subiacet, hoc deus ipse
Constituit, cuius nutu dominaris, & orbi
Imperitas, & cunctas potens mortalia *calcas.*
Non decet, ut submissa oculos regina caducum
Contemplere solum, maiestatemq; requiras,
Circa humiles rerũ partes, quibus ipsa superstas,
Non patiar, ueteres teneas ut me duce nugas
Vt cariosorum uenereris monstra deorum.
Si lapis est, senio dissoluitur, aut crepat ictu
Percussus tenui, molli si bractea gypsum
Texeris, infido rarescit glutine sensim.
Si formam statuæ laminis commisit ahænis
Lima terens, aut in partẽ caua membra + grauata
Pondere curuantur, scabra aut erugo peresam
Conficit effigiem, crebróq; foramine rumpit
Nec tibi terra deus, cœli nec sit deus astrum.
Nec deus Oceanus, nec uis quæ subter operta est,
Infernis triste ob meritum damnata tenebris,
Sed nec uirtutes hominum deus aut animarum,

cauato

Spiri

Spirituúmve, uagæ tenui sub imagine formæ.
Absit ut umbra deus tibi sit geniúsve locúsve,
Aut deus aërias uolitans phantasma per auras.
Sint hæc barbaricis gentilia numina pagis,
Quos penes oẽ sacrũ est, qcqd formido tremẽdũ
Suaserit, horrificos quos prodigialia cogunt.
Credere mõstra deos, quos sanguinolẽtus edendi
Mos iuuat, ut pinguis loco lanietur in alto
Victima, uisceribus multa inter uina uorandis,
At te, quæ domitis leges, ac iura dedisti
Gentibus, instituens magnus qua tenditur orbis,
Armorum, morumq́ feros mansuescere ritus,
Indignum ac miserum est, in relligione tenenda
Id sapere, immanes populi de more ferino
Quod sapiunt nullaq́ rudes ratione sequuntur,
Seu uos procinctus maneat, seu pace quietas
Dictemus leges, seu debellata duorum
Colla tyrannorum media calcemus in urbe,
Agnoscas Regina libens mea signa necesse est,
In quibus effigies crucis, aut gemmata refulget,
Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.

DE POTENTIA CRVCIS.

Hoc signo, inuictus trãsmissis alpib⁹ ultor
Seruitiũ soluit miserabile Constantinus.
Quũ te pestifera premeret Maxẽtius aula
Lugebas longo damnatos carcere centum
Vt scis ipsa patres, aut sponsus fœdera pactæ
Intercepta gemens, diroq́ satellite rapta,
Immersus tenebris, dura inter uincla luebat.
Aut si nupta thorum regis conscendere iussa,
Cœperat impurum domini oblectare furorem,
Morte maritalis dabat indignatio pœnas.
Plena puellarum patrumq́ ergastula sæui
Principis, abducta genitor si uirgine mussans

Tristius ingemuit, non ille impune dolorem
Connexa animis Prodidit, aut * confessa nimis suspiria traxit.
Vim libertatis nimiæ, patriumq́ꝫ dolorem
Testis christicolæ ducis aduentantis ad urbem
Muluius, exceptũ Tyberina in stagna tyrannum
Præcipitans, qua nam uictricia uiderit arma
Maiestate regi, quod signum dextera uindex
quali Prætulerit, * quæ tali radiarint stemmate pila.
Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis crux addita cristis.
Ipse senatorum meminit clarissimus ordo,
Qui tunc concreto processit crine, catenis
Squalens carcereis, aut nexus compede uasta,
Complexusq́ꝫ pedes uictoris, ad inclyta flendo
Procubuit uexilla iacens. Tunc ille senatus
Militiæ ultricis titulum, Christiq́ꝫ uerendum
Nomen adorauit, quod collucebat in armis.
Ergo caue egregiũ caput orbis inania post hæc
Prodigia, esse deos solito tibi fingere cultu,
Atqꝫ experta dei uirtutem spernere ueri.
Deponas iam festa uelim puerilia, ritus
Ridiculos, tantoq́ꝫ indigna sacraria regno.
Marmora tabenti respergine tincta lauate
O proceres, liceat statuas consistere puras
Artificũ magnorũ opera, hęc pulcherrima nostræ
Ornamenta cluant patriæ, nec decolor usus
In uitium uersæ monimenta coinquinet artis.
Talibus edictis urbs informata refugit
Errores ueteres, & turbida ab ore uieto
Nubila discussit, iam nobilitate parata
Aeternas tentare uias, Christumq́ꝫ uocantem
Magnanimo ductore sequi, & spẽ mittere in æuũ.
Tunc primum senio docilis, sua sæcula Roma
Erubuit, pudet exacti iam temporis, odit
Præteri-

Præteritos fœdis cum relligionibus annos.
Mox ubi contiguos fossis muralibus agros
Sanguine iustorum innocuo maduisse recordans,
Inuidiosa uidet tumulorum millia circum
Tristis iudicij mage pœnitet, ac ditionis
Effrenis, nimiæq; sacris pro turpibus iræ,
Compensare cupit teterrima uulnera læsæ
Iustitiæ, sero obsequio, ueniaq; petenda,
Ne tanto imperio maneat pietate repulsa
Crimen sæuitiæ monstrata piacula quærit,
Inq; fidem Christi pleno transfertur amore.
Laurea uictoris Marij minus utilis urbi,
Cũ traheret Numidã populo plaudẽte Iugurthã
Nec tantum Arpinas consul tibi Roma medelæ
Contulit, extincto iusta inter uincla Cethego,
Quantũ præcipuus nostro sub tempore princeps
*Præscripsit, tribuitq; boni: multos Catilinas *Prospexit
Ille domo pepulit, non sæua incendia tectis,
Aut sicas patribus, sed tartara nigra animabus,
Internoq; hominum statui tormenta parantes.
Errabant hostes per templa, per atria passim,
Romanumq; forum, & Capitolia celsa tenebant.
Qui conuratas ipsa ad uitalia plebis
Moliti insidias, intus serpente ueneno
Consuerant, tacitis pestem miscere medullis
Ergo triumphator latitanti ex hoste togatus,
Clara trophæa refert sine sanguine, rẽq; Quirini
Adsuescit supero pollere in sæcula regno.
Deniq; nec metas statuit, nec tempora ponit,
Imperium sine fine docet, ne Romula uirtus
Iam sit anus, norit ne gloria parta senectam.

ROMANORVM SENATVM CONuersum ad Christum.

EXultare patres uideas, pulcherrima mundi
Lumina, conciliũq; senum gestire Catonũ

Candidiore toga, niueum pietatis amictum
Sumere, & exuuias deponere pontificales.
Iamq; ruit, paucis Tarpeia in rupe relictis
Ad syncera uirum penetralia Nazareorum,
Atq; ad apostolicos Euandria curia fontes,
Aeneadû *Anniadum soboles, & pignora clara proborum
Fertur enim ante alios generosus Anitius, urbis
Illustrasse caput, sic se Roma inclyta iactat,
Quin & Olibriaci generisq; & nominis hæres,
Adiectis fastis, palmata insignis ab aula
Martyris ante fores, Bruti submittere fasces
Ambit, & Ausoniam Christo inclinare securim
Non Paulinorum, non Bassorum dubitauit
Prōpta fides dare se Christo, stirpemq; superbam
Gentis patriciæ uenturo attollere sęclo.
Iam quid Plebicolas percurrā carmine, Grachos
Iure potestatis fultos, & in arce senatus
Præcipuos, simulachra deûm iussisse* reuelli?
repelli Cumq; suis pariter lictoribus omnipotenti
Suppliciter Christo se consecrasse regendos?
Sexcentas numerare domos de sanguine prisco
Nobilium licet, ad Christi signacula uersas,
Turpis ab idolij uasto emersisse profundo,
Si persona aliqua est, aut si status urbis, in his est:
Si formam patriæ facit excellentior ordo,
Hi faciunt, iuncta est quoties sententia plebis,
Atq; unum sapiunt plures, simul ac potiores.
Respice ad illustrē, lux est ubi publica, cellam,
Vix pauca inuenies gentilibus obsita nugis
Obitritos Ingenia*obstrictos ægre retinentia cultus,
Et quibus exactas placeat seruare tenebras,
Splendentemq; die medio non cernere solem.

PLEBEM ROMANAM
in Christum credidisse.

Post

POst hinc ad populum conuerte oculos * quis in urbe est, quota pars est
* Qui Iouis infectã sanie nõ despumat arã? Quæ
Omnis qui celsa scandit cœnacula uulgus,
Quiq; terit silicem uarijs discursibus atram,
Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis,
Aut Vaticano tumulum sub monte frequentat,
Quo cinis ille latet genitoris amabilis obses,
Cœtibus aut magnis Lateranas currit ad ædes,
Vnde sacrum referat regali chrismate signum.
Et dubitamus adhuc Romam tibi Christe dicatã
In leges transisse tuas? omniq; uolentem
Cum populo, & summis cũ ciuibus, ardua magni
Iam super astra poli, terrenũ extendere regnum?
Nec moueor, quod pars hoim̃ rarissima, clausos
Non aperit sub luce oculos, & gressibus errat.
Quamlibet illustres meritis, & sanguine clari,
Præmia uirtutum titulis, & honoribus aucti
Ardua rettulerint, fastorumq; arce potiti
Annales proprio signarint nomine chartas,
Atq; inter ueteres cera numerentur & ære,
Attamen in paucis iam deficiente caterua,
Nec persona sita est Patriæ, nec Curia constat,
Et quodcunq; fouet studij priuata uoluntas,
Ac iam rara tenet, sed publica uota reclamant,
Dissensu celebri trepidum damnantia murmur.
Sic consulta Patrum subsistere conscriptorum,
Non aliter licitum prisco sub tempore, q̃ si
Tercentum sensisse senes legerentur in unum,
Seruemus leges patrias, infirma minoris
Vox cedat numeri, paruaq; in parte silescat.

APOSTROPHE AD SYMmachum.

ASpice q̃ pleno subsellia nostra senatu
Decernāt infame Iouis puluinar, & omne
Idolium, longe purgata ex urbe fugandũ
Quà uocat egregij sententia principis, illuc
Libera tum pedibus, tũ corde frequentia transit.
Nec locus inuidiæ est, nullum uis aspera terret,
Ante oculos sic uelle patet, cunctiq; probatum
Non iussum, sola capti ratione sequuntur,
Deniq; pro meritis terrestribus ęqua rependens
Munera sacricolis, summos impertit honores
Dux bonus, & certare sinit cum laude suorum,
Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire uiros prohibet, quoniam cœlestia nunquam
Terrenis solitum per iter gradientibus obstant.
Ipse magistratum tibi consulis, ipse tribunal
Contulit, auratumq; togę donauit amictum.
Cuius relligio tibi displicet, ô pereuntum
Adsertor diuûm, solus qui restituendos
Vulcani, Martisq; dolos, Venerisq; peroras,
Saturniq; senis lapides, Phœbiq; furores,
Iliacę matris Megalesia, Bacchica Nysi,
Isidis amissum semper plangentis Osirim,
Mimica, ridendáq; suis solennia caluis,
Et quascunq; solent Capitolia claudere laruas.
O linguam miro uerborum fonte fluentem,
Romani decus eloquij, cui cedat & ipse
Tullius, has fundit diues facundia gemmas.
Os dignum ęterno tinctum quod fulgeat auro,
Si mallet laudare deum, cui sordida monstra
Prætulit, & liquidam temerauit crimine uocem.
Haud aliter, quàm si rastris quis tentet eburnis
Cœnosum uersare solum, limóq; madentes
Excolere aureolis si forte ligonibus uluas.
Splendorem dentis nitidi scrobis inquinat atra,
Et preciosa acies, squalenti sordet in aruo.

Non uereor, ne me nimiũ confidere quisquam
Arguat, ingeniíq; putet luctamen inire.
Sum memor ipse mei, & satis mea friuola noui,
Non ausim conferre pedem, nec spicula tantæ
Indocilis fandi coniecta lacessere linguæ.
Illæsus maneat liber, excellensq; uolumen
Obtineat partam dicendi fulmine famam.
Sed liceat tectum seruare à uulnere pectus,
Oppositaq; uolans iaculum depellere parma.
Nam si nostra fides sæclo iam tuta quieto,
Viribus infestis, hostiliq; arte petita est,
Cur mihi fas non sit, lateris sinuamine flexi
Ludere uentosas iactu pereunte sagittas?
Sed iam tempus, iter longi cohibere libelli,
Ne tractum sine fine ferat fastidia carmen.

AVRELII

PRVDENTII V. C. IN POSTERIOrem contra Symmachum librum præfatio.

Carmen Glyconium, constans spondæo, Choriambo, & Pyrrhichio, seu Iambo, hoc modo:

— — — ∪ ∪ — ∪ ∪



Imon, quem uocitant Petrum,
Summus discipulus dei,
Lucis forte sub exitu,
Quum uesper croceus rubet,
Curuam uulserat ancoram:
Captans flamina linteis.
Et transnare uolens fretum,
Nox uentum mouet obuium
Fundo, qui mare misceat,
Iactatam quatiat ratem.
  Clamor nauticus æthera
Plangens, atq; ululans ferit,
Cum stridore rudentium,
Nec quicquam suberat spei,
Mergendis prope naufragis.
  Quum Christum procul aspicit
Pallens turba periculis
Calcantem pedibus mare,
Ac si per solidam uiam,
Siccum littus obambulet.
  Hæc miracula cæteri
Vectores pauidi stupent.
Solus non trepidus Petrus

Agnoscit

Agnoſcit dominum poli,
Terræq;, & maris inuij,
Cuius omnipotentiæ eſt
Plantis æquora ſubdere.
Tendit ſuppliciter manus,
Notum ſubſidium rogat.
Aſt ille placide annuens,
Puppi ut deſiliat iubet,
Iuſsis obſequitur Petrus,
Sed ueſtigia fluctibus
Summis tingere cœperat,
Et lapſante gradu pedes
Peſſum mergere lubricos.
Mortalem deus increpat,
Qui ſit non ſtabili fide,
Nec calcare fluentia:
Nec Chriſtum ualeat ſequi.
Tum dextra famulum leuat,
Siſtitq;, & docet ingredi
Tergum per tumidum freti.
Sic me tuta ſilentia
Egreſſum dubijs loquax
Infert lingua periculis,
Non ut diſcipulum Petrum
Fidentem & merito & fide,
Sed quem culpa frequens, leuem
Voluat per freta naufragum.
Sum plane temerarius,
Qui noctis mihi conſcius,
Quam uitæ in tenebris ago
Puppem credere fluctibus
Tanti non timeam uiri?
Quo nunc nemo diſertior,
Exultat, fremit, intonat,
Ventisq; eloquij tumet,

Cui mersare facillimum est
Tractandęque indocilem ratis
Ni tu Christe potens, manum
Dextro numine porrigas,
Facundi oris ut impetus
Non me fluctibus obruat,
Sed sensim gradiens, uadis
Insistam fluitantibus.

AVRELII

PRVDENTII V. C. CONTRA Symmachum, liber posterior



HActenus & ueterum cunabula prima Edeorum,
Et causas, quibus error hebes consiatus in orbe est,
Diximus, & nostro Romam iam credere Christo
Nunc obiecta legam, nunc dictis dicta refellam.
Vnde igitur cœpisse ferunt, aut ex quibus orsum
Quo mage sancta ducũ corda illice flecteret arte.

SYMMACHVS.

QVis familiaris est barbaris, ut aram Victorię nõ requirat? Cauti in posterũ sumus & talium rerum ostenta uitamus: reddatur saltem nomini honor, qui numini denegatus est: multa uictorię debet ✱ æternitas uestra, & adhuc plura debebit. Auersentur hãc potestatem, quibus nihil profuit. Vos amicum triumphis patrociniũ, nolite deserere. Cunctis potentia ista uotiua est. Nemo colendam neget quam profitetur optandam.

dignitas

Armorum



ARmorum dominos, uenerantes flo
re iuuentæ
Inter castra patris genitos, sub ima
gine auita (nentes
Eductos, exẽpla domi congesta + te calentes
Orator cautus instigat, seu classica
Clãgeret, exacuitq; aĩos, & talia iactat, (belli
Si uobis uel parta uiri Victoria cordi est,
Vel parienda dehinc templum dea uirgo sacratũ
Obtineat, uobis regnantibus, ecquis amicus
Hostibus, hanc sancte uestro negat esse colendam
Imperio? cui semper adest, quod laudibus implet.
Hæc ubi + dicta dedit, reddunt placidissima fratrũ legatus
Ora ducum. Scimus quàm sit Victoria dulcis
Fortibus, Ausoniæ uir facundissime linguæ,
Sed quibus illa modis, qua sit ratione uocanda
Nouimus, hac primum pueros pater imbuit arte,
Hanc genitore suo didicit puer ipse magistro,
Non aris, non farre molæ Victoria felix
Exorata uenit, labor impiger, aspera uirtus,
Vis animi, excellens ardor, uiolentia, cura,
Hanc tribuunt, durum tractãdis robur in armis.
Quæ si defuerint bellantibus aurea quamuis
Marmoreo in templo rutilãs Victoria pennas
Explices, & multis surgat formata + metallis, talentis
Non aderit, uersisq; offensa uidebitur hastis.
Quid miles proprijs diffisus uiribus, optas,
Irrita fœmineæ tibimet solatia formæ?
Nunquam pennigeram legio ferrata puellam
Vidit, anhelantum regeret quæ tela uirorum.
Vincendi quęris dominam? sua dextera cuiq; est,
Et deus omnipotens, non pexo crine uirago,
Nec nudo suspensa pede, strophioq; recincta, fluitantes
Nec tumidas + fluitante sinu uestita papillas. inuestita
At uos pictorum docuit manus, assimilatis

Iure

Iure poëtarum numen*componere monſtris,
imponere Aut lepida ex ueſtro ſumpſit pictura ſacello,
Quod uarijs imitata notis, ceraq́ꝫ liquenti
Duceret in faciem, ſocijq́ꝫ poëmatis arte
Aucta coloratis auderet ludere fucis,
ecfsa figuris Sic unum ſectantur iter, ſic* inania rerum
Somnia concipiunt & Homerus & acer Apelles,
Et Numa, cognatúmq́ꝫ malũ pigmẽta, Camœnæ
Idola*conflauit fallendi docta poteſtas.
conualuit Hæc ſi non ita ſunt, ædatur, cur ſacra uobis
Ex tabulis, cerisq́ꝫ poëtica fabula præſtet,
Cur Berecynthiacus perdit truncata ſacerdos
pulchrum Inguina, quum*pulcher ſeſe caſtrauerit Atys?
poëſis caſtrauerit Atyn? Cur etiam templo Triuiæ lucisq́ꝫ ſacratis
Cornipedes arcẽtur equi quũ *Phœdra pudicum
Raptarit iuuenem uolucri per littora curru?
Muſa Idq́ꝫ etiam paries tibi uerſicolorus adumbret?
Deſine ſi pudor eſt, gentilis ineptia tandem
Res incorporeas ſimulatis fingere membris.
Deſine terga hominis plumis obducere fruſtra.
Fertur auis mulier, magnúsq́ꝫ eadem dea uultur.
Vis decorare tuum ditiſsima Roma ſenatum?
Suſpende exuuias, armis & ſanguine captas.
Congere cæſorum uictrix diademata regum.
Frange repulſorum fœda ornamenta deorum,
Tunc tibi non terris tantum uictoria parta,
Sed ſuper aſtra etiam media ſeruabitur æde.
Talia principibus dicta interſantibus, ille
Proſequitur, magnisq́ꝫ tubam concentibus inflat,
Allegat morem ueterum, nil dulcius eſſe
Adfirmat ſolitis, populósq́ꝫ hominésq́ꝫ teneri
Lege ſua: ſicut uariæ naſcentibus, inquit,
Contingunt pueris animæ, ſic urbibus adfert
Hora diesq́ꝫ ſuum, quum primum mœnia ſurgũt,
Aut fatum, aut geniũ cuius moderamine regnẽt.

Addit

Addit & arcanum rerum, ueriq́ꝫ latebras
Proſperitate aliqua deprendi poſſe, ſecundi
Per documenta boni, ſi ſint felicia, quæ quis
Experiendo probet, ceſsiſſe parentibus omne
Idolium ſemper feliciter, & pede dextro
Enumerat longi uim temporis, excitat ipſam
Crinibus albentem niueis, & fronte uietam
Ore repoſcentem querulo ſua numina Romam.
Libera ſum, liceat proprio mihi uiuere more.
Et quis erit, qui mille meos reprehẽderit annos?
Vno omnes ſub ſole ſiti, uegetamur eodem
Aëre, communis cunctis uiuentibus aura.
Sed qui ſit, qualisq́ꝫ deus, diuerſa ſequuti
Quærimus, atq́ꝫ uijs longe diſtantibus, unum — Suus eſt
Imus ad occultum, proprius genti cuiq́ꝫ eſt mos, — mos cuiq́ꝫ
Per q̃d iter properãs, eat ad tã grande ꝓfundum — genti
His tam magnificis, tantáq́ꝫ fluentibus arte,
Reſpondit uel ſola fides doctiſsima primum
Pandere ueſtibulum ueræ ad penetralia ſectæ.
Nam quum diuinis agimus de rebus, & illum
Qui uel principio caruit, uel fine carebit,
Quiq́ꝫ Chao anterior fuerit mundúmq́ꝫ crearit,
Coniectare animo contendimus, exigua eſt uis
Humani ingenij, tantóq́ꝫ anguſta labori:
Quippe minor natura, aciem ſi intendere tentet
Acrius, ac penetrare dei ſecreta ſupremi,
Quis dubitet uicto fragilem laceſcere uiſu.
Vimq́ꝫ fatigatæ mentis ſub pectore paruo
Turbari, inualidisq́ꝫ hebetem ſuccumbere curis?
Sed facilis fidei uia prouocat omnipotentem
Credere, qui bona non tantum præſentia donat,
Sed uentura etiam, longisq́ꝫ intermina ſæclis
Promittit, nec totus eam reſolutus inane
In nihilum, per eámq́ꝫ breuem poſt luminis uſum
Muneris autores ipſo de munere pendas.

Aeterna

Aeterna æternus tribuit, mortalia confert
Mortalis, diuina deus, peritura caducus.
Omnia q̃ tempus peragit, quæq; exitus aufert
Vilia, sunt breuitate sui, nec digna perenni
Largitore, cui propria est opulentia, nunquam
Desinere, idq; homini dare quod nõ desinet unq̃.
Nam si corruptum corrumpendúmve deus quid
Præstat, habetq; nihil quod sit preciosius istis
Pauper, & infirmus, & summo indignus honore,
Et non omnipotẽs, sed inanis numinis umbra est.
Hac ratione fides sapienter conijcit, immo
Nõ dabitat uerũ esse deũ, q quod sumus & quod
Viuimus, illæsum semper fore, si mereamur,
Nos sperare iubet, cœlestia si placet, inquit,
Scandere, terrenas animo depellite curas.
Nam quantum subiecta situ tellus iacet infra,
polo Diuiditúrq; ab humo conuexi regia cœli,
Tantum uestra meis distant mundana futuris,
Dira bonis, scelerata pijs, tenebrosa serenis.
Quicquid obire potest fugiatis censeo, quicquid
Naturæ ratione capit uitium, atq; senescit,
Pro nihilo, in nihilum sunt reditura, putetis.
Cuncta quidẽ q̃ gignit humus, q̃ continet, ipse
Principio institui, nitidóq; insignia mundo
Ornamenta dedi, spaciosáq; semina finxi.
Sed tamen esse modum uolui, parcisq; fruenda
Moribus indulsi, quantum moribundus & æger
Corporis, ac uitæ uolucris sibi posceret usus,
Non ut captus homo studijs, inaniter ardens,
Duceret omne bonũ positum in dulcedine rerum
Et specie tenui, quas currere tempore iussi,
Atq; æuum statui, sub quo generosa probarem
Pectora, ne torpens, & non exercita uirtus,
Robur eneruatum gereret sine laude palestræ,
Eneruare suum corrupta per ocia robur

Posset & in nullo luctamine pigra iaceret.
Illecebrosus enim sapor est, & pestifer horum,
Quæ dum prætereunt, miro oblectamine mētes
Implicitas, uinctásq; tenent. Vincenda uoluptas,
Elaqueanda animi constantia, ne retinaclis
Mollibus ac lentis nexa, & captiua prematur.
*Nitendum summis conatibus, inter acerba
Sectandum uirtutis iter, ne suauia fluxæ
Conditionis amet nimium, ne congeret aurum,
Nec uarios lapidum cupidè spectare colores
Ambitiosa uelit, ne se popularibus auris
Ostentet, pulchróq; inflata tumescat honore.
Ne natale solum, patrij ne iugera ruris
Tendat, & externos animum diffundat in agros,
Et ne corporeis addicat sensibus omne
Quoḍ uult, aut quod agit, ne prȩferat utile iusto,
Spemq; in me omnem statuat, nunquam peritura
Quæ dedero* sunt, æternum mea dona manebūt
Hæc igitur spondente deo, quis fortis, & acer,
Virtutisq; capax breue quidq; perennibus in se
Prætulerit? uel quis sapiens potiora putarit
Gaudia membrorum, quàm uiuæ præmia mētis?
Nónne hominē ac pecudē distantia separat una?
Quod bona quadrupedum ante oculos sita sunt, ego contrà
Spero, quod extra aciē longū seruatur in æuum.
Nam si tota mihi cum corpore uita peribit,
Nec poterit superesse meum post funera quicq̄,
Quis mihi regnator cœli? quis conditor orbis?
Quis deus? aut quȩ iā merito metuenda potestas?
Ibo per impuros feruente libidine luxus,
Incestabo thoros, sacrum calcabo pudorem,
Inficiabor habens aliquod sine teste propinqui
Depositum, tenues auidus spoliabo clientes,
Longæuam perimam magico contamine matrē.

Luctandū

lōgolq; die mea dona manebunt

Tardat

Tardat anus dominum dilata morte secundum.
Nec formido malum, falluntur publica iura.
Lex armata sedet, sed nescit crimen opertum,
Aut si res pateat, iudex corrumpitur auro.
Rara reos iusta percellit pœna securi.
Sed qd ego hæc meditor? reuocat de ecce seue
Maiestate minax, negat interitura meorum (ra
Per mortẽ monimẽta operum, non occidit, inqt
Interior qui spirat homo, luet ille perenne
Supplicium, quod subiectos male rexerit artus.
Nec mihi difficile est liquidam circundare flãmis
Naturam, q̃uis perflabilis illa feratur.
More Noti, capiã tamen, & tormenta adhibebo,
Ipse incorporeus ac spirituum sator unus.
Quin & corporibus parilis consortia pœnæ
Decernam, possum quoniam renouare fauillas
Antiquam in faciem, nec desperanda potestas,
Qui potui formare nouum, reparabo peremptũ.
Non desunt exempla meæ uirtutis in ipsis,
Seminibus natura docet reuirescere cuncta
Post obitum, siccantur enim pereunte uigore
Quo uixêre prius, tunc sicca & mortua sulcis,
Aut foueis mandata, latent, & more sepulchri
Obruta, de tumulis rediuiuo germine surgunt.
Nunquid nosse potes, uel coniectare, quis istud
Tã sollers opifex struat? aut quæ uis agat intus?
Nil *Ne uos ô miseri Physicorum dogmata fallant.
En ego gignendi dominus, ac restituendi
Quod perijt, fluxitq́ potens, siccissima quæque
In ueteres formas, aut flore, aut fronde reduco.
Idq́ ipsum quandoq́ homini facturus, inani
Surgat ut ex cinere, structuraq́ pristina constet,
Quæ mihi pro meritis, uel per tormẽta rependat
Crimina, uel summæ uirtutis in arce coruscet,
Non peritura dehinc quacunq́ in sorte manebit.

Interea

Interea, dum mista uiget substantia in unum,
Sit memor *autoris proprij, ueneretur, & oret
*Artificem sub missa suum. Nec condidit alter
Halantis animæ figmentum & corporis alter,
Nec bona pręsentis uitę numerosa gubernant
Numina, non alius segetes, & spicea farra
Suppeditat deus, haud alius dat musta racemis,
Purpureumq́ graui fundit de palmite succum.

artificis autorem

Ipse ego sum, uirides oleas pinguescere baccis
Qui facio, Graia quas Pallade fingitis ortas,
Et qui Lucinas tribuo nascentibus horas.
Duplex lege mea per mutua fœdera sexus
Gignere amat sobolē, generisq́ ꝓpagine gaudet
Quem uos lasciuis uiolatis amoribus ignem,
Et stupra uestra deę Veneris prętexitis umbra.
Vnus ego elementa rego, nec mole laboris
Vt miser, infirmús ve aliquis, fragilisúe fatigor.
Lux immensa mihi est, nec morte solubilis ętas
Sensibus & uestris haud intellecta uetustas.
Inde ministerijs ad tot moderamina mundi
Non egeo, nec participes, sociosq́ requiro.

Porro autē angelicas legiones, quas mea fecit
Dextera, nosse meū est, & quę natura creatis
Subsistat, qualesq́ mihi seruentur ad usus.
Tu me pręterito, meditaris numina mille,
Quæ similes parêre meis uirtutibus, ut me
Per uarias partes minuas, cui nulla recidi
Pars, aut forma potest, qa sum substantia simplex
Nec pars esse queo, Solis diuisio rebus
Compositis, factisq́ subest: me nemo creauit,
Vt scindi ualeam, cunctorum conditor unus.
Crede, quod ex nihilo formaui, pars mea nō est.
Quare age mortalis, soli mihi construe templum
Meq́ unum uenerare deum, cementa remitto,
Et quæ saxa Paros secat, & quæ Punica rupes,

Quæ uiridis Lacedęmō habet, maculosaq́ꝫ Synna
Natiuum nemo scopuli mihi dedicet ostrum.
Templū mentis amo, nō marmoris, aurea in illo
Fundamenta manent fidei, structura niuali
Consurgit pietate nitens, tegit ardua culmen
Iustitia, interitus spargit sola picta rubenti
Flore pudicitiæ pudor almus, & atria seruat.
Hęc dom⁹ apta mihi est, hęc me pulcherrima sedes
Accipit, ęterno cœlestiq́ꝫ hospite digna
Nec nouus hic locus est, fluxit mea gloria in artus
Vt lux uera dei, deus illustrauit alumnam
Materiem, corpusq́ꝫ parens habitabile fecit
Ipse sibi, placito ut posset requiescere templo.
Condiderā perfectū hominē, spectare superna
Mandaram, totis conuersum sensibus in me
Recto habitu, celsoq́ꝫ situ, & sublime tuentem
Sed despexit humum, seq́ꝫ inclinauit ad orbis
Diuitias, pepulitq́ꝫ meum de pectore numen.
Restituendus erat mihimet, submissus in illum
Spiritus ipse meus descendit, & ædita limo
Viscera, diuinis uirtutibus informauit.
Iamq́ꝫ hoīem adsumptū summus deus in deitatē
Transtulit, ac nostro docuit recalescere cultu.
Scire uelim pręcepta patris, qbus auribus hęc tu
Accipias, Itale censor doctissime gentis.
An ueterum tantummodo rem ratione relicta
Eligis, & dici id patitur sapientis acumen,
Ingeniumq́ꝫ uiri: potior mihi pristinus est mos,
Quàm uia iustitiæ, pietas quàm prodita cœlo,
Quàmq́ꝫ fides ueri, rectæ quam regula sectę.

SYMMACHVS.

Suū cuiq́ꝫ ius est

SVus cuiq́ꝫ mos, * suus cuiq́ꝫ ritus est. Iam si longa ętas autoritatem religionibus faciat, seruanda est tot sæculis fides, & sequendi sunt nobis parentes qui feciliter sequuti sunt suos.

PRVDENTIVS.

SI quicquid rudibus mundi nascentis in annis
Mos habuit, sancte colere, ac seruare necesse
Oẽ reuoluamus sua per uestigia sęclum (est
Vsq; ad principium, placeat damnare gradatim
Quicquid posterius successor repperit usus.
Orbe nouo, nulli subigebant arua coloni,
Quid sibi tartara uolũt? q̃d cura superflua rastri
Ilignis melius saturatur glandibus aluus.
Primi homines cuneis scindebant fistile lignũ
Decoquat in massam feruens strictura secures
Rursus, & ad proprium restillet uena metallum.
Indiuiduas cæsæ pecudes, & frigida paruas
Præbebat spelunca domos, redeamus ad antra,
Pellibus insutis, hirtos sumamus amictus,
Immanes quondam populi feritate subacta
Edomiti, iam triste fremant, iterumq; ferinos
In mores redeant, atq; ad sua prisca recurrant.
Pręcipitet Stythica iuuenis pietate, uietum
Votiuo de ponte patrem, sic mos fuit olim.
Cædibus infantum fument Saturnia sacra,
Flebilibusq; truces resonent uagitibus aræ.
Ipsa casas fragili texat gens Romula culmo,
Sic tradunt habitasse Remum regalia fœno
Fulcra supersternant, aut pelle Libystidis ursę
Compositam chlamydẽ uillosam corpore gestẽt:
Talia Trinacrius ductor, uel Thuscus habebat.
Roma antiqua sibi non constat, uersa per ęuum,
Et mutata sacris, ornatu, legibus, armis,
Multa colit, quę non coluit sub rege Quirino,
Instituit quædam melius, nonnulla refugit,
Et morem uariare suum non destitit, & quæ
Pridem condiderat iura, in contraria uertit,
Quid mihi turitus solitos Romane Senator
Obiectas? cum scita patrum, populiq; frequẽter

in tabulis *Instabilis placiti sententia flexa nouarit?
Nunc etiam quoties solitis decedere prodest,
Præteritosq; habitus cultu damnare recenti.
Gaudemus compertũ aliquid tandemq; retectũ
Quod latuit, tardis semper processibus aucta
Crescit uita hominis, & longo proficit usu.
Sic æui mortalis habet se mobilis ordo,
Sic uariat natura uices, infantia repit,
Infirmus titubat pueri gressusq;, animusq;.
Sanguine præcalido feruet neruosa iuuenta,
Mox stabilita uenit maturi roboris ætas.
Vltima consilijs melior, sed uiribus ægra,
Corpore succumbit, mentem purgata senectus.
His genus humanũ per dissona tempora fluxit
Curriculis æuum mutabile, sic hebes inter
Primitias, mersumq; solo titubauit, & instar
Quadrupedis, pueri lactantia uiscera traxit.
Mox tenerum docili ingenio, iamq; artibus aptũ
Noscendis, uaria rerum nouitate politum est,
Inde tumens uitijs, calidos adoleuit in annos,
Donec decocto solidaret robore uires.
Tempus adest, ut iam sapiat diuina, serenæ
Mentis consilio, uiuacius abdita sollers
Quærere, & æternæ tandem inuigilare saluti.
Quanquam si * tantũ studium est, & cura uetusti
tantus amor est Moris, & à prisco placet haud discedere ritu,
Extat in antiquis exemplum nobile libris,
Iam tunc diluuij sub tempore, uel prius uni
Inseruisse deo gentem, quæ prima recentes
Incoluit terras, uacuoq; habitauit in orbe.
Vnde genus ducit nostræ porrecta propago
Stirpis, & indiginæ pietatis iura reformat.
Sed quia Romanis loquimur de cultibus, ipsum
Sanguinis Hectorei populũ, probo tẽpore longo
Non multos coluisse deos, rarisq; sacellis
Conten-

Contentum, paucas posuisse in collibus aras.
Innumeros post deinde deos uirtute subactis
Vrbibus, ex claris peperit sibi Roma triumphis;
Inter fumantes templorum armata ruinas
Dextera uictoris, simulachra hostilia cepit
Et captiua domum uenerans ceu numina uexit.
Hoc signum rapuit bimaris de strage Corinthi,
Illud ab incensis in prædam sumpsit Athenis,
Quasdam uicta dedit capitis Cleopatra canini
Effigies, quasdam domitis Ammonis harenis
Syrtica cornutas facies habuere trophæa.
Roma triũphantis quoties ducis inclyta currũ.
Plausibus excepit, toties altaria diuûm
Addidit, & spolijs sibimet noua numina fecit.
Numina, quæ patrijs cũ mœnibus eruta nullum
Præsidium potuere suis afferre sacellis.
Cernis ut antiqui semper uestigia moris
Gressibus incertis uarie titubasse probentur?
Asciscendo deos maioribus imcompertos?
Seq́ peregrina sub relligione dicasse?
Nec ritus seruasse suos? quodcunq́ sacrorum est
Exulat, æternumq́ inimicam uenit in urbem.
Frustra igitur solitis praua obseruatio inhæres.
Non est mos patrius quẽ diligis, improba, nõ est.
At sollers orator ait: fataliter urbem
Sortitam, quo nã Genio proprium exigat æuũ.
Cunctis nã populis, seu mœnibus inditur, inquit,
Aut fatum, aut Genius, nostrarũ more animarũ,
Quæ sub disparili subeunt noua corpora sorte.

SYMMACHVS.

Varios custodes urbibus mens diuina distribuit
Vt animæ nascentibus, ita populis fatales
Genij diuiduntur,

PRVDENTIVS.

IAm primum qui sit Genius, uel qui status illi
Cõpetat, ignoro, & qd possit, & unde oriatur
Spũs informis, sine corpore, formáve, an ulla
Sit species, & quid sapiat, quæ munera curet.
Contrà, animas hominum uenis uitalibus intus
Sic interfusas intelligo, sanguis ut ex his
Accipiat, motúmq; leuem tenerúmq; uaporem.
Vnde pererratis uegetet præcordia membris.
Frigida succendat, riget arida, dura relaxet.
Sic hominis uitam sibi temperat, atq; gubernat
Viuida mens, quam tu ficto componere tentas
Murorum *Membrorũ Genio, qui nusq̃ est, nec fuit unq̃
Quin & corporibus uersat mens uiua regendis
Summum consilium fida ut tutacula nudis,
Inualidisq; paret, metuenda pericula uitet.
Vtile prospiciat, uarias agitetur ad artes.
Cõsulet & *Consulte cui se domino submittat, & orbis
Quem putat autorẽ, quæ rerũ summa sequatur,
At tuus hic urbis Genius, discas uolo, quando
Cœpit adhuc paruę primum se infundere Romę.
Fluxit ab uberibus nemorosa in ualle lupinis,
Infantésq; aluit, dum nascitur ipse gemellos?
An cum uulturibus uolitans ignota per auras
Vmbra, repentinam traxit de nube figuram?
Culminibus summis sedet, an penetralia seruans,
Instituit mores, & iura forensia condit?
An castrorum etiam fossis interuenit? acres
Cogit ad arma uiros, lituis ciet, urget in hostem?
Quæ quis non uideat sapientum digna cachinno?
Fingamus tamen esse aliquam, quæ talia curet
Vmbram siue animam, per quã res publica fatũ
Hauserit, & calidis animetur tota medullis,
Cur non hæc eadem de relligione colenda
Consultat? cur non prospectat libera cœlum?
Cur sibi præscriptum non commutabile fatum

Vt captiua putat, genesis cur uincula fingit?
Cur iam nolle licet, quod tunc uoluisse licebat. Cur
Erroresq; abolere suos, ac flectere sensus?
Sic septingentis errauit circiter annis,
Lubricaq; & semper dubitãs, quę forma placeret
Imperij, & quæ regnandi foret æqua potestas.
Regius exortam iam tunc habuit status urbem,
Non sine grandæuis curarum in parte locatis,
Mox proceres de stirpe senum tractasse uidemus
Clauum consilij, plebeias inde cateruas
Collatas patribus mistim ditionibus æquis,
Imperitasse diu, belloq; & pace regendis.
Consule nobilitas uiguit, plebs fisa tribuno est.
Displicet hic subito status, & bisquina creantur
Summorum procerum fastigia, quos duodeni
Circunstant fasces, simul & sua quenq; securis.
Rursus se geminis reddit ductoribus, omnis
Publica res, & consulibus dat condere fastos.
Vltima sanguineus turbauit sæcla triumuir.
Fluctibus his olim, Fatum, Geniúsve animúsve
Publicus errauit, tandem deprendere rectum
Doctus iter, caput Augustum diademate cinxit,
Appellans patrem patriæ, populi atq; senatus
Rectorem, qui militiæ sit ductor, & idem
Dictator, censorq; bonus, morumq; magister,
Tutor opum, uindex scelerũ, largitor honorum.
Quod si tot rerum gradibus toties uariatis
Consilijs, ægre tandem peruenit ad illud
Quod probet, ac sancto reuerẽtia publica seruet
Fœdere, quid dubitat diuina agnoscere iura,
Ignorata prius sibimet, tandemq; retecta?
Gratemur, iam nõ dubitat, nam subdita Christo
Seruit Roma deo, cultus exosa priores,
Romam, dico uiros quos mẽtem credimus urbis
Non Genium, cuius frustra simulatur imago,

Quanq̃ cur Geniũ Romæ mihi fingitis unum?
Quum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis
Adsignare suos Genios? perq́ꝫ omnia membra
Vrbis pérqꝫ locos, Geniorum millia multa
Fingere, ne propria uacet angulus ullus ab umbra
Restat ut & fatum similis dementia cunctis
Aedibus imponat, paries, ut quisqꝫ sub astro
Fundatusqꝫ, structúsqꝫ suo, qua sorte maneret,
Quando autem rueret, primis acceperit horis,
Adscribunt saxis, Lachesis male fortia fila,
Tectorumq́ꝫ trabes, fusis pendere rotatis
Credunt atqꝫ ipsis tribuunt decreta tigillis.
Ceu distet, cuius stellæ sit fraxinus ortu
Eruta, quę summum conscenderet ardua culmen.
Deniqꝫ nulla hominũ res est, nulla actio mundi
Cui non fatalem memorent incumbere sortem.
Quæ quia constituunt, dicant cur condita sit lex
Bis sex in tabulis, aut cur rubrica minetur,
Quæ prohibet peccare reos, quos ferrea fata
Cogunt ad facinus, & ineuitabile mergunt.
Quin & uelle adigunt, prauũ insinuantia uotum
Ne liceat miseris uetitum committere nolle.
Cedite si pudor est, gladiũq́ꝫ retundite uestrũ,
Aspera nil meritos pœnis plectentia iura,
Antrum carcereum dissoluite, corpora sub quo
Agminis innocui fato peccante tenetis.
Nemo nocens, si fata regunt quod uiuitur, ac fit,
Imo nocens, quicunqꝫ uolens, q̃d nõ licet, audet
Alterutrum quia uelle suum est, nec fata reatum
Imponunt homini, sed fit reus ipse * suopte
*Arbitrio, placitúmqꝫ nefas, & facta rependit
Impia supplicijs, merito non sorte peremptus.
Quisqꝫ putat fato esse locum, sciat omniparẽtem
Esse deum, nulli uetitum fatalibus astris,
Nec præscripto aliquo pellit pia uota mathesis.

*per amplũ *Ingeniũ

Spirat

Spirat enim maiora animus, seq́ꝫ altius effert
Syderibus, transitq́ꝫ uias, & nubila fati,
Et momenta premit pedibus quæcunqꝫ putantur
*Figere propositam natali tempore sortem, Fingere
Huc ades omne hominum genus, huc concurrite & urbes
Lux immensa uocat, factorem noscite uestrum,
Libera secta patet, nil sunt fatalia, uel si
Sunt aliqua, opposito uanescunt irrita Christo.

SYMMACHVS.

ACcedit utilitas, quæ maxime homini deos adserit. Nam quum ratio omnis in operto sit unde rectius quàm de memoria, atqꝫ documẽtis rerum secundarum, cognitio uenit numinum?

PRVDENTIVS.

SEd multi duxere dei per prospera Romam,
q̊s colit ob meritũ magnis donata triũphis.
Ergo age bellatrix, quæ uis subiecerit æde
Europam, Lybiámqꝫ tibi, dic nomina diuûm?
Iuppiter ut Cretæ domineris, Pallas ut Argis,
Cynthus ut Delphis, tribuerunt omine dextro.
Isis Nilicolas, Rhodios* Venus alma reliquit. Cytheræa
Venatrix Ephesum uirgo, Mars dedidit Hebrũ.
Destituit Thebas Bromius, concessit & ipsa
Iuno suos Phrygijs seruire nepotibus Aphros,
Et quam subiectis dominam dea gentibus esse
Si qua fata sinant, iam tum tenditq́ꝫ, fouetqꝫ,
Iussit Romuleis addictam uiuere frenis.
Perfidiáne deûm indigenum cecidere tot urbes?
Destructæq́ꝫ iacent ipsis prodentibus aræ?
O pietas, ô sancta fides, traduxit alumnos
Maiestas infida locos, & creditur istis
Numinibus, quæ transfugio meruere sacrari?
An noluit seruare suos, luctatáqꝫ multum

Relligio

Relligio, infestas tentauit pellere turmas
Romanis obnisa globis? sed fortior illam
Virtus luctifico camporum in puluere fregit?
Imo ita est, armis & uiribus indiga ueri.
Victa superstitio est, & inanem gloria fugit.
Sed nec difficilis fuit, aut satis ardua genti
Latæ ad procinctus uictoria frangere inertes,
Molliaq; omnigenum colla inclinare deorum.
Nunc cum Dictæis bellum Corybantibus asper
Samnitis, Marsusq; leui sudore gerebat.

Marrucophoris

Tũ * Mastigophoris, oleóq; & gymnadis arte
Vnctis pugilibus, miles pugnabat Etruscus,
Nec petaso insignis poterat Lacedæmone capta
Mercurius seruare suas de clade palæstras.
Appenninicolam peditem, Cybeleius hostis
Congressu excipiens Asiã, defendere & Idam
Qui potuit, cogente acies in prælia Gallo?
Idalias nisi forte rosas, laurum cytharœdi
Vatis, Syluicolæ calamos, arcúmque puellæ
Dedere seruitio, calcatáq; sacra domare.
Difficilis operis fuit, immensiq; laboris.
Fluctibus Actiacis signum symphonia belli
Aegypto dederat, clangebat buccina contrà.

Instar erãt

*Institerant tenuis cymbæ, fragilisq; faseli.
Inter turritas Memphytica rostra liburnas
Nil potuit Serapis deus, & latrator Anubis.
Stirpis Iuliæ ductor, exercitus ardens
Præualuit gelido quem miserat *Alcidus axe,
Non armata Venus, non tunc clypeata Minerua

Algidus axis

*Venere auxilio, non diuûm degener ordo,

Vexere auxilium

Et patria extorris, Romanis adfuit armis,
Victus & ipse prius, inimica nec agmina iuuit,
Si tamen antiquum norat retinere dolorem.
Sed dicis legisse deos, ubi sanctior usus
Templorum cultu celebris sine fine maneret.

Aenead

Aeneadúmq; ultro uictricia signa uirorum
Regis amore Numæ nullo cogente secutos.
Num Diomedis item tentoria, & acris Vlyxi
Castra, uolens Pallas cæsis custodibus ultro
Legit: ubi humenti sudaret mœsta sigillo? ut
Aut quoties ductor Macedum fortissimus altos
Templorum cineres uictis cumulauit Amydis, ab Indis
Optarunt prædis domini se numina capta
Misceri, Assyriæq; uehi Babylonis ad arcem?
Non fero Romanum nomen, sudatáque bella,
Et titulos tanto quæsitos sanguine carpi.
Detrahit inuictis legionibus, & sua Romæ
Præmia diminuit, qui quicquid fortiter actũ est
Adscribit Veneri, palmam uictoribus aufert.
Frustra igitur currus summo miramur in arcu
Quadrijugos, stantésque duces in curribus altis
Fabricios, Curios, hinc Drusos, inde Camillos.
Sub pedibúsq; ducum captiuos poplite flexo
Ad iuga depressos, manibusq; in terga retortis,
Et suspensa graui telorum fragmina trunco:
Si Brennũ, Antiochũ, Persen, Pyrrhũ, Mythridatẽ
Flora, Matuta, Ceres, & Laurentina subegit.
His tamen auspicibus successus dextra dederũt
Omnia lætificos, & felix adfuit ales.
Quid sibi uult uirtus? quid gloria? si Coruinum
Coruus Apollineus penna, uel gutture iuuit?
Sed tamen hic coruus cur defuit exitiali
Forte die, infaustas tegerent cum funera Cannas?
Oppeteretq; super congesta cadauera Consul?
Cur Cremeræ in cãpis, cornice uel oscine parta
Nemo deûm monuit perituros Marte sinistro
Ter centum Fabios uix stirpe superstite in uno?
Nulláne tristificis Tritonia noctua Carris
Aduolitans, præsto esse deam prænuntia Crasso
Prodidit? aut Paphiam niueæ uexere columbæ?
Cuius

Cuius inauratū tremeret gens Persica Lembum,
Sed uideo quæ te moueant exempla uetustæ
Virtutis, dices domitum terráq; maríq;
Orbem, res lætas, & prospera quæq; retexis,
Mille triumphorum memoras ex ordine pōpas,
Ductáq; per mediam spoliorum fercula Romā.
Vis dicam quæ causa tuos Romane labores
In tantum extulerit? quis gloria fortibus aucta
valet Sic *cluat, impositis ut mundum frenet habenis?
Discordes linguis populos, & dissona cultu
Regna uolens sociare deus, subiungier uni
Imperio, quicquid tractabile moribus esset,
Concordíq; jugo retinacula mollia ferre
Constituit, quo corda hominū coniuncta teneret
Relligionis amor, nec enim fit copula Christo
Digna, nisi implicitas societ mens unica gentes.
Sola deum nouit concordia, sola benignum
Rite colit trāquilla patrem, placidissimus illum
seminis *Fœderis humani consensus prosperat orbi.
Seditione fugat, sæuis exasperat armis,
Munere pacis alit, retinet pietate quieta.
Omnibus in terris, quas continet occidualis
Oceanus, roseóq; aurora inluminat ortu,
Miscebat Bellona furens mortalia cuncta,
Armaratq; feras in uulnera mutua dextras.
Hanc frenaturus rabiem deus, undiq; gentes
Inclinare caput docuit, sub legibus hisdem,
Romanosq; omnes fieri, quos Rhenus & Ister,
Quos Tagus aurifluus, q̄s magnus inundat Hibe
Corniger Hesperidū q̄s interlabitur, & q̄s (rus
Ganges alit, tepidíq; lauent septem ostia Nili.
Ius fecit commune pares, & nomine eodem
Nexuit, & domitos fraterna in uincla redegit.
Viuitur omnigenis in partibus, haud secus ac si
Ciues congenitos concludat mœnibus unis

Vrbs

Vrbs patria, atq; omnes lare conciliemur auito.
Distantes regione plagæ, diuisáq; ponto
Littora, conueniunt nunc per uadimonia ad unũ,
Et cõmune forum, nunc per commertia, & artes
Ad cœtum celebrem, nunc per genialia fulcra
Externi ad ius connubij, nam sanguine misto
Texitur alternis ex gentibus una propago.
Hoc actum est tãtis succesibus atq; triumphis
Romani imperij, Christo iam tunc uenienti.
Crede parata uia est, quã dudum publica nostræ
Pacis amicitia struxit moderamine Romæ.
Nam locus esse deo, quis posset in orbe feroci,
Pectoribusq; hominum discordibus, & sua iura
Dissimili ratione tuentibus, ut fuit olim?
Sic incompositos humano in pectore sensus,
Disiunctasq; animi turbato fœdere partes,
Nec liquida inuisit sapientia, nec deus intrat.
At si mentis apex regnandi iure potitus,
Pugnacis stomachi pulsus, fibrasq; rebelles
Frenet, & omne iecur ratione coërceat una,
Fit stabilis uitæ status, & sententia certa
Haurit corde deum, domino & subiungitur uni.
En ades omnipotẽs, concordibus influe terris
Iam mũdus te Christe capit, quem cõgrege nexu
Pax, & Roma tenent, capita hęc & culmina rerũ
Esse iubes, nec Roma tibi sine pace probatur.
Et pax ut placeat, facit excellentia Romæ,
Quæ motus uarios simul & ditione coërcet,
Et terrore premit, nec enim spoliata prioris
Robore uirtutis senuit, nec sæcula sensit,
Nec tremulis, cũ bella uocãt, capit arma lacertis
Nec tam degeneri uenerandis supplicat ore
Principibus, quàm uult prænobilis ille senator,
Orandi arte potens, & callida fingere doctus,
Mentitumq; grauis personæ inducere pondus.

Vt

Vt Tragicus cantor ligno tegit ossa cauato,
Grande aliquod cuius per hiatū crimen anhelet.

SYMMACHVS.

ROmam nunc putemus adsistere, atque his nobiscum agere sermonibus: Optimi *principes*, patres patriæ, reueremini annos *meos, in quos* me prius ritus adduxit. Vtar ceremonijs auitis, neque enim pœnitet: uiuam more meo, quia libera sum. Hic cultus in leges meas orbem redegit, hęc sacra Hannibalem à mœnibus, à capitolio Senonas repulerunt.

PRVDENTIVS.

SI uocem simulare licet, nempe aptior ista
Vox Romæ est, quàm nunc eius sub nomine promam.
Quæ quia turpe putat tēplorum flere repulsam,
Aegidaq́ in dubijs pro se pugnasse periclis
Dicere, seq́ grauem senio inclinante fateri,
Ductores complexa suos, sic læta profatur:
O clari saluete duces, generosa propago
Principis inuicti sub quo senium omne renascens
Deposui, uidiq́ meam flauescere rursus
Caniciem, nam quum mortalia cuncta uetustas
Imminuat, mihi longa dies aliud parit æuum,
Quæ uiuendo diu didici contemnere finem.
Nunc nūc iusta meis reuerentia cōpetit annis.
Nunc merito dicor uenerabilis, & caput orbis,
Quum galeam sub fronde oleæ cristasq́ rubentes
Concutio, uiridi uelans fera cingula serto,
Atq́ armata deum sine crimine cædis adoro.
Crimen enim piget, heu crimē ꝑsuaserat atrox
Iuppiter, ut sacro iustorum sanguine tincta
Assuetum bellis scelerarem funere ferrum.

Illius instinctu, primus Nero matre perempta
Sanguinem apostolicũ bibit, ac me strage piorum
Polluit, & proprium facinus mihi sæuus iussit.
Post hunc & Decius, iugulis bacchatus apertis
Insanam pauit rabiem, mox, hæc sitis arsit
Multorum similis, per uulnera tristia flagrans,
Extrahere insignes animas, ac ludere pœnis,
Vndantesq; meum in gremiũ diffundere mortes,
Et sub iure fori non noxia colla secare.
Hac me labe ream modo tẽpora uestra piarũt,
Viuo pie uobis autoribus, impia pridem
Arte Iouis fateor, quid enim non ille cruentum
Tradidit? aut qd mite sibi, placidũmve poposcit
Quid dum præmetuit cultus inolescere Christi,
Sæuijt, ac miserum fœdauit sanguine sæclum.
Et sunt, qui uobis bella exprobrare sinistra
Non dubitẽt, postq̃ templorum spreuimus aras,
Affirmentq; Libyn collinæ à cardine portæ
Hannibalem Iouis imperio, Martisq; repulsum.
Victores Senonas Capitoli ex arce fugatos,
Quum super excelso pugnarent numina saxo.
Qui mihi præteritã cladem, ueteresq; dolores
Inculcant iterum, uideant me tempore uestro
Iam nil tale pati, nullus mea barbarus hostis
Cuspide claustra quatit, non armis, ueste, comisq;
Ignotus, capta passim uagus errat in urbe,
Transalpina meam rapiens in uincula pubem.
Tentauit Geticus nuper delere tyrannus
Italiam, patrio ueniens iuratus ab Istro
Has arces æquare solo, tecta aurea flammis
Soluere, mastrugis proceres uestire togatos.
Iamq; ruens, Venetos turmis protriuerat agros,
Et Ligurum uastarat opes, & amœna profundi
Rura Padi, Thuscũq; solũ uicto amne premebat.
Depulit, hos nimbos equitũ nõ peruigil anser,
Proditor

Proditor occulti tenebrosa nocte pericli,
Sed uis cruda uirûm, perfractáq; congredientum
Pectora, nec trepidans animus subcumbere letho
Pro patria, & pulchrã p uulnera quærere laudẽ.
Nunquid & ille dies Ioue contulit auspice tãtum
Virtutis pretium? dux agminis imperijq;
Christipotens nobis iuuenis fuit, & comes eius,
Atq; parens Stilico, deus unus Christus utriq;,
Huius adoratis altaribus, & cruce fronti
Inscripta, cecinere tubæ, prima hasta dracones
Præcurrit, quæ Christi apicem sublimior offert.
Illic ter denis gens exitiabilis annis
Pannoniæ pœnas tandem deleta pependit.
Corpora famosis olim ditata rapinis
In cumulos congesta iacent, mirabere seris
Posteritas sæclis inhumata cadauera late
Quæ Pollentinos texerunt ossibus agros.
Si potui manibus Gallorum excisa leuare
De cinerum squalore caput, & redeunte Camillo
Signa renitendi fumans si fronte recepi,
Si potui miseras sertis redimire ruinas,
Et malependentes lauro præcingere turres,
Quo te suscipiam gremio fortissime princeps?
Quos spargam flores? quibus insertabo coronis
Atria? quæ festis suspendam pallia portis?
Immunis tanti belli, ac te stante sub armis
Libera, & auretenus Geticos experta tumultus.
Scande triumphalem currum, spolijsq; receptis
Huc Christo comitãte ueni, data uincula demans
Captiuis gregibus, manicas deponite longo
Tritas seruitio, matrum iuuenumq; cateruæ.
Dediscat seruire senex laris exul auiti,
Discat & ad patrium limen genitrice reuersa
Ingenuum se nosse puer, timor omnis abesto.
Vicimus, exultare libet, quid tale repulso

Pœnorum

Pœnorum quondam duce contigit: ille petitæ
Postquàm pertulerat tremefacta repagula portæ
Baianis resolutus aquis durissima luxu
Robora destituit, ferrúmque libidine fregit.
At noster Stilico congressum comminus ipsa
Ex acie ferrata uirum dare terga coëgit.
Hic Christus nobis deus adfuit, & mera uirtus,
Illic lasciuum Campania fertilis hostem
Deliciæ uicere tuæ, non Iuppiter acrem
Protexit Fabium, sed uicit amœna Tarentus,
Quæ dedit illecebris domitum calcare tyrannũ.
His ego pro meritis quæ præmia digna repẽdam
Non habeo, membra statuis effingere uile est.
Virtutem nil uile decet, nam uile, quod ætas
Eripit, æra cadunt, aut fuluum defluit aurum,
Aut candor perit argenti, si defuit usus,
Et fuscata situ corrumpit uena colorem.
Viua tibi princeps debetur gloria, uiuum
Virtutis precium, decus immortale sequuto,
Regnator mundi Christo sociabere in æuum,
Quo ductore meum trahis ad cœlestia regnum.
Nil te permoueat magni uox Rhetoris oro,
Qui sub legati specie, sacra mortua plorans,
Ingenij telis, & fandi uiribus audet
Heu nostram tentare fidem, nec te uidet, ac me
Deuotos Auguste deo, cui sordida templa
Clausimus. & madidas sanie deiecimus aras.
Vnus nostra regat, seruetque palatia Christus.
Ne quis Romuleas dæmon iam nouerit arces,
Sed soli pacis domino mea seruiat aula.
Sic affata pios Roma exorauit alumnos,
Spernere Legatum non admittenda petentem,
Legatum Iouis ex adytis ab Aruspice missum,
At non à patria patriæ, nam gloria Christus.
Persistit tamen affirmans iter esse uiandi

Multifidum, uariumq; deus cum quęritur unus
Hinc alios, ast inde alios properare seorsim.
Quemq; per anfractus proprios, sed cōpita eodē
Fine coarctari, simul & concurrere in unum,
Quin etiam cœlum, atq; solū, uētos, mare, nubes,
Omnibus in commune dari, uel qui colimus te
Christe, uel exta litant sculptis qui tabida saxis

SYMMACHVS.

AEquum est, quicquid omnes colunt, unum putari. Eadem spectamus astra, commune cœlum est, idem nos mundus inuoluit. Quid interest qua quisque prudētia uerum requirat? uno itinere non potest perueniri ad tam grande secretum.

PRVDENTIVS.

NOn nego cōe cunctis uiuentibus ipsum
Aëris, astrorum, pelagi, telluris, & imbris
Imò etiā iniustus pariter, iustusq; sub uno
Axe habitant, unas capit impius, & pius auras.
Castus, & incestus, meretrix, & nupta, nec alter
Ore sacerdotis quàm Mirmillonis anhelat
Spiritus, aërio uitam qui temperat haustu.
Nubes uerna pluit zephyro impellēte, sed æque
Furis, & innocui fœcundat rura coloni.
Gurgitis æstiui sic pura fluentia uiator,
Vt latro fessus adit, sic pyratis mare seruit
Vt mercatori, nec fluctus secius hosti
Obsequitur quàm cū dominæ fert trāstra carinæ
Ergo capax utriusque rei natura creandis
Se præbet populis, nec habet discernere dispar
Viuentum meritum, quos tantū pascere iussa est
Seruit enim mundus, nō iudicat, hoc sibi summus
Naturæ dominus præscripta in tempora seruat
Nūc adsunt homini data munera legibus hisdem
Quis concessa semel, loquitur fons, amnis inūdat

Veliuolum

Velluolum ratibus mare finditur, influit imber,
Aura uolat tenuis, uegetatur mobilis aër,
Et res naturæ fit publica promptaq; cunctis,
Dum seruant elementa suum famulantia cursum.
Sic probus, atq; reus capitalis criminis hisdem
Syderibus, facilisq; poli bonitate fruuntur.
Viuere commune est, sed non commune mereri.
Deniq; Romanus, Daca, Sarmata, Vandalus, Hunus
Getulus, Garamas Alemanus, Saxo, Galaulas,
Vna omnes gradiũtur humo, cœlũ oĩbus unũ est
Vnus & Oceanus, nostrum qui continet orbem.
Addo aliud, nostros potant animalia fontes.
Ipso rore mihi seges est, quo gramen onagris.
Sordida sus nostro ãne natat, nostra ĩtrat & ipsos
Aura canes, animatq; leui fera corpora flatu.
Sed tantum distãt Romana, & barbara, quantũ
Quadrupedes bipedi abiunctæ, mutæue loqueti,
Quantum etiam qui rite dei præcepta sequuntur
Cultibus à stolidis, & eorum erroribus absunt.
Non facit ergo pares in relligione tenenda
Aëris & cœli communio, corpora tantum
Gignit, alit, reparat, recidiuaq; semina seruat.
Nec refert cuius generis, cuiùsve figuræ,
Aut cuius meriti, modo sint ut corpora terra
Aedita terrenis quibus est uigor ex elementis.
Artificis quia patris opus discrimine nullo
Influit in medium, nec auaro munere currit,
Ante datum, q̃ primus homo sordesceret Adam
Nec uitio utentum restrictum deficit, aut se
Subtrahit indignis, nec fœda, & turpia uitat.
Haud aliter solis radius, quum luminat omnes
Diffuso splendore locos, ferit aurea tecta,
Sed ferit & nigro sordentia culmina fumo.
Intrat marmoribus Capitolia clara, sed intrat
Carceris & rimas, & tetra foramina clausi

 Stercoris

Stercoris, & spurcam redolent in fornice cellam.
Sed non illius erunt obscura ergastula, quod sunt
Regia gemmato laquearia fulua metallo.
Nempe magis nō illud erunt, qui numen in urnis
Quærunt, ac tumulis, & laruas sanguine placāt,
Quot sunt qui summū cœli dominum uenerātur,
Iustitiamq; litant, & templum pectoris ornant
Secretum sed grande nequit rationis opertæ
Quæri aliter, q̄ si sparsis uia multiplicetur
Tramitibus, & centenos terat orbita calles
Quæsitura deum uariata indage latentem.
Longe aliud uerum est, nam multa ambago uiarū
Anfractus dubios habet, & perplexius errat,
Sola errore caret simplex uia, nescia flecti
In diuerticulum, biuijs nec pluribus anceps.
Non tamen inficior, duplex occurrere nobis
Semper iter geminis mortalia partibus ire,
Quū dubitant, quo nam ferat ignorātia gressum
Altera multifida est, at simplex altera, & una.
Vna deum sequitur, diuos colit altera plures,
Et tot sunt eius diuortia, quot templorum
Signa, quot aërijs uolitāt phantasmata monstris
Aut hos Thyrsigeri rapit ad Dionysia Bacchi,
Illicit aut alios ad Saturnalia festa,
Aut docet occultus quę sacra Diespiter infans
Inter tinnitus solui sibi poscat ahænos.
Iámq; lupercales ferulæ, nudíq; petuntur
Discursus iuuenum, Megalesius hinc spado diris
Incensus furijs, cæca ad responsa uocatur.
Sunt in quadriuijs breuioribus ire parati
Vilia Niliacis uenerantur holuscula in hortis.
Porrum & Cepe deos imponere nubibus ausi,
Alliáq;, & Seraphin cœli super astra locare.
Isis enim, & Serapis, & grandi Simia cauda,
Et Crocodilus idē, quod Iuno, Lauena, Priapus.

Hos tu Nile deos colis, & tu Tybris adoras.
Vna superstitio est, quamuis non concolor error.
Hinc alia exoritur tenebrosis tecta frutetis
Semita, quã pecudes, & muta animalia carpunt,
Quæq; latent syluis, operitur nescia cœli
Mens hominum, sæuo uiuens captiua tyranno,
Hæc putat esse deum nullum, nanq; omnia uerti
Casibus, & nullo sub præside sęcla rotari.
Hoc iter haudquaq̃ magno discrimine distat
Hisce uijs, quas uos teritis, qui numina multa,
Et portenta deûm summûm numerosa putatis.
Simplicis ergo uiæ dux est deus, ille per unum
Ire iubet mortale genus, quam dirigit ipse
Sublimen dextro celsam ad fastidia cliuo.
Prima uiæ facies, inculta, subhorrida, tristis,
Difficilis, sed fine sui pulcherrima, & amplis
Prædita diuitijs, & abundans luce perenni,
Et quæ præteritos possit pensare labores.
Multiplici Dæmon sed adest, qui morte sinister
Centifidum confundit iter, trahit inde sophistas
Barbatos, trahit hinc opibus, uel honore potẽtes,
Illicit & uolucrum lingui s, & aruspice fallit,
Instigat bacchantis anus, ambage Sibyllæ,
In magicas artes trahit, inuoluitq; mathesin,
Omine sollicitat, capit augure, territat extis
Cenis ut una uia est multis anfractibus errans
Talem passa ducem, qui non sinat ire salutis
Ad dominum, sed mortis iter per deuia mõstrat?
Deuia picta bonis breuibus, sed fine sub ipso
Tristia, & in subitã pręceps immersa charybdim
Ite procul gentes, consortia nulla uiarum
Sunt uobis cum plebe dei, discedite longe,
Et uestrum penetrate Chaos, quô uos uocat ille
Præuius infernę perplexa per auia noctis.
At nobis uitę dominum quęrentibus, unum

Lux iter est, & clara dies, & gratia simplex.
Spē sequmur, gradimurq; fide, fruimurq; futuris,
Ad quem non ueniunt præsentis gaudia uitæ,
Nec currunt pariter capta, & capienda uoluptas.

SYMMACHVS.

QVanto commodo ærarij uestri Vestalium uirginum prærogatiua detracta est? Sub largissimis imperatoribus denegatur, quod parcissimi præstiterunt. Honor solus est in illo uelut stipēdio castitatis, ut uitæ earū capiti decus faciunt, ita insigne ducitur sacerdotij uacare muneribus. Nemo me putet tueri solam causam religionum. Ex eiusmodi facinoribus orta sunt cuncta humani generis incommoda. Honorauerat lex parentū Vestales uirgines ac ministros deorum uictu modico, iustisq; priuilegijs stetit muneris huius integritas usque ad degeneres Trapezetas qui ad mercedem uilium baiulorum, sacrę castitatis alimenta uerterunt. Sequuta est hos fames, publica & spem prouinciarum omnium messis ęgra decepit. Non sunt hęc uitia terrarum, nihil imputemus Austris, nec rubigo segetibus obfuit, nec auena fruges necauit, sacrilegio annus exaruit, necesse enim fuit perire omnibus, quod religionibus negabatur. Quid tale proaui pertulerunt, quum religionum ministros honor publicus pasceret?

PRVDENTIVS.

VLtima legati defleta dolore querela est,
Palladijs q; farra focis, uel q; stipis ipsis
Virginibus castisq; toris alimēta negētur,
Vestales solitis fraudentur sumptibus ignes.
Hinc ait & steriles frugescere rarius agros,
Et tristem sæuire famam, totumq; per orbem
Mortales pallere inopes, ac panis egenos.
Quæ tanta extiterit præsenti tempore, tamq;
Inuidiosa fames quæ Triptolemi Cererisq;

Mouerit

Mouerit ira penu pro uirginis ulciscendo,
Non memini, nec tale aliquid uel fama susurrat,
Audio per Pharios Nilum discurrere campos
More suo, uiridisq; sata stagnare Canopi,
Haud ueniat sicco qui flumine nuncius adferat
Ieiunam squalere siti sub puluere Memphim,
Nec Pelusiacæ limum sudare paludis,
Num fons arcano naturæ tectus operto
Aruit? & tenuem uix stillat uena liquorem?
Num refugus nostras odit perstringere ripas
Amnis, & exustos cursum deflectit ad Indos?
Num tractu in medio bibulus uorat alueus undas
Fluminis, & subito stagna absorbentur hiatu?
Ne sulcos operire uadis, neue arida possint
Aegypti per plana trahi? glebasq; rigentes
Infusis ad pingue lutum mollire fluentis,
Vnde seges late crinitis fluctuet agris,
Densius & grauidis se uestiat æquor aristis,
Respice num Lybici desistat ruris arator
Frumentis onerare rates? & ad ostia Tybris
Mittere triticeos in pastum plebis aceruos?
Númne Leontini sulcator soluere campi
Cesset frugiferas Lylibæo ex littore cymbas?
Nec det uela fretis, Romana nec horrea rumpat
Sardorum congesta uehens granaria classis.
Ergo pyris mensas syluestribus implet arator
Pœnus, & auulsas Siculus depascitur herbas.
Iamq; Remi populo quernas Sardinia glandes
Suppeditat, iam corna cibus lapidosa Quiritum.
Quis uenit esuriens magni ad spectacula circi?
Quæ regio gradibus uacuis ieiunia dira
Sustinet? aut quæ Ianiculo mola nota quiescit?
Quantos quæq; ferat fructus prouincia, quámq;
Vbere fœcundo large fluat orbis opimus
Inditio est annona, suæ quæ publica plebi

Roma datur, tantæq; manus longa otia pascit,
Sit fortasse aliquis paulo infecundior annus,
Nil mirum nec in orbe nouo didicere priores,
Perpessi plærunq; famem si tabidus aër
Siccauit tenues ardenti sydere nubes.
Nec uernas infundit aquas creberrimus imber
Fruge noua, & uiridis si messis adulta, priusq̃
Conceptas tenero solidaret lacte medullas
Afflatum calido succum contraxit ab Euro,
Ieiunosq; tulit calamos, atq; irrita uota
Agricolæ, sterilis stipularum sylua fefellit.
His (ni fallor) ager uitijs corruptus & ante
Subiacuit quàm Palladium, quàm Vesta, Penates
Sub lare Pergameo seruarent igne reposto,
Quàm Priami genitor conductis mœnia fabris
Extrueret, quàm uirgo suas fundaret Athenas
Pallas, in his quo nam uestalis origo fauillæ
Vrbibus ut memorãt primo de fomite sumpta est
Sacraruntq; focos, aut Phryx, aut Graius alũnos?
Antiquis elementa labant erroribus, ac de
Legitimo discussa modo plærunq; feruntur
In casus alios, q̃ lex habet, aut iter anni.
Nunc consumit edax segetem rubigo maligni
Aëris ex uitio, nunc culpam uere tepenti
Post zephyros gelidi glacies Aquilonis inurit,
Ambustumq; caput culmi fuligine tingit.
Seminis aut teneri turgens dum germinat herba,
Continuis, nimijsq; perit constrictapruinis,
Nec potis est tenuem telluri adfligere fibram.
Mox adiecta solo glacie sidente superfit,
Nudaq; subducto radix auellitur aruo
Ancipites tribuli subeunt, & carduus horrens:
Hos sicca sitis, hunc ebrius educat humor,
Temperies effusa minus, uel plus, agit istos
Terrarum morbos, & mundũ uulnerat ægrum.

Non aliter nostri corruptus corporis usus
In uitium plærunq; cadit, nec in ordine recto
Præstat, & excessu moderaminis adficit artus:
Vnus enim status est, mundiq;, & corporis huius
Quod gerimus, natura eadē sustentat utrunq;.
Aedita de nihilo crescunt, nihilúmq; futura,
Aut titubant morbis, aut tēpore uicta senescunt.
Nec natura caret uitio, cui terminus instat.
Semper crede polus uarijs prouentibus annos
Texuit, hos multa ditauit fruge fluentes,
Quosdam infelices astris damnauit iniquis,
Spe cassa, & sterili curam frustatus agrestem.
Sed si Vestalis ulciscitur ista puellas
Pestis, ab infido quæ gignitur improba mundo,
Cur nō Christicolûm tantûm populatur agellos,
Per quos uirginibus uestris stata dona negantur?
Vtimur & ruris reditu, & ratione colendi.
Exercere manum non pœnitet, & lapis illic
Si stetit antiquus, quem cingere sueuerat error
Fasceolis, uel gallinæ pulmone rogare
Frangitur, & nullis uiolatur Terminus extis,
Et quæ fumificas arbor uittata lucernas
Seruabat, cadit ultrici succisa bipenni.
Nec tamen idcirco minor est, aut fructus agelli,
Aut tempestatis clementia læta serenę,
Temperat aut pluuius qui culta noualia uentus,
Sed nec magno opus est frugi uiuentibus, & cum
Maxima proueniunt, non amplo in gaudia sensu
Soluimur, inq; lucrum studio exultamus auaro.
Nam quibus æternum spes informatur in æuum,
Omne bonū tenue est, quod præsens ingerit ætas
O felix nimium sapiens, & rusticus idem,
Qui terras animúmq; colens, impendit utrisq;
Curam peruigilem, quales quos imbuit autor
Christus, & adsumptis dedit hæc pcepta colonis:

Semina quum sulcis committitis, arua cauete
Dura lapillorum in acie, ne decidat illic,
Quod seritur primo quoniam præfertile germen
Luxuriat, succo mox deficiente sub æstu
Syderis igniferi sitiens torretur, & aret.
Néve in spinosos incurrant semina uepres:
Aspera nam segetem surgentem uincula texunt,
Ac fragiles calamos nodis rubus arctat acutis.
Et ne iacta uiæ spargantur in aggere grana,
Hæc auibus, quia nuda patēt, passimq́ uorantur,
Immundisq́ iacent fœda ad ludibria coruis.
His deus agricolam confirmat legibus, ille
Ius cœleste patris non summa intelligit aure.
Sed simul & cordis segetem disponit, & agri,
Ne minus interno niteant præcordia cultu,
Quàm cum læta suas ostendant iugera messes.
Extirpamus enim sentos de pectore uepres,
Ne uitiosa necent germen uitale flagella,
Ne frugem, segetémq́ animæ spinosa malorum
Impediat sentis scelerum peccamine crebro,
Glarea ne tenuis ieiunis siccet harenis
Marcentem sub corde fidem, ne pectoris æstus
Flagret, & affectis iurat charismata uenis
Denique ne iecoris detrita in parte relinquat
Vilis cura deûm, ne spem qua uescimur intus
Deserat, obscœnisq́ auibus permittat edendum,
Et proiecta fides hosti sit præda uolucri,
Talis nostrorum sollertia centuplicatos
Agrorum rediget fructus, quibus acrius instat,
Nec metuit, ne congestum populetur aceruum
Gurgulio, uel nigra cauis formica recondat.
Sunt & uirginibus pulcherrima præmia nostris,
Et pudor, & sancto tectus uelamine uultus,
Et priuatus honos, nec nota & publica forma,
Et raræ, tenuésque epulæ, & mens sobria semper,

Lexq́ pudicitiæ uitæ cum fine peracta,
Hinc decies seni rediguntur in horrea fructus,
Horrea nocturno nonnunquam obnoxia furi.
Nam cœlum fur nullus adit, cœlestia nunquam
Fraude resignantur, fraus terris uoluitur imis.
Quæ nunc uestalis sit uirginitatis honestas,
Discutiam, qua lege regat decus omne pudoris
Ac primum paruæ teneris capiuntur in annis,
Ante uoluntatis propriæ quam libera secta
Laude pudicitiæ feruens, & amore deorum,
Iusta maritandi condemnat uincula sexus.
Captiuus pudor ingratis addicitur aris,
Nec contēpta perit miseris, sed adēpta uoluptas
Corporis intacti, non mens intacta tenetur.
Nec requies datur ulla toris, quibus innuba cæcū
Vulnus, & amissas suspirat fœmina tædas.
Tum, quia non totum spes salua interficit ignem
Nam resides quandoq́ faces adolere licebit,
Festaq́ decrepitis obtendere flammea canis,
Tempore prescripto mēbra intemerata requirēs
Tandem uirgineam fastidit Vesta senectam.
Tum thalamis habilis tumuit uigor, inrita nullus
Fœcundauit amor materno uiscera partu,
Nubit anus ueterana sacro perfuncta labore,
Desertisq́ focis, quibus est famulata iuuentus,
Transfert emeritas ad fulcra iugalia rugas,
Discit & in gelido noua nupta tepescere lecto.
Interea dum torta uagos ligat infula crines
Fatalesq́ adolet prunas in nupta sacerdos,
Fertur per medias ut publica pompa plateas,
Pilento residens molli seq́ ore retecto
Imputat attonitæ uirgo ⁺spectabilis urbi, expectabilis
Inde ab consessum caueæ, pudor almus, & expers
Sanguinis it pietas, hominum uisura cruentos
Congressus, mortesq́ & uulnera uendita pastu

Spectatura

Spectatura sacris oculis, sed & illa uerendis
Vittarum insignis phaleris, fruitúrque lanistis.
O tenerum mitemque animum, consurgit ad ictus
Et quoties uictor ferrum iugulo inserit, illa
Delitias ait esse suas, pectúsque iacentis
Virgo modesta iubet conuerso pollice rumpi:
Ne lateat pars ulla animæ uitalibus imis,
Altius impresso dum palpitat ense sequutor.
Hoc illud meritũ est, quod continuare ferũtur
Excubias, Latij pro maiestate Palatij,
Quod redimunt uitam populi, procerũque salutẽ,
Perfundũt quia colla comis bene, uel bene cingũt
Tempora tæniolis, & litia crinibus addunt.
Et quia subter humum lustrales testibus umbris
In flammã iugulãt pecudes, & murmura miscẽt.
An quoniam podij meliore in parte sedentes,
Spectant æratam faciem, quam crebra tridente
Impacto quatiant hastilia, saucius & quam
Vulneribus patulis partem perfundat harenæ?
Quum fugit, & quanto uestigia sanguine signet.
Quod genus ut sceleris iã nesciat aurea Roma
Te precor Ausonij dux Augustissime regni
Et tam triste sacrum iubeas ut cætera tolli.
Perspice, nónne uacat meriti locus iste paterni?
Quem tibi supplendum deus & genitoris amica
Seruauit pietas, solus ne præmia tantæ
Virtutis caperet partem, tibi nate reseruo,
Dixit, & integrum decus, intactúmque reliquit.
Arripe dilatam tua dux in tempora famam,
Quódque patris superest, successor laudis habeto,
Ille urbem uetuit taurorum sanguine tingi,
Tu mortes miserorum hominũ prohibeto litari.
Nullus in urbe cadat, cuius sit pœna uoluptas,
Nec sua uirginitas oblectet cædibus ora,
Iam solis contenta feris infamis harena,

Nulla

Nulla cruentatis homicidia ludat in armis.
Sit deuota deo, sit tanto principe digna,
Et uirtute potens, & criminis inscia Roma,
Quem'q; ducem belli sequitur, pietate sequatur.

POSTERIORIS LIBRI ADuersus Symmachum, Finis.

AVRELII

PRVDENTII CLEMENTIS VIRI consularis in Εγχειρίδιον historiarum noui & ueteris instrumenti, Præfatio,

Carmen primum est iambicum, trimetrum, catalecticum, hipponactium, constans quinque pedibus & syllaba. Sunt autem pedes ferme omnes iambi, hoc modo:

⏑– ⏑– ⏑– ⏑– ⏑–

Secundum est trochaicum, euripidium, dimetrum, catalecticum, tribus constans pedibus, qui sunt ex magna parte trochei, & syllaba hoc modo:

–⏑ –⏑ –⏑



Ius, fidelis, innocens, pudicus
Dona conscientiæ,
Quibus beata mens abundat in
Alter & pecuniam (tus
Recidit, unde uictitent egeni.
Nos citos Iambicos
Sacram', & rotatiles Trochæos
Sancti-

Sanctitatis indigi
Nec ad leuamen pauperum potentes
Approbat tamen deus
Pedestre carmen, & benignus audit.
Multa diuitis domo
Sita est per omnes angulos supellex.
Fulget aureus scyphus,
Nec ære desit expolita peluis,
Est & olla fictilis,
Grauisq; & ampla argentea est paropsis,
Sunt eburna quæpiam.
Nonnulla quercu sunt cauata, & ulmo,
Omne uas fit utile,
Quod est ad usum congruens herilem,
Instruunt enim domum.
Vt empta magno, sic parata ligno,
Me paterno in atrio,
Vt obsoletum uasculum caducis
Christus aptat usibus,
Sinitq; parte in anguli manere
Munus ecce fictile.
Inimus intra regiam salutis
Attamen uel infimam
Deo obsequelam præstitisse prodest.
Quicquid illud accidit,
Iuuabit ore personasse Christum,
Quo regente uiuimus.

AVRELII

PRVDENTII CLEMENTIS VIRI consularis. Εγχειρίδιον noui & ueteris instrumenti.

Carmina sunt dactylica heroica.

ADAM ET EVA.



Va columba fuit tum candida, nigra deinde

IOANNES SICHARDVS.

EVA columba fuit. Inscriptionem huius libri uulgatam mutauimus, nixi exemplaribus ueteribus, quæ non habebant Dittochæum, sed Enchiridion, cui planè titulo liber conuenit, nam ueteris & noui testamẽti summa quædam est perstricta uerius quàm descripta. An autem hunc librum Prudentio adiudicare conueniat, nondum satis mecum constitui, præsertim quum uetustissima quæque exemplaria in eo mire conueniant, ut Prudentio adscribant: quanuis dictio eiusmodi sit, ut facile probet alterius fuisse, & fortè Sedulij, nisi malis amœnũ quendam credere autorem fuisse, cuius nomen in uetusto codice Argentoratensi erat præfixum.

Facta per anguinum malesuada fraude uenenum
Tinxit & innocuum maculis sordentibus Adam,
Dat nudis ficulna Draco mox tegmina uictor.

ABEL ET CAIN.

Fratum sacra deus nutu distante duorum
Aestimat, accipiens uiua, & terrena refutans.

Rusticus

Rusticus inuidia pastorem sternit, in Abel
Forma aiç exprimitur, caro nr̄a in munere Cain

ARCA NOE.
Nuncia diluuij iam decrescentis ad arcam
Ore columba refert ramum uiridantis oliuæ:
Coruus enim ingluuie per fœda cadauera captus
Hæserat, illa datæ reuehit noua gaudia pacis.

AD ILICEM MAMBRAE.
Hospitiū hoc domini est, ilex ubi frondea Mābrę
Armentale senis protexit culmen, in ista
Risit Sarra casa, sobolis sibi gaudia sera
Ferri, & decrepitum sic credere posse maritum.

MONIMENTVM SARRAE.
Abraham mercatur agrum, quo conderet ossa
Coniugis, in terris quoniam peregrina moratur
Iustitia, atq; fides, hoc illud millibus emptum
Spelæum, sanctæ requies ubi parta fauillæ est.

SOMNIVM PHARAONIS.
Bis septem spicæ, uaccæ totidem Pharaoni
Portendūt uisę p somnum dispare forma *Per somnum uisæ portendunt dispare forma,
Vberis atq; famis, *duo per septennia tempus
Instare, hoc soluit patriarcha interprete Christo.
*dum

IOSEPH A FRATRIBVS AGNITVS.
Venditus insidijs fratrum puer, ipse uicissim
Cratera in fratris sacco clam præcipit abdi,
Vtq; reos furti Ioseph tenet, auctio fallax
Proditur, agnoscunt fratrem, *uaniq; pudescunt.
ueniaq;

IGNIS IN RVBO.
Sentibus inuolitans deus igneus ore corusco
Compellat iuuenē, pecoris tunc forte magistrum
Ille capit iussus uirgam, fit uipera uirga,
Soluit uincla pedū, properat Pharaonis ad arcē.

Iter

ITER PER MARE.

Tutus agit uir iustus iter, uel per mare magnum,
Ecce dei famulis+scissim freta rubra dehiscunt sensim
Quum peccatores rabidos eademfreta mergant,
Obruitur Pharao, patuit uia libera Mosi.

MOYSES ACCIPIT LEGEM.

Fumat montis apex diuinis ignibus, in quo
Scripta decem uerbis saxorum pagina Mosi
Traditur, ille suos suscepta lege reuisit,
Forma sed his uituli solus deus, & deus aurum.

MANNA ET COTVRNICES.

Panibus angelicis albent tentoria patrum,
Certa fides facti, tenet urceus aureus exin
Seruatum manna, ingratis uenit altera nubes,
Atq; auidos carnis saturat congesta coturnix.

SERPENS AENEVS IN EREMO.

Feruebat uia sicca eremi serpentibus atris,
Iamq; uenenati per liuida uulnera morsus
Carpebant populum, sed prudens ære politum
Dux cruce suspendit, qui uirus temperet, anguē.

LACVS MIRRHAE IN EREMO.

Aspera gustatu populo sitiente lacuna
Tristificos latices stagnanti felle tenebat,
Moses sanctus ait, lignum date, gurgitē in istum
Conijcite, in dulces uertentur amara sapores.

DE DVODECIM FONTIBVS ET septuaginta palmis.

Deuenere uiri Mosi duce, sex ubi fontes,
Et sex forte alij uitreo de rore rigabant
Septenas decies palmas, qui mysticus Helim
Lucus apostolicū numerum libris quoq; pinxit.

DVODECIM LAPIDES IN EREMO.

In fontem refluo Iordanis gurgite fertur,
Dum calcanda dei populis uada sicca relinquit,
Testes Bisseni lapides, quos flumine in ipso
Constituere patres,+in formam discipulorum. ad

KK Domus

DOMVS RAAB MERETRICIS.

Procubuit Hierico, sola astant atria Raab,
Hospita sanctorum meretrix, tanta est fidei uis
Incolumi secura domo spectabile coccum
Ignibus aduersis in signum sanguinis offert.

SAMSON.

Inuictum uirtute comæ leo frangere Samson
Aggreditur, necat ille feram, sed ab ore leonis
Mella fluunt, maxilla asinæ fontem uomit ultrò,
Stultitia exundat lymphis, dulcedine uirtus.

DE SAMSON.

Ter centũ uulpes Samson capit, ignibus armat,
Pone faces caudis circumligat, in sata mittit
Allophylum, segetesq; cremat: quæ callida uulpes
Nunc heresis flammas uitiorum spargit in agros.

DAVID.

Dauid paruus erat, fratrũ ultimus, & Modo Iesse
Cura gregis, citharã formãs ad ouile paternum,
Inde ad delicias regis, mox horrida bella
Conserit, & funda sternit stridente Goliam.

REGNVM DAVID.

Regia mirifici fulgent insignia Dauid,
Sceptrũ, oleũ, cornu, diadema, & purpura, & ara
Omnia cõueniunt Christo chlamys atq; corona,
Virga potestatis, cornu crucis, altar oliuum.

AEDICATIO TEMPLI.

Aedificat templum sapientia per Salomonis
Obsequium, regina Austri graue cõgerit aurum.
Tẽpus adest q̃ tẽplũ hoĩs sub pectore Christus
Aedificet, quod gaza colant, quod barbara ditẽt.

FILII PROPHETARVM.

Forte prophetarum nati dum ligna recidunt
Fluminis in ripa, cecidit discussa bipennis
Gurgite submersum est ferrũ, sed mox leue lignũ
Iniectum stagnis, ferrum reuocabile fecit.

CAPTIVITAS ISRAEL.

Gens

Gens Hebræorum precamine capta frequenti
Fleuerat exilium diræ Babylonis ad amnes:
Tum patrios cantare modos præcepta recusat,
Organaq; in ramis salicis suspendit amaræ.

DOMVS EZECHIAE REGIS.

Hic bonus Ezechias meruit ter quinq; p annos
Præscriptum proferre diem, legemq; obeundi
Tēdere, tot gradibus, q̊t uespera texerat umbra
Lumine perfusis, docuit sol uersus in ortum.

NOVVM TESTAMENTVM.

Aduentus domini.

Aduentante deo descendit nuncius alto
Gabriel ex patris solio, sedemq; repente
Intrat uirgineam, sanctus te spiritus, inquit,
Implebit, Maria, Christum paries sacra uirgo.

CIVITAS BETHLEEM.

Sancta Bethlē caput est orbis quæ ꝓtulit Iesum
Orbis principium, caput ipsum principiorum.
Vrbs hominē Christū genuit, qui Christus agebat
Ante deus, quàm sol fieret, quàm lucifer esset.

MAGORVM MVNERA.

Hic pretiosa Magi sub uirginis ubere Christo
Dona ferunt puero, myrrhæq; & thuris, & auri.
Miratur genetrix tot casti uentris honores,
Seq; deū genuisse, hominem, regēq; supremum

Du... quoq; su... mim.

PASTORES AB ANGELIS admoniti.

Peruigiles pastorum oculos uis luminis implet
Angelici, natum celebrans ex uirgine Christum
Inueniunt tectum pannis, præsepe iacenti
Cuna erat, exultant alacres & numen adorant.

OCCIDVNTVR INFANTES in Bethleem.

Impius innumeris infantum cædibus hostis
Perfurit Herodes, dum Christum quærit in illis.
Fumant lacteolo paruorum sanguine cunæ,

Vulneribusq; madent calidis pia pectora matris.

CHRISTVS IN IORDANE baptizatur.

Perfundit fluuio pastus baptista locustis,
Syluarúmq; fauis, & amictus ueste cameli,
Tinxerat & Christum, sed spiritus æthere missus
Testatur tinctum, qui tinctis crimina donet.

PINNA TEMPLI.

Excidio templi ueteris stat pinna superstes
Structus enim lapide ex illo manet angulus, usq;
In sæclum sæcli, quem spreuerunt ædificantes,
Nunc caput est tẽpli, & lapidum cõpago nouorũ.

VINVM EX AQVA FACTVM.

Fœdera coniugij celebrabant auspice cœtu
Galilæis Fortè *Galilæi, iam deerant uina ministris,
Christus uasa iubet properanter aquaria lymphis
Impleri, inde meri ueteris defunditur unda.

PISCINA SYLOA.

Morborum medicina latex quem spiritus horis
Eructat uarijs, fusam ratione latenti,
Syloam uocitant sputis ubi conlita cæci
Lumina, Saluator iussit de fonte lauari.

PASSIO IOANNIS.

Præmia saltatrix posсit funebria uirgo
Ioannis caput, abscisum quod lance reportat.
Incestæ ad gremium matris fert regia donum
Psaltria respersis manibus de sanguine iusto.

PER MARE AMBVLAT CHRISTVS.

It mare per medium dominus fluctusq; liquentes
Calce terens, iubet instabili descendere cymba
Discipulum, sed mortalis trepidatio plantas
Mergit, at ille manum regit, & uestigia firmat.

DAEMON MISSVS IN PORCOS.

Vincla sepulchrali sub carcere ferrea dæmon
Fregerat, erumpit, pedibusq; aduoluitur Iesu.
Ast hominẽ dominus sibi uindicat, & iubet hostẽ
Porco-

Porcorum * raptare greges, ac per freta mergi.

QINVQVE PANES ET DVO PISCES.

Quinque deus panes fregit, piscesq; gemellos,
His hominum large saturauit millia quinque.
Implentur nimio micarum fragmine corbes
Bisseni, æternæ tanta est opulentia mensæ.

LAZARVS SVSCITATVS A MORTVIS.

Conscius insignis facti locus in Bethania,
Vidit ab inferna te Lazare sede reuersum.
Apparet scissum fractis foribus monumentum,
Vnde putrescentis redierunt membra sepulti.

AGER SANGVINIS.

Campus Acheldemach sceleris mercede nefandi
Venditus, exequias recipit tumulosus humādas.
Sāguinis hoc pretiū est Christi, Iuda emin⁹ arctat
Infelix collum laqueo pro crimine tanto.

DOMVS CAIPHAE.

Impia blasphemi cecidit domus * ecce Caiphæ, alta
In qua pulsata est alapis facies sacra Christi.
Hic peccatoris manet exitus, obruta quorum
Vita ruinosis tumulis sine fine iacebit.

COLVMNA AD QVAM
flagellatus est Christus.

Vinctus in his dominus stetit ædibus, atq; colūnis
Adnexus tergum dedit ut seruile flagellis.
Perstat adhuc, tēplumq; gerit ueneranda columna
Nosq; docet cunctis immunes uiuere flagris.

PASSIO SALVATORIS.

Traiectus per utrunq; latus, laticē atq; cruorem
Christus agit, sanguis, uictoria, lympha, lauacrū,
Tunc duo discordant crucibus hinc inde latrones
Contiguis, negat ille deum, fert iste coronam.

MONS OLIVETI.

Montis oliuiferi Christus de uertice sursum
Ad patrem rediit, signans uestigia pacis
Frondibus æternis præpinguis linquitur humor,

Qui probat infusum terris de charismate donum.

PASSIO STEPHANI.

Primus init Stephanus mercedē, sanguinis imbri
Afflictus lapidum, Christum tamen ille cruentus
Inter saxa rogat, ne sit lapidatio fraudi
miseranda Hostibus, ô primæ pietas miranda coronæ.

PORTA SPECIOSA.

Porta manet templi, Speciosam quam uocitarunt
Egregium Solomonis opus, sed maius in illa
damnatos Christi opus emicuit, nam claudus surgere iussus
Ore Petri, stupuit, laxatos currere gressus.

VISIO PETRI.

Somniat illapsum Petrus alto ex æthere discum
Confertum omnigenis animalibus, ille recusat
Mādere, sed dominus iubet omnia munda putare
Surgit, & immundas uocat ad mysteria gentes.

VAS ELECTIONIS.

Hic lupus ante rapax uestitur uellere molli,
Saulus qui fuerat, fit adempto lumine Paulus.
Mox recipit uisum, fit apostolus, ac populorum
Doctor, & ore petens coruos mutare columbis

APOCALYPSIS IOANNIS.

Bis duodena senum sedes, citharis paterisq́,
Totq́ coronarum fulgens insignibus, agnum
Cæde cruentatum laudat, qui euoluere librum,
Et septem potuit signacula pandere solus.

ENCHIRIDII FINIS.



